Poeti greci

Digitized by Google

6
15-a
45

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
15 E
14

6 - 15 - a - 4º

XXV. 3. 5

T. 6.

Digitized by Google

Opus aureum

ET

SCHOLASTICVM,

IN QVO CONTI-
NENTVR

PYTHAGORÆ CAR-
mina aurea, Phocylidis, Theognidis
& aliorum poëmata, quæ se-
quens pagella enume-
rabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EDITA OMNIA STV-
dio & cura

Michaëlis Neandri

Sorauiensis.

PRAEP. GEN. SOCIETATIS IESU

LIPSIAE
Cvm privilegio.

EN LECTOR, LIBRVM DAMVS VERE AVREVM, PLANEque ſcholaſticum, quo continentur hæc:

ΤΑ ΧΡΥΣΑ ΚΑΛΟΥΜΕΝΑ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΕΠΗ.

ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ποίημα νουθετικόν.

ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ μεγαρέως Σικελιώτου ποιητοῦ γνῶμαι ἐλεγιακαί.

ΓΝΩΜΟΛΟΓΙΚΟΥ ἑλληνολατίνου βιβλίω δύω.

ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΩΝ ἑλληνικῶν βιβλίω δύω.

ΝΕΙΛΟΥ Ἐπισκόπου καὶ Μάρτυρος κεφάλαια ἢ παραινέσεις.

Καὶ πάλιν.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ Λυκοπολίτου Θηβαίου, ἑλένης ἁρπαγή.

ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ ποιητοῦ Αἰγυπτίου, Ἰλίου ἅλωσις.

ΚΟΙΝΤΟΥ Σμυρναίου Ἰλίου ἁλώσεως βιβλίω δύω.

ΤΟΥ αὐτοῦ νόστων ἑλλήνων βιβλίον ἕν.

ID EST. PRIMO.

PYTHAGORAE carmina aurea.

PHOCYLIDAE poëma admonitorium.

THEOGNIDIS Megarenſis poëtæ Siculi gnomologia.

GNOMOLOGICI libri duo.

APOPHTHEGMATVM libri duo.

NILI Epiſcopi & Martyris præcepta de pietate & moribus.

SECVNDO.

COLVTHI Lycopolitæ Thebæi Helenæ raptus.

TRYPHIODORI poëtæ Aegyptij de Troiæ excidio,

COINTI Smyrnæi popularis Homeri, de Troiæ excidio lib. duo.

EIVSDEM reditus Græcorum liber vnus.

Omnia græcolatina, conuerſa ſimul & expoſita à MICHAELE NEANDRO Sorauienſi.

 His

Digitized by Google

His tandem accessere,

I.

Vaticinium Nerei Marini, de Troiæ excidio, græcis & latinis hexametris expoſitum à Laurentio Rhodomanno.

II.

Μιθριδάτης πόντου βασιλεύς, id eſt, Poëma hiſtoricum de Mithridate, Ponti Rege, græcis heroicis verſibus expoſitum, & latinè πρὸς λέξιν redditum, ab eodem autore.

III.

Ἀρίων, id eſt, Hiſtoria Poëtica de ARIONE Citharædo ſeu Lyrico ſuæ ætatis celeberrimo, expoſita Doricè verſibus heroicis, & in linguam latinam conuerſa ab eodem.

IIII.

Luciani Samoſateni Somnium ſeu Gallus, dialogus iucundiſſimus, græcè & latinè, cum commentariolo in locos obſcuriores & difficiliores, Michaëlis Neandri Sorauienſis.

ΠΥΘΑ-

ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ
ΚΑΙ ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ΠΟΙ-
ΗΜΑΤΑ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΑ, ΠΑΛΑΙΑ
ΤΕ ΑΜΑ ΚΑΙ ΣΟΦΑ, ΚΑΙ ΧΡΥΣΑ,
ἑλληνιστὶ καὶ ῥωμαϊ-
στί.

PYTHAGORÆ ET
PHOCYLIDAE POEMATA AN-
TIQVA, AVREA, ET SAPIENTER SCRI-
pta, de pietate, virtute, morum ac vitæ honesta
institutione, Græcè & Latinè, con-
uersa & exposita

à

Michaele Neandro Sorauiense.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Accessit item Xenophontis Hercules, Græcè &
Latinè ab eodem expositus.

CVM PRAEFATIONE: QVOD
AB INITIO VSITATVM FVERIT,
doctrinam de Moribus, breuibus sententijs, quasi o-
raculis quibusdam includere: & de autoribus, qui
sententijs breuibus doctrinam de pietate
& virtute sunt com-
plexi.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRVDENTISS. VIRIS, CONSVLIBVS ET SENATORIBVS IN DENSTADIA TVRINGIAE, suis Dominis & Patronis obseruandis, S. D.

AB INITIO SEMPER VSITATUM fuisse tum nostris, tum ethnicis etiam scriptoribus, præcepta de pietate, virtute & honestate, vitæ denique ac morum honesta gubernatione breuibus quibusdam sententijs, tanquam axiomatis & oraculis quibusdam inclusa complecti, tum aliæ id ostendunt veterum narrationes: tum id maximè confirmant eius generis libelli, qui in Hebræa, Græca atque Latina lingua sapienter & eruditè à pijs & sapientibus viris conscripti adhuc extant, & iuuentuti discendi proponuntur, vt pietatis, virtutis, vitæ atq; morum regendorum sapientissima regula, ad quam in omni vita cogitationes, dicta & facta sua conforment & instituant.

Vnde appareat, veteres doctrinam de moribus semper consueuisse breuibus sententijs includere.

Tales autem libelli apud Hebræos sunt, Salomonis Prouerbia, & eiusdem Ecclesiastes, qui breues quasdam reliquias continent parabolarum & carminum Salomonis: hoc est, breuium illarum sententiarum, in quibus Salomon rex ille opulentissimus, omniq; sapientia cœlesti & humana luculenter à Deo ornatus, doctrinam de pietate & morum probitate, ac totius vitæ Deo placente regimine, includere voluit. Eas eius sententias, reliquias seu τεμάχια quædam τῶν μεγάλων δείπνων ideo nuncupauimus, quòd ex Scriptura manifestum sit, dum disserit ipse de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus, de lignis item à cedro quæ est in Libano, vsque ad hyssopum:

Prouerbia & Ecclesiastes Salomonis quid contineant.

3. Reg. 4

 locutus

Salomon locutus est tria parabolarum millia, & carminũ eius fuerunt quinque & mille.

locutus quoque ſit tria parabolarum millia, & quòd carminum eius fuerint quinq; & mille. quem numerum nunquam æquabunt, etiamſi exactius ſingula ad calculum reuocare quis voluerit, quæ extant adhuc nobis ſeruatæ eius autoris, regis potentiſsimi, ac doctoris ſapientiſsimi, καὶ ἠθικωτάτου ſententiæ. Ad hanc claſſem referendus etiam eſt liber Hebræus, piè

Pirke aboth, ſeu patrum capitula, liber Hebræus.

ſanè & ſapienter ſcriptus, de pietatis & virtutis ſtudio, quem Hebræi פִּרְקֵי אָבוֹת, hoc eſt, patrum capitula ſeu apophthegmata, ſua lingua (quæ aliarum alma [a] mater eſt) cognominant, quòd ſymbola ſeu ſententioſa dicta veterum ſaniorum Hebræorum, qui Prophetas audiuerunt, ſeu horum diſcipulos, ſuo quodam ordine colligat, & proponat. Eius argumenti quoq; eſt liber, qui Ben Syræ, (quem nepotem fuiſſe Hieremiæ prophetæ, veteres Hebræi prodiderunt) ſententias morales, pias ſanè, ſuccinctas ac ſapientes continet. Eum, quemadmodum etiam

a Vide Poſtellũ in lib de Originibus, & Bibliandrũ in lib de Ratione communi omnium linguarũ, operib. eruditiſſimè ſcriptis.

Sententiæ morales Ben Syræ.

Paulus Fagius de lingua Hebræa optimè meritus.

eius generis ſimiles alios, Paulo Fagio debemus, viro de linguæ Hebrææ ſtudio optimè merito: melius quoq; & luculentius de eadem lingua merituro, ſi modò non fata minus æqua eum virum diutius orbi inuidiſſent. Is etiam hoc loco libellus commemorandus eſt, qui ſapientum Hebræorum ſententias quinquaginta continet, ex officina Veneta cum Philebræis communicatus: quemadmodum ille etiam, qui Catinus argenteus dicitur, quòd inde argenteæ hauriantur doctrinæ, in lucem olim prolatus à Ioanne Reuchlino [b], heroe incomparabili, iuris illo conſulto peritiſsimo, & trilingui phœnice illo admirando & vnico, μουσῶν τε θεράποντος καὶ ἀροτῆρος, eximio & indeſeſſo ſtudiorum & ſtudioſorum antiſtite, & Mecænate nunquam ſatis laudato: cui quantum debeant literæ, quantum boni καὶ φιλέλληνες ἅμα καὶ φιλέβραιοι omnes, quis eſt qui id bonus adhuc ignoret?

Quinquaginta ſententiæ Hebræorũ Libellus Hebræus Catinus argenteus dictus.

b Quantus fuerit Reuchlinus in omni doctrinarum genere, ex libris eius qui extant adhuc, cognoſcitur: maximè vero ex libris trib. de Verbo mirifico, & libris tribus de Arte Caballiſtica, operib. doctiſſimè ſcriptis.

Liber, Salomonis ſapientia.

Cæterùm apud Græcos ſimiles libelli ſunt: Salomonis

monis sapientia: (si modò non is liber Philoni Iudæo potius est tribuendus, viro quoq; sapientissimo & eruditissimo: quemadmodum id planum faciunt libri quadraginta tres, qui adhuc extant, & lingua græca atticè, politè, sapienter & eloquenter scripti sunt) Syracidæ quoq; sapiens illud & admirandum πανάρετον, quo nomine id honestare voluit Suidas ille multiscius, in Philologia sua ampla & luculenta. Et Epiphanius Constantiæ Cypri Episcopus in libro de mensuris & ponderibus.

Philonis Iudæi libri quadraginta tres.

Syracidæ πανάρετον.

Eam docendi breuem & succinctam rationem à Prophetis, & veteris primæq; Ecclesiæ doctoribus acceptam, patres deinde & Theologi Græci sequuti sunt. Hoc enim genere orationis scriptæ sunt, Maximi seu Episcopi, seu confessoris, seu quicunque tandem fuerit, de Charitate quatuor centuriæ. Thalassij item Cæsariensis Episcopi, de vita piè & Christianè exigenda, Hecatondes sententiarum quatuor. Marci etiam Heremitæ de lege spirituali ὑποθῆκαι, seu κεφάλαια. Nili præterea Episcopi & martyris παραινέσεις de pietate & honestate præscriptæ, quas nos græcolatinas nunc etiam damus, in bibliotheca quadam vetustissima, apud barbaros planè homines, à viro bono & erudito olim repertas, & nobis ab amico communicatas, vt publici eas vsus faceremus. Et Carpatij Episcopi παρακλητικὰ κεφάλαια, quæ similiter antiquissimis characteribus in membrana descripta apud nos seruamus, per occasionem cum studiosis græcè, simul etiam latina à nobis facta, libenter communicaturi. Eo loco habendus etiam est Nazianzeni, per excellentiam Theologi cognominati, liber Carminum, qui cum cæteris eius operibus ad finem græcè impressus est: propterea quòd de pietate, virtute & honestate scripta sint omnia, orationis genere grauissimo, simul & eruditissimo: & similes patrum Græcorum libelli alij. qualis etiam is est, quem

Maximi de Charitate quatuor centuriæ.

Thalassij Hecatondes sententiarum quatuor.

Marci Heremitæ de lege spirituali κεφάλαια.

Nili Episcopi & martyris paraneses a Neandro editæ.

Carpathij παρακλητικὰ κεφάλαια.

Nazianzeni Carminum liber quid contineat.

Basilij Magni Moralium summarum libellus.

Basilius Cæsariensis Episcopus, propter eruditionem, doctrinæ puritatem & eloquentiam, meritò Magnus cognominatus, ex noui testamenti sententijs confecit: & sub titulo Moralium summarum, cum reliquis eius operibus Græcis coniunctus est.

Sententiæ Parænetice LXXII. Agapeti.

Talis etiam Agapeti diaconi libellus est, qui sententias Parænetiicas toto numero continet septuaginta duas, ad Iustinianum Cæsarem scriptas.

Isocratis libelli de regis & subditorum officio.

Ad quod genus pertinent etiam duo libelli Isocratis, rhetoris illius suauissimi, scripti ad Nicoclem regis Cypri filium, qui tum Reipub. præcepta breuibus sententijs inclusa continent, tum etiam de regis & subditorum officio præcepta sapienter tradunt.

Basilij Imperatoris parænesis.

Basilij quoque Imperatoris parænefes, siue capitula necessaria, ad Leonem filium suum, huc referenda sunt: quæ tamen hactenus edita nuspiam videre licuit.

Onosandri lib. de Imperatoris officio.

Nec non etiam Onosandri Platonici de Imperatoris officio libellus, eruditus vtiq;, ipsaq; breuitate commendabilis.

Apud ethnicos enim non pauciores huiusmodi libellos inuenias, quibus breuibus dictis doctrinam de moribus proponant.

Isocratis ad Demonicum Paræneses

Epicteti philosophi sapientiss. Enchiridion.

Tales namque apud eos reperiuntur Isocratis ad Demonicum παραινέσεις, libellus verè aureus. Epicteti quoq; sapientissimi, καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ πράττειν μέχρι τοῦ λέγειν (quales pleriq; extiterunt tum veterum sapientes, tum nostræ etiam ætatis doctores) aliqui Philosophi, Enchiridion, sæpe legendū, & manibus, omnibus virtutis & honestatis amantibus tractandum.

Theophrasti philosophi Characterum, seu notarum libellus.

Theophrasti etiam, philosophi eruditissimi & eloquētissimi, Aristotelis discipuli, Characterum seu notarum libellus, quòd in eo præcipua notentur vitia breui singulorum descriptione.

Aristotelis, Platonis, ac Gemisti Plethonis, de virtutibus libelli.

Aristotelis similiter, philosophorum principis, aureiq; fluminis (vt Ciceronis verbo vtar) ac Gemisti Plethonis, viri item sapientis & eloquentis: Platonis etiam diuini, si modò non is nothus est Platonis, de Virtutibus libelli.

Xysti philosophi & Theodisti gnomæ.

Tum etiam Xysti philosophi (quicunq; etiam

etiam is fuiſſe exiſtimandus ſit) ſententiæ piæ & Chriſtianæ : quemadmodum etiam Theoctiſti gnomæ, quæ iuxta alphabeti ſeriem ſcriptæ ſunt, eò referendæ erunt. Extat etiam Senariorum libellus, in quo Senarij ex varijs tum comicorum tum tragicorum ſcriptis, de virtutibus ac vitijs, à quocunq; etiam ſecundum capita & locos digeſti, leguntur. Magnus etiam Logotheta Theodorus Metochita γνωμικὰς σημειώσεις, id eſt, ſententioſas obſeruationes ſcripſiſſe dicitur: quæ quia hactenus in publicum nondum venerunt, latêre eas adhuc alicubi in bibliothecis Italicis exiſtimandum eſt. Sic multi alij commemorari poſſunt (iuuat enim ſemel huic rei indulgere) autores, qui ſeu vniuerſam de virtutibus & vitijs doctrinam, breuibus quibuſdam regulis tradiderunt: ſeu etiam breui libello vnum aliquem locum, quemcunque etiam, expoſuerunt. In quo genere habendi erunt, Aeneas Platonicus philoſophus, Athenagoras quoque, qui libellos condiderunt de animæ immortalitate, & corporum reſurrectione. ſed hi Chriſtiani fuerunt. Xenocratis quoque philoſophi de morte, de æterna vita, de improborum ſupplicijs, de vitæ miſeria libellus: quem tamen alij Platoni adſcribere non ſunt veriti. Noſtri etiam extant Sententiarum libelli Græcolatini, quos ſub Ἀριστολογίας, Anthologici, Γνωμολογίας, & Ἀνθολογίας etiam titulo edidimus: & ſimiles alios à nobis confectos in aduerſarijs depoſuimus, quos ſuo tempore cum ſtudioſis adoleſcentibus communes ſumus facturi.

Senariorum libellus ex Comicorum ac Tragicorum ſcriptis confectus.

Sententioſæ obſeruationes Magni Logothetæ Theodori Metochitæ.

Aeneas Platonicus, Athenagoras, & Xenocrates, philoſophi, de animæ immortalitate libellos ſcripſerunt.

Sententiarum aliquot libelli Neandri editi, & poſtea ſimiles edendi.

Ex poëtis verò ſententias ſcripſerunt, Heſiodus, poëtarum antiquiſſimus, Muſarum ſacerdos: [a] quas apud veteres, ſicuti etiam Aeſopi fabellas, ita ediſcebāt pueri; vt noſtri certas ſolent ediſcere preculas: vt de omnib. quæ in vita honeſtè, quæ itē ſecus fierent, admone-

Ex poëtis qui ſententias ſcripſerint.

[a] Apud veteres pueri ediſcebant Heſiodum, & Aeſopi fabellas. Id colligitur ex Ciceronis Epiſtolis Familiaribus lib. 6. Epiſtola 8. Aeſchynis etiam rhetoris oratione illa contra Cteſiphontem, vbi de Heſiodo loquitur. Vide etiam prouer. Ne Aeſopum quidem triuiſti. Item, Ollas oſtentare.

admonerentur. quemadmodum ob eandem cauſam, tum etiam vt ad ſtudium virtutis homines inflammarentur, certo tempore, maximè verò in ſolennibus congreſsibus, vt in Olympicis, poëmata [a] Homeri, poëtarum principis, Tyrtæi etiam Athenienſis, viri ſapientis, ſcripta recitabantur, ediſcebantur etiam, quemadmodum ex Xenophonte manifeſtum eſt. Theognis etiam poëta Megarenſis, qui præter eam quam ad Cyrnum ſcripſit Elegiam, quæ etiam nunc extat, & γνῶμαι inſcribitur, Parænеſes etiam verſibus ſcripſiſſe proditur: [b] ita vt ad octingenta & duo millia carminum eius deſideremus, [c] quibus omnis de moribus doctrina comprehenſa fuit.

[d] Vt nihil nunc dicamus de his, quorum ſcripta temporis iniuria deperdita deſideramus: vt [e] Draconis legislatoris, viri probi & grauis, & multa prudentia præditi, iuriſq; omnis diuini & humani peritiſsimi: qui tribus verſuum millibus ὑποθήκας, hoc eſt, præcepta honeſta & vtilia, de vitæ inſtitutione ſalutari, ſcripſiſſe ab autoribus fide dignis proditur. [f] Solonis quoque Salaminij, quem nonnulli Homericæ etiam poeſeos autorem facere non dubitarunt, qui Elegias ſcripſit plurimas: quas Plato adeò celebrat, vt eas publicè recitari à pueris in Deorum celebritatibus præcipiat. [g] Vnum certè eius verſum, quo per omnem vitam diſcere iubemur, adeò crebrò Plato vſurpat, vt appareat, feciſſe eum Solonis de moribus ſententias plurimi. [h] Chilonis Lacedæmonij laudatur Elegia ducentorum verſuum. Thaletis quoque Mileſij celebrant verſus ad ducentos Græci ſcriptores, quibus quæ maximè ad philoſophiam moralem pertinent, fuerat complexus. Pittacus etiam Mitylenæus, Elegiaco carmine multa ſcripſiſſe dicitur. Inter ea verò omnia ſexcenti eius Elegi, quibus ciuium ſuorum leges complexus eſt, probati ſunt ſapientibus viris maximè. Ad eundem modum Periander Co-

a Poëmata Homeri & Tyrtæi publicè recitabantur, & ediſcebantur etiam. Lycurgus in oratione cõtra Leocratem, Athenæus lib 14. & Xenophon in ſympoſio.

b Theognidis carmina quot deſiderentur.

c Theognidis honeſte probeque fit mentio a Platone, Baſilio, Iſocrate, & Aphthonio in Progymnaſmatis.

d Autores gnomologi, quorum ſcripta temporis iniuria perierunt.

e Draconis meminere Ariſtoteles, Plutarchus, Pauſanias, & Gellius.

f Solonis vitam Plutarchus & Laertius luculenter ſcripſerunt.

g Is ſic ſe habet: Γηράσκω δ' αἰεὶ πολλὰ διδασκόμενος. Apud Plutarch. quoq;, quẽadmodum Ciceronem etiam, aliquoties legitur.

h Chilonis, Thaletis, Pittaci, Periandri etiam, Anacharſidis præterea, Platonis ſimiliter & Ariſtotelis vitæ, leguntur apud Diogenem græcum ſcriptorem, luculenter deſcriptæ, in opere erudito de vitis philoſophorum.

der Corinthius Hypothecas scripsit duobus versuum millibus: quemadmodum non postremæ notæ autores id meminere. Consimiliter Anacharsis Scytha, qui Crœsi & Solonis temporibus floruit, leges versibus descriptas Scythis suis tulit, & alia permulta scripsit versibus octingentis, quæ ad humanæ vitæ cultum pertinebant. Sic & Plato, sol ille philosophiæ, Elegias composuit: quemadmodum etiam Aristoteles, princeps ac veluti deus philosophorum, vir in omni humanæ sapientiæ doctrinæq; genere incomparabilis, librum Elegiarum scripsit ad Eudemum. Mimnermus etiam Smyrnæus, Ligyastades propter carminis suauitatem nominatus, Elegias non paucas scripsisse legitur. Sapientes autem eas, doctrinæ plenas ac suaues fuisse, versus isti indicant, qui à Plutarcho & alijs quibusdam non semel citantur. Xenophanes præterea Colophonius multa in philosophia carmina perscripsit, inter quæ opus duûm millium versuum connumeratur. Et quamuis poëta physicus fuerit, tamen pleraq; de Deo, de prouidentia, de mundi gubernatione, & moribus scripta fuisse, non obscurè conijci potest ex reliquijs illis, paucis quidem, sed argutis & sapientibus: quemadmodum apud Clementem Alexandrinum, Plutarchum, Aristotelem, & alios tum patres, tum philosophos citati leguntur. Quid verò dicam de Naumachij castissimo carmine, cuius fragmenta quædam apud Stobæum, & Arsenium Monembasiæ Archiepiscopum extare nouimus: ita vt Erasmus ille ter maximus, non dubitarit alicubi Christianum ipsum poëtam facere? Quid etiam de Tyrtæo Atheniensi, Elegiarum poëta tum sapiẽtissimo, tum etiã in persuadendis & ducẽdis quò volebat auditoribus felicissimo? qui & Hypothecas & Elegias scripsit: ex [a] quibus versus tum ab alijs scriptoribus, tum maximè oratoribus græcis vsurpati sunt. Eius poëmatis Spartani adeò afficiebantur,

Mimnermi meminerunt Laërtius, Pausanias quoque in Bœoticis: & Latini poëtæ, Horatius in Epistolis, ac Propertius libro I.

Xenophanis vitam scribit Laërtius. Carmina eius quamplurima leguntur tum apud Athenæum, Suidam, Eusebium & alios, tum maximè apud Simplicium, Aristotelis interpretem.

Naumachij carmina de puellarũ institutione.

[a] Vsurpat huius versus Lycurgus rhetor, in oratione contra Leocratem, desertorem patriæ.

[a] vt cum hoste congressuri, ea identidem repeterent: eadem etiam, cum conuiuia vel ludos celebrarent, in solenni omnium conuẽtu publicè canerent, quòd iuuenum animos ad pulchra honestaq; ijs inflammari cernerent. Et quis posset breui summa complecti veterum poëtas omnes, qui doctrinam de moribus, breuibus sententijs & versibus conclusam proponere sunt conati: quòd veteres, viciniores origini (vt Plato scribit) ideoq; minus dediti turpitudinibus, vt nunc sunt homines, id obnixè studuerint, vt optimis præceptis, monitis atq; exemplis suam iuuentutem, suos liberos, suos ciues, ad studium virtutis, à primis mox annis assuefactos, ad actiones honestas & laudandas excitarent.

[a] Autore Athenæo libro 14. δειπνοσοφιστῶν.

παλαιοὶ κρείττονες ἡμῶν καὶ ἐγγυτέρω θεῶν ἐγένοντο. Plato in Philebo.

Ac fuit vetus & sapiens consuetudo, ac prima philosophia, breuibus eiusmodi dictis immensam doctrinam includere: id quod satis indicant Septem sapientum sententiæ, vt vulgò nominant: quorum alios reges fuisse accepimus. Eas[b] antiquitas sapiens & veneranda, tanti fecisse dicitur, vt pro foribus templorum, templi quoque Delphici Apollinis scriberentur: seu, vt semper in oculos hominum incurrerent: seu etiam, vt Deum sapientum horum præceptorum, ac doctrinarum vtilium in omni vita autorem constitueret. ac hoc etiam pacto plus autoritatis ijs sententijs conciliaret, ad quarum monitiones viuere singulos perpetuò, & volebant & optabant sapientes omnes. Et de Pyttheo auo materno Thesei, quod clarus fuerit huiusmodi doctrinis, [c] Plutarchus ex Aristotele retulit. Hanc autem vnam ex Pytthei sententijs fuisse memorant:

Vetus consuetudo, doctrinam de moribus breuibus sententijs includere.

[b] De eo meminit Plato in Charmide, tum etiã quam plurimis locis alijs. Xenophon lib. 4. de Dictis ac factis Socratis. Pausanias lib. 10. Plinius quoq; lib. 7. cap 32.

[c] In vita Thesei regis Atheniensium.

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω. Id est:

Esto satis comiti merces promissa labori.

Reperitur inter carmina Hesiodi lib. 1. ἔργων καὶ ἡμερῶν.

Pythagoræ etiam Symbola ecquid sunt aliud, quàm breues & ænigmaticæ sententiæ, de morum informatione scriptæ, veluti igniculi quidam vetustæ sapientiæ:

Pythagoræ symbola quid.

ſapientiæ: quæ in perueſtiganda veritate multo fuit perſpicacior, quàm poſteriores philoſophi extitére. His enim tam breuibus dictis per inuolucrum quoddam eadem innuere contendebant, quæ philoſophiæ principes tot voluminibus tradiderunt: quemadmodum [a] Plutarchus, ſapiens ille polyhiſtor, cum Syneſio, multiplicis item eruditionis & lectionis viro, id ſapienter alicubi monuerunt.

[a] In commentario, Quomodo audiendi ſint poëtæ.

Quid ſtudio fuerit veteribus ſcriptoribus omnibus, Prophetis, etiam Apoſtolis, & denique ipſi etiam Chriſto.

Et quid verbis opus eſt? cum id ſtudio fuiſſe videamus philoſophis omnibus, hiſtoricis, poëtis & oratoribus, tam Græcis quàm Latinis, vt longioribus narrationibus breues aliquas, rotundas & ſapientes ſententias, tanquam oracula, & ſummas doctrinæ attexerent: quemadmodum id nemini in autoribus verſanti ſolet eſſe obſcurum. Prophetæ quoque ipſi, & Apoſtoli, CHRISTVS etiam (fons ſapientiæ omnis in cœlo & in terra) hanc docendi conſuetudinem, vt vtilem & bonam, non ſunt aſpernati. quam conſtanter etiam retinuerunt veteres ſeniores Hebræi omnes, in quorum [b] Commentarijs plurima argutè & ſapienter, ſed breuiter dicta reperiuntur: ſententiæ ſcilicet probatiſsimæ, alijs longioribus narrationibus, vt ſtellæ lucidiſsimæ, & gemmæ fulgentiſsimæ inſertæ, de omnibus de quibus in vita debent moneri homines: quòd, quæ doctrinæ breui dicto comprehenduntur, facilius arripiantur, & ad ſui conſiderationem homines pertrahant: tum etiam, quòd decus & gratia eadem comitetur (quemadmodum & in veteri verbo id ſignificatum eſt, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ) ſimul etiam, vt adoleſcentes ἀπὸ στωμυλίας γλωσσαλγοῦς, quæ commune malum iuuentutis eſt, ad ſermonis temperantiam & parſimoniam inuitarent, cum animaduertunt ſapientiſsimos & eloquentiſsimos quoſque, quæ dicenda forent, paucis verbis eloqui & proponere conſueuiſſe. πλέον ἥμισυ παντὸς, hemiſtichium eſt Heſiodi, Id verò tribus verbis comple-

[b] In Arba Turini lib. 3. multæ ſunt ſententiæ de laude coniugij: in alijs vero libris aliæ reperiuntur, vulgo etiam iactatæ.

Quare veteres breuibus ſententijs prolixam doctrinam incluſerunt.

a In commentario, Quomodò audiendi sint poetæ.

complecti omnia ſcribit [a] Plutarchus, quæ Plato tum in Gorgia, tum in Politicis tam multis argumentis, libris videlicet decem, tanta vi verborum & copia conatur oſtendere, βέλτιον δηλαδὴ εἶναι τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν: id eſt, ſatius eſſe iniuriam pati, quam iniuriam inferre. Quod autem vnquam dogma proditum eſt à philoſophis, vel ad rectè inſtituendam vitam ſalubrius, vel Chriſtianæ religioni vicinius? At rem tantam videlicet, tantilla complectitur ſententia, πλέον ἥμισυ παντὸς, Dimidium plus toto.

Veteribus magnæ curæ fuit, colligere breues & ſapientes de moribus ſententias.

Ideoq; optimi & ſapientiſſimi quique tum his tum alijs etiam rationibus adducti, tales poëtarum & aliorum qui ſapientiæ nomine celebres fuerunt Sententias magno ſtudio conſeruare, & ad omnem poſteritatem propagare, ſimulque in vno aliquo tanquam faſce collectas proponere ſtuduerunt, vt ſupereſſent etiam, & in hominum memoria manerent, deperdito iam quocunque etiam non ſatis æquo caſu, ipſo opere, ipſoq; autore iampridem ſublato: vnde quæ γνωμικώτερα erant, excerpta ad vſus in vita vtiles & neceſſarios, ipſi ſapientes, limatoq; in ea re excuſſoq; iudicio præditi deſcripſerant, & in ſuos quaſi nidos ac cellulas, ſuum ſingulis tribuentes locum, depoſuerant. Inter quos meritò primas obtinent, Athenæus, Plutarchus, Suidas, Stobæus, Clemens Alexandrinus, Antonius Meliſſa, & Maximus (quibus etiam adnumeramus volumen illud amplum, & varia eruditione refertum, Græcorum Epigrammatum:) & ex recentioribus, Auguſtinus Steuchus: omnes philologi, gnomologi, & polyhiſtores θαυμασιώτατοι ἅμα καὶ μυστικώτατοι, omnibus gemmis & margaritis potiores theſauri, & bibliothecæ quemadmodum opulentiſſimæ & precioſiſſimæ, ita quoque ipſa vetuſtate venerandæ & ſuſpiciendæ.

Autores, apud quos plurimæ ſimul hinc inde congeſtæ leguntur veterum ſapientum ſapientes ſententiæ.

Vtq; deinde huiuſmodi breuia veterum ſapientum dicta hominibus commendata redderentur, vt lex

ipſi

ipſa ſummi Iouis,& rectæ rationis concio (quam vocem, ipſius ſeu legis diuinæ, ſeu DEI ſapientis, æternum & immutabile decretum eſſe nouimus, ad quod vult viuere pariter cunctos homines:) ab ipſis quoque veterum dijs, ipſo Apolline (cuius vocem, [a] cuius monita, cuius oracula, veteres tanti fecerunt, quanti ſeipſos nunquam faciendos eſſe putarunt) vſurpata ſunt. Quemadmodum Heſiodi verſus, quo piorum poſteritati Deum benefacere ſcribit poëta, apud [b] Herodotum, hiſtoriæ illum parentem mellitiſſimum, legitur inter oraculorum verſus, qui Glauco Spartano, ſed periuro, redditi ſunt. Eſt autem verſus iſte:

Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων.

Et reperitur in primo ἔργων καὶ ἡμερῶν Heſiodi: quod opus adhuc extat. Sic etiam Phocylidæ verſiculum, quo ad labores hortatur homines, ſcribunt oraculum fuiſſe Apollinis Mileſij. Oracula autem non in vno tantum loco reddebantur. Is verò talis eſt:

οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον.

Legitur verò inter reliqua, quæ extant, Phocylidæ carmina. An non inter Theognidis verſus hucuſque extantes, reperitur ille etiam? qui in [c] veſtibulo templi Apollinis in Delo ſcriptus fuerat, [d] de votis bonorum, de quibus tum Plato tum alij aliter ſenſerunt, & hoc pacto refertur:

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν.

An non idem quoque indicare videtur verſus, qui pro foribus templi, in Epidauro, quæ ciuitas fuit Achaiæ ſupra Corinthum ſita, ſcriptus viſebatur?

ἁγνὸν χρὴ, νηοῖο θυώδεος ἐντὸς ἰόντα,
ἔμμεναι. —

Et ſimilia multa alia ab Apolline verè & ſapienter ſunt edita, quibus, hominibus hanc breuem de moribus & pietate doctrinam ſtuduit commendare: qualia ſunt, (quid enim vetat, adoleſcentibus, pluribus etiam

Recta ratio quid ſit.

Poëtarum verſus a dijs etiam vſurpati, vt hominibus commendarentur.

a Patet id ex Herodoto, Thucydide, Pauſania, Xenophonte, & alijs etiam autoribus: patrum etiam ſcriptis, quibus cum gentibus manus conſeruerunt.

b Lib. 6. Et apud Pauſaniam lib. 8. in Arcadicis.

Phocylidæ verſus ab Apolline vſurpatus.

c Autore Ariſtotele lib. 1. Ethicorum ad Nicomachum.

d Plato de Legibus 2. item lib. 1. ibid. in Gorgia item, Ariſtoteles lib. 2. Moralium ad Eudemum.

Inſcriptio templi in Epidauro, apud Clementem Alexandrinum libro 5. στρωμάτων.

Oraculorum aliquot verſus ſententioſi.

bus etiam plura ostendere: cum ea non passim sint obuia, nec apud autores vulgatos, quiq; omnium terantur manibus, scripta legantur?) quæ oraculum Dodonæum respondit Atheniensibus, de supplicibus exulibus, hospitibus, & nulla sua culpa pauperibus, amicè & reuerenter habendis:

Exules & pauperes amice tractandi.

a Extat apud Pausaniam libro 7. Descriptionis Græciæ.

[a] Μήθ' ἱκέτας ἀδικεῖν, ἱκέται ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.

Quæ item Thulidi, regi Aegyptio potentissimo, cum de Deo [b] vero & se potentiore sciscitaretur, oraculum Serapidis respondit hoc versu:

b Deus verus quo sit nomine.

c Apud Suidam in Thulide.

[c] πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς.

Et quæ Crœso, regi Lydorum opulentissimo, oraculum respondit Delphicum, cum quæreret, multis missis muneribus & donarijs, quibus Apollinis templum ornabat, quomodo [d] vitam perpetuò beatam, non interruptam calamitatibus exigeret:

d Quomodo vita perpetuo felix viuenda.

e Lib. 7. Cyropædias Xenophôtis, & apud Herodotum lib. 1.

[e] Σαυτὸν γινώσκων εὐδαίμων Κροῖσε περάσεις.

Et quæ Soloni sapientissimo, [f] de ciuitate felice ab vno domino gubernata, hoc heroico reddidit:

f Ciuitas quomodo felix esse possit, legitur apud Plutarchum in septem sapientum conuiuio.

Εὔδαιμον πτολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκοῦον.

Quo item monuit, [g] malum benè conditum non esse denuò mouendum, idq; hoc versu:

g Malum bene conditum non mouendum.

h Extat apud Stephanum in cômentario de Vrbibus.

[h] Μὴ κινεῖν Καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Et item alter, quo [i] aliam terram alijs rebus felicem esse docere voluit:

i Alia terra alijs rebus præstat.

k Legitur in cômentarijs Theocriti, & apud Stephanum etiam.

[k] Ἵπποι Θρηΐκιοι, Λακεδαιμόνιαι τε γυναῖκες.

Et ille, quo pecunia omnia expugnari posse, Philippum Macedonum regem monuit:

l Quod pecunia expugnet & superet omnia. Legitur apud Suidam.

[l] Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσαι.

Ac rursum alter priori non dissimilis, quòd [m] pecuniæ amor & studium hominibus detrimenta & incommoda afferat, Theopompo & Alcameni regibus Spartanis è specu Delphico renunciatus:

m Quod auaritia hominib. malorum causa, reperitur apud Suidam.

ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Alij quoque eiusdem Apollinis de eo editi, quòd improba & perfida consilia ipsis autoribus & consultoribus

ribus plerunque exitium & damnum [a] afferant. Qui hoc pacto ſe habent:

οἷά τ' ἀνὴρ ἔρξῃ, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει. Et,

ταῖς αὐταῖς τέχναις τὶς ἁλώσεται, αἷσπερ ὑπῆρξε. Item,

τοῖσδε κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστόν.

Quò etiam pertinere debent ij verſus, quibus dormientibus Deus, [b] ſed facinoroſis, tyrannicis & libidinoſis, Hipparcho Piſiſtrati Athenienſium tyranni filio, & Pauſaniæ Lacedæmonum duci, in ſomno, tetra & horribili ſpecie aſsiſtere viſus, pœnam minitatus eſt. Vt,

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν, τίσιν οὐκ ἀποτίσει. Item,

βαῖνε δίκης ἄσον, μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις.

Et alia ſimilia multa, vel ab Apolline edita vel vſurpata reperies, vel etiam aliàs à magnis viris celebrata, vt in vulgi etiam ſermonem, quia concinna & erudita breuitate multa monebant, tandem abierint: & propter creberrimam vſurpationem, quia etiam autor tandem ignorari cœpit, tantum non vulgi exiſtimata ſint: hoc eſt, eius generis dicta, quæ omnium ætatum, omnium nationum conſenſus, & velut idem ſuffragium comprobaſſet: ideoque quod in literis interciderit, quod titulis, quod coloſsis ſeruari non potuerit, huiuſmodi dictis, verſibus, & ſententijs ſeruatum ſit incolume. Huiuſmodi autem ſunt, quemadmodum ex veterum monumentis eos obſeruauimus & deſcripſimus, qui ſequuntur heroici:

[c] *ἕκτῃ ἐν γενεῇ κόσμος καταπαύσετ' ἀειδῆς,*

qui apud [d] Platonem legitur. Videtur autem deſumptus eſſe ex dicto Heliæ, quod in Hebræorum [e] commentarijs legitur, de mundi duratione. Et,

Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τελεῖται.

Quem verſum veteres *ἐπιφθεγγομένους* acclamare omnibus ſemper rebus ſolitos, [f] Plutarchus alicubi meminit monere namque eo volebant, DEI in

a Quod malum conſilium conſultori plerunq; peſſimû. Leguntur iſti tres verſus apud Pindari Scholiaſtẽ in quarto hymno Pythiorũ, Aelianum lib 3. variæ Hiſtoriæ, & apud Pauſaniam lib. 4.

b Verſus, quibus dormiẽtibus Deus pœnam minatus eſt.

Extant apud Herodotum lib. 5. & Plutarchum in cõmentario, Qui tarde a numine puniuntur.

Verſus prouerbiales quid ſint, & quo loco habendi.

c De mundi duratione.

d In Philebo, ſeu libro de ſummo bono.

e Extat in libro Thalmudico Sanhedrin, cap. 11. & cap. Helec. libro etiam Hauoda Zara.

f In libro περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων. eſt autem Orphei carmen. & legitur etiã apud Euſe[bium] ... tum Proclum etiam Platonicũ. & in [illegible] in Lycophronem.

 omnibus

omnibus & ante omnia primam ſemper rationem habendam, ac à DEI inuocatione & cultu res omnes ſemper exordiendas. Et, quòd munera placent Deos & homines:

δῶρα θεοὺς πείθει, καὶ αἰδοίους βασιλῆας.

Et, quòd virtus inops ſpreta ſit:

ταὶ ἀρεταὶ καὶ ταὶ σοφίαν νικᾶντι χελῶναι:

Et, quòd fortuna leuis & inconſtans ſit:

πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Et, nullius conſilium eſſe aſpernandum:

πολλάκι καὶ κηπωρὸς ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπε.

Et de ſeditione, vbi etiam improbus ſæpe ad honores euehitur:

[a] ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς.

Et, qui de iuuenum virorum atque ſenum officio loquitur,

[b] ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Et qui de ijs ſcriptus eſt, qui benè poti conſultant de rebus grauiſſimis:

[c] Γαστρὸς ἀποπλείης βουλὴ καὶ μῆτις ἀμείνων.

Et, quòd aſſiduitas & ſtudium nihil non poſſit:

[d] πέτραν κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ.

Et, quòd malum conſilium conſultori peſſimum ſit:

[e] οἵ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

Cui ſimilis eſt planè & iſte:

[f] ὃς ἄλλῳ κακὰ τεύχει ἀνὴρ, ἑῷ ἥπατι τεύχει.

Et iſte huic non diſſimilis eſt:

[g] ἀπλώτησε κακοῦ βουλὴ πρὸς ὑπέρτατον ἄτην.

Is quoque quem ſubijcimus:

[h] εἴκε πάθοι τάκ' ἔρεξε, δίκη ἰθεῖα γένοιτο.

Et, quòd ſilentium amicitias dirimat:

[i] πολλὰς δὴ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσε.

Et, quòd principijs obſtandum:

[k] ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῷον ἢ τελευτήν.

Et de improbis, mendacibus & ignauis:

Apud Platonem 7. Polit.

Apud Pollucem, de rerum vocabulis lib. 9.

Apud Athenæum lib. 11. & Gellium lib. 13.

Apud Gellium lib. 2. cap. 6.

a Apud Plutarchum in vita Niciæ, in comparatione etiam Lyſandri & Syllæ, in Commentario, item περὶ φιλαδελφίας. apud Suidam quoque reperitur, & alios. vbi legitur aliter etiam.

b Refertur a Strabone. Hyperides orator in oratione contra Autoclem ex Heſiodo citauit.

c Apud Plutarchum libro 7. συμποσιακῶν.

d Apud Galenum medicorum principem libro 3. περὶ κράσεων.

e Apud Ariſtotelem libro 3. Rhetoricorum.

f Apud Plutarchum tum alibi, tum in lib. de ijs qui tarde a numine puniantur.

g Legitur apud Eraſmum in Chiliadibus.

h Apud Ariſtotelem libro 5. Ethicorum, ſub titulo veteris poetæ Rhadamanti.

i Apud Ariſtotelem libro 8. Moral.

k Refertur a Suida.

[a] κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Et de hordeo & tritico, optimo pluto & thesauro:

[b] σίτου καὶ κριθῆς, ὦ νήπιε, πλοῦτος ἄριστος.

Et, quòd alio tempore alia fieri conueniat:

[c] ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.

Et de ijs qui malunt potius multa quàm vtilia discere:

[d] πουλυμαθημοσύνης γίνεται οὐ κενεώτερον ἄλλο.

Et, quòd iusticia virtutum summa sit:

[e] ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στιν.

Et quòd præsentia curanda, & quæ certa sequenda sunt:

[f] νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, ἀνέτοιμα διώκει.

Et de altera parte etiam audienda:

[g] μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Et pentameter ille, quòd veritatis simplex sit oratio:

[h] ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς τε κακοί.

Et versiculus, quem Alexander Seuèrus de furibus magnis vsurpare solebat:

[i] ὁ πολλὰ κλέψας, ὀλίγα δοὺς, ἐκφεύξεται.

Et innumera alia obseruabit similia, qui in veterum philosophorum, historicorum, oratorum, & philologorum, patrum etiam Græcorum scriptis non segniter versabitur.

[a] Epimenidis scribunt heroicum esse, repertum in opere cui titulum fecit de Oraculis, & vsurpatur a S. Paulo in epist. ad Titum.
[b] Apud Phurnutum in libro de Nat. Deor. gentilium.
[c] Apud Athenæum lib. 7. & alibi.
[d] Apud eundem lib 13.
[e] Aristot. tum alibi, tum moral. Nicom. 5.
[f] Apud scholiastem græcum Theocriti, qui ex Hesiodo eũ adducit.
[g] Extat tum apud alios autores, tum apud Lucianum in lib. de Calumnia.
[h] Aristot. lib. 2. Rhetoric.
[i] Refertur ab Aelio Lampridio, in vita Alexandri Seueri Cæsaris.

De Latinis Gnomologijs.

Prætereamus verò nunc Latinos scriptores, qui in hoc doctrinæ genere Græcis vix sunt inferiores: cum prius hoc concesserimus, pleraque à Latinis de moribus scripta, ex Græcis fontibus, scriptis vetustioribus, esse desumpta. Quemadmodum contrà de Græcis etiam hoc testari possumus, ac plerique Græcorum theologorũ commentarijs etiam de ea re compositis id ostenderunt, quòd quæ piè & sapienter dixerint, ab Hebræis illa quoquo etiam modo mutuò acceperint. Porrò apud Latinos in hoc genere sapienter scriptus est libellus, qui Catonis nomine se hactenus in scholis venditat: libellus puerorum ingenijs ac moribus accommodatissimus, vel Vallæ etiam

Latini sua ex Græcorum fontibus hauserunt.

Græci sua ex Hebræorum fontibus hauserunt.

Disticha latina Catonis, & Vallæ de iisdem iudicium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

tiam testimonio: quem dicere solitum fuisse accepimus, Catonem inter minutos autores esse latinissimum, quo etiam mille annis carmen nemo scripserit elegantius. Huic addimus Publij etiam mimographi Mimos lepidissimos, ab optimis quibusque autoribus vsurpatos,& celebratos: quemadmodum id ex Gellio, Seneca, atq; Macrobio non difficile esset ostendere. Similes libellos & nos in latina lingua parauimus: Alterum ex poëtarum omnium extantium sententijs, tum etiam aliorum poëtarum dictis, quorum monumenta iam pridem temporis iniuria deperdita sunt, & fragmenta tantum,& versus aliquot, sed pauciores, ab alijs citati, adhuc reperiuntur. Alterum verò confecimus ex Philosophorum Latinorum, Historicorum atque Oratorum extantium γνώμαις sapientibus. Si quam etiam sententiam alterius cuiusdam sapientis veteris Latini scriptoris, cuius libri non extarent amplius, ab alijs autoribus vsurpatam & citatam obseruauimus, eam similiter cum cæteris, quamlibet suo loco sedulò reposuimus. Quæ suo tempore ideo publica fieri patiemur, vt & studia discentium iuuemus: & quod quidem in nobis est, ad vitæ ipsorum cultum conferamus. Vtrumque enim præstare solent, de quibus loquimur, axiomata: vitam & mores ornant ac excolunt: ad persuadendum hominum mentibus conducunt: decus item & gratiam orationi addunt: argumentum quoque suppeditant cogitandi & dicendi, de quacunq; etiam materia quis orationem instituere voluerit.

Publij Mimographi Mimi lepidissimi.

Gnomologia Neandri ex poëtarum Latinorum sententijs confecta.

Gnomologia latina, ex Philosophorum, historicorum atque oratorum dictis comparata.

Ad quid conducant sententiæ.

Cæterùm vt eò tandem veniamus quò tendit oratio, inter eos autores qui veteri consuetudine breuibus dictis immensam sapientiam sunt complexi, non postremum locum occupant Pythagoras ac Phocylides, autores & sapientissimi & vetustissimi. De ijs nunc nobis dicendum est.

Fuit verò Pythagoras philosophus, ex Samo insula oriun-

la oriundus, Mnesarchi annulorum sculptoris filius. Is cum discendi amore vehementissimo flagraret, in Aegyptum primò, mox Babyloniam, discendi causa profectus est. Vnde deinde regressus, in Cretam ac Lacedæmoniam peruenit. Id quod pro veteri consuetudine veterum plurimi sequuti sunt, quemadmodum de [a] Platone, Euripide, Solone, [b] Apollonio Tyanæo, [c] Cicerone etiam, & è patribus diuo [d] Hieronymo, scriptores prodiderunt: & [e] Galenus, medicorum princeps, de suis profectionibus discendi causa susceptis, ipse meminit. Postea verò, cum iam multa vbiq; vidisset, didicisset, ac audiuisset, ac cum doctissimis viris de studijs, ijsq; rebus de quibus dubitabat, seu quæ scire cupiebat, sæpe contulisset, ac patriam Samum à [f] Polycrate tyranno teneri intelligeret: ea relicta denuò, Crotone, quæ ciuitas est Italiæ, à [g] Milone Crotoniata & aliquot alijs præstantibus viris celebri consedit: ibique aperta schola, & iuuentutem & eius loci ciues optimis præceptis ad studium honestatis, probitatis ac frugalitatis, aliarumque virtutum excitauit. Cæterùm quibus legibus suos auditores rexerit, ad quæ etiam præscripta tum ipse vixerit, tum etiam suos omnes viuere voluerit, [h] pluribus exposuerunt, Laërtius, Suidas in Pythagora, Philostratus quoq; in suo Apollonio, & Iamblichus philosophus, Porphyrij Christianorum hostis discipulus: qui de Pythagoræ vita & secta libros tres conscripsit, in quos Commentaria edidit Simplicius Aristotelis interpres. Cicero etiam, ac Plutarchus: & de Græcis veteribus theologis, Clemens Alexandrinus, & Philo Iudæus: Erasmus etiam in Chiliadibus, & Lilius, vbi symbola interpretantur Pythagoræ. Et quis veterum Pythagoræ non meminit? vt nec Liuij, nec Iustini, nec Gellij, nec Macrobij, nec Luciani etiam, Virgilij & Ouidij poëtarum, hoc loco mentionem faciamus. Inde enim, si qui his nō sunt contenti,

plura

De Pythagora philosopho, & aureis ipsius carminibus.

a De Platonis peregrinatione, & Euripidis, & Solonis, vide Laertium in vitis philosophorum, Plutarchum in Solone, Herodotū quoque lib. 1. & Platonem in Timæo.

b De Apollonio vide libros 8. Philostrati de vita Apollonij. Volaterranum etiam lib. 13. Anthropologias, & Trithemiū lib. 2. Epistolarū familiarium, vbi librorum 8. Philostrati Epitomæ leguntur.

c De Cicerone vide Plutarchum in Cicerone.

d De Hieronymo, vide vitam Hieronymi ab Erasmo ex eius scriptis confectā, quæ initio 1. Tomi cū operibus eius impressa est.

e Lib. 9. de Facultatibus medicamentorum simplicium, vbi agit de terra Lemnia.

f De quo apud Herodotum lib. 3. prolixa extat historia.

g Cuius Pausanias, Plinius, Gellius & Valerius meminere, Galenus etiam in lib. qui ad bonas artes exhortationē continet.

h Qui autores scripserint de Pythagora.

plura de Pythagora addiſcere poſſunt. Ei autem Pythagoræ quidam tribuunt poëma, τὸ χρυσᾶ ἔπη καλέμενον: hoc eſt, Aurea carmina nominatum, (poëma verè aureum) quemadmodum id Suidas refert hiſce verbis: τινὲς δὲ ἀνατιθέασιν αὐτῷ καὶ τὰ χρυσᾶ ἔπη. ſeu quòd reuera ipſe, ſeu etiam tota ſchola Pythagoræ (quò Gellius inclinare videtur) eius autor fuerit: ſeu etiam, quòd eiuſmodi breuibus ſententijs ſolitus fuerit proponere doctrinam de moribus: ſeu quòd id ſcriptum eius moribus, eiusq; vitæ ſanctimoniæ maximè congruere ſapiens iudicarit antiquitas. de quo alij aliter ſentiunt: quæ nos ſub iudice ita in medio indiſcuſſa relinquimus.

Aurea carmina Pythagoræ.
In Pythagora.
Lib. 6. cap. 2.

De Phocylide verò Stephanus ſcriptum reliquit, quòd Mileſius fuerit. Floruit autem eodem tempore, quo Pythagoras, Theognis etiam, Simonides & Anacreon, poëtæ Lyrici: poſt Troiana videlicet tempora annis plus minus 647. vt id ab Euſebio [a] annotatum eſt. Porrò conſcripſit & ipſe Gnomas, & Elegias, hexametroſque nonnullos. Horum quædam quæ appellauit κεφάλαια, ex ſcriptis Sibyllarum deprompta ſunt, vt id ab Suida [b] refertur: ac pleraque alia, quæ à quocunque etiam veterum piè & rectè dicuntur, quid ea aliud ſunt, quàm ceu lex naturæ omnium mētibus inſculpta ſeu Sibyllarū voces? quas reliquias fuiſſe patrum Eccleſiæ, horumque diſcipulos, tum aliæ veræ narrationes id indicant: tum ipſa Sibyllina oracula, quæ in Græca lingua adhuc extant, id explicitè & clarè docent.

De Phocylide.

a In Chronicis, quæ latina hactenus ſolúmodo extant, a diuo Hieronymo olim e Græco conuerſa.
b In Phocylide. Vide quoque quæ de Phocylide teribuntur apud Dionem Chryſoſtomum oratione 36. in Boryſthenicis.
Vide præfationem Xyſti Betuleij, Caſtalionis etiam, & Marci Antimachi, in Sibyllina græca carmina. Quæ item in fine lib. 3. de ſe ipſa ſcribit. quod nurus Nohæ fuerit, ſeruata cum ipſo in diluuio.

[c] Vtrumque verò poëma, vtriuſque autoris, Pythagoræ & Phocylidæ, præcepta continet verè aurea: hoc eſt, ſancta, pura & abſoluta, ſed ſuccincta, rotunda & breuia: qualia ſunt ſapientum monita de pietate, de ſtudiorum & morum ac vitæ denique totius honeſta gubernatione.

c Carmina Pythagoræ & Phocylidæ quid doceant.

Ea præcepta nos latina fecimus, à bonis viris de eò ad-

eo admoniti, & vt eam operam diſcentibus daremus rogati: breui quoq; expoſitione, quæ obſcuriora erant, illuſtrauimus. Speramus autem, eam noſtram operam, in ea re præſtitam, diſcentibus nec inutilem, nec ingratam etiam futuram: cum & Latina quæ de Græcis fideliter expreſſimus, cum Græco è regione coniunxerimus: tum etiã ſuccincta expoſitione indicauerimus ea maximè, de quibus adoleſcentes ſollicitos futuros exiſtimaremus.

Cæterùm eam noſtram lucubrationem, viri optimi ac ſapientiſſimi, vobis ac veſtræ ſcholæ ideo inſcripſimus, quod ſciremus virtutis ac honeſtatis vos eſſe amantiſſimos: de qua re in vtroque pöëmate, tum etiam Hercule illo Xenophontico, (quẽ ſimiliter à nobis expoſitũ addidimus, quòd ſimilis eſſet argumenti) præceptiones ſapientiſſimæ proponuntur: tum etiam, quod in veſtra vrbe à bonis viris aliquoties, humanitatis, hoſpitalitatis ac liberalitatis officia non vulgaria nobis exhibita eſſent: & nunc quoq; ſint apud vos honeſti & prudentes aliquot viri, qui de nobis non inhonorificè ſentiant. Hercules Xenophonticus expoſitus.

Voluimus itaq; hunc laborem extare apud vos, æternum voluntatis noſtræ erga vos & veſtros liberos indicium. Quod vt boni conſulatis, & me vobis cõmendatum eſſe ſinatis, peto à vobis quàm officioſiſſimè. Valete ſapientiſſimi Conſules & Senatores, domini ac patroni ſemper mihi obſeruandi.

Anno 1559. in ipſo die S. Michaëlis archangeli.

V.

dedititſimus

Michaël Neander Soranienſis.

C TA

ΤΑ [a] ΧΡΥΣΑ ΚΑΛΟΥΜΕΝΑ ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΕΠΗ.

Ἀθανάτους μὲν πρῶτα θεοὺς, νόμῳ ὡς διάκειται,
A Τίμα. καὶ σέβου ὅρκον, ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς.
τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας, ἔννομα ῥέζων.
τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' [b] ἐκγεγαῶτας.
τῶν δ' ἄλλων ἀρετῇ ποιοῦ φίλον ὅστις ἄριστος.
πραέσι δ' εἶκε λόγοις, ἔργοισί τ' ἐπωφελίμοισι.
μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἁμαρτάδος εἵνεκα μικρῆς.
ὄφρα [c] δύνῃ. δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι ναίει.
[d] ταῦτα μὲν οὕτως ἴσθι, κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε·
γαστρὸς μὲν πρώτιστα, καὶ ὕπνου, λαγνείης τε,
καὶ θυμοῦ. πρήξεις δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλου,
μήτ' ἰδίῃ. πάντων δὲ μάλιστ' [e] αἰσχύνεο σαυτόν.
εἶτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν, ἔργῳ τε λόγῳ τε.
μηδ' ἀλογίστως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔθιζε.
ἀλλὰ γνῶθι μὲν ὡς [f] θανέειν [g] πέπρωται ἅπασι.
χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
[h] ὅσσα τε δαιμονίῃσι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,
ὧν ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.
ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον [i] δύνῃ. ὧδε δὲ φράζευ.
οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τούτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.
πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοί τε καὶ ἐσθλοὶ
προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσεο, μήτ' ἂρ ἐάσῃς
εἴργεσθαι σαυτόν. ψεῦδος δ' ἢν πέρ τι λέγηται,
πρᾴως εἶχ'. ὃ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ [k] παντὶ τελείσθω.
μηδείς μήτε λόγῳ σε παρείπῃ, μήτε τι ἔργῳ
πρῆξαι.

a Aurea dicuntur, propter bonitatem doctrinæ quam continent. quicquid enim preciosum & absolutum esse volumus, aureum id nuncupamus: vt, aureum seculum à poëtis; & δικαιοσύνας τὸ χρύσεον πρόσωπον. καὶ πάλιν, χρύσεον ὄμμα τὸ τᾶς δίκας, vt scripsit Pindarus, quemadmodum est apud Athenæum lib. 12. δειπνοσοφιστῶν. χρυσᾶ contractum est à χρύσεα χρυσέα. χρυσὸς autem aurum, ἀπὸ τοῦ ἐρύειν dicitur, quod præcipuè custodiatur. vnde Thesaurus.

b Pro ἐκγεγονότας, Atticè verbi γάω. Ionicè ἐκγεγαότας, Atticè ἐκγεγῶτας, & deinde cum epenthesi α, ἐκγεγαῶτας. πραέσι, à πραΰς. εἵνεκα, pro ἕνεκα, cum epenthesi iota. & μικρῆς, pro μικρᾶς, Ionicè.

c Pro δύνασαι. quædam enim in μι secundam personam more barytonorum formant. de quo vide 5. partem Erotematum nostrorũ Græcæ linguæ.

d Vt alias dicimus, Atq; de his hactenus. Germanicè, vnd das were das. nũc transeamus ad reliqua. ἴσθι autem syncope est, pro ἴσαθι, ab ἴσημι.

e Pro αἰσχύνου, dialysi ionica.

f Pro θανεῖν, cum epenthesi ε ionica propter vers. aor. 2. à θνήσκω.

g Præteritum est passiuum, quod sæpe legitur apud poëtas Græcos, de eo quod fatatũ seu fato ordinatum est. factum per Syncopen à πεπερωμένω termino, καὶ ἐρύω traho. h Pro ὅσα, cum epenthesi σ propter versum. Et δαιμονίῃσι, pro δαιμονίαις, cum paragoge iota, quod Dores, Attici & Iones solent addere datiuis in ς terminatis: vbi Iones quoq; αις in ῃς conuertunt, vocalem impropriam, pro μούσαις μούσῃσι facientes. i Pro δύνασαι, vt suprà indicauimus. & φράζου, pro φράζευ Doricè. Dores enim ου diphthongum in ευ mutant, sed non semper, quemadmodum in præceptionibus linguæ Græcæ id docetur. k In omni: nos aduerbialiter reddidimus, vt πάντως.

CARMINA PYTHAGORAE AVREA VOCATA.

PRimùm deos immortales, vt lege sancitum est,
Cole. & venerare iusiurandum, deinde heroas inclitos.
Venerare etiã terrestres deos, ordinata lege sacrificãs.
Et honora parẽtes, & propinquitate tibi [a] iunctos.
Ex alijs verò amicum [b] facito, quicunq; virtute est optimus.
Amicis verò da locum verbis, & factis vtilibus.
Neq; oderis amicum tuum delicti causa exigui,
Dum potes: potẽtia enim prope necessitatẽ habitat.
Hæc quidem sic noris. dominus verò esse [c] assuesce istorum:
Ventris quidem primùm, & somni, & luxuriei,
Et iræ. Facies verò turpe (quid) neq; cu malio,
Neq; priuatim. Omniũ verò maximè metue teipsũ.
Deinde iusticiam [d] exerce, & opere & verbo.
Neq; assuesce insipienter teipsum gerere circa aliqd:
Verum cogita, quòd mori fatatum sit omnibus.
Opes verò quandoq; teneri solent quandoq; (etiã) amitti.
Quæ verò homines diuina sorte mala sortiuntur,
Horum si partem habueris, patienter ferto, neq; indigneris.
Sanare verò (ea) decet, quantũ potes. Sic verò cogitato:
Non valde multum Sors de istis dat bonis.
Multi verò sermones et improbi & boni hominibus
Accidunt, quibus neq; [e] perturbare, neq; etiã sinas
Affligi teipsum (ijsdem). Mendacium verò si quod dicatur,
Placidè ferto. Quod verò (nũc) dicã, prorsus tibi perficiatur.
Nemo neq; verbo tibi persuadeat, neq; opere,

a Id est, proximè post parentes natos, seu parentibus proximos.

b ποιεῦ pro ποιοῦ, Dorica dialecto.

c Pro εἰθίζεο, resolutione diphthõgi Ionica. & λαγνείης, pro λαγνείας, Ionicè. Iones enim α in η, Dores contrà η in α mutare solẽt, in omnib. partibus orationis. & πρῆξαι, pro πρᾶξαι. & ἰδίῃ, pro ἰδίᾳ, datiuo posito pro aduerbio, quòd Græcis plures partes & casus aduerbiascant quàm Latinis.

d Infinitiuus positus pro imperatiuo ἄσκει, more Ionico quod frequens est tum in hoc & Phocylidæ carmine, tũ maximè apud Homerum & Hesiodum, poëtarum & antiquiss. & sapientissimos.

χρηΐζων πλούτου, μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ.
ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν ᶜ ἀμαλθείης κέρας εἶναι.
καὶ τόδε Φωκυλίδου, τὸ πλέον γένος ἀγενὲς εἶναι,
οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

a Pro Φωκυλίδου, poëticè. τετόρων, pro τεσσάρων, à τέτορες τέτορος τέτορι. vsurpat quoque eam vocem Hesiodus lib. 2. γένοντο, pro ἐγένοντο. poëtæ enim non augent aorist. β. med. verbi γίνομαι. βλοσυρῆς, pro βλοσυρᾶς, Ionicè.

b Germanicè, ist wol zu bulden.

c Id est, plurimum emolumenti ex agro capere homines, suppeditante eo quippe pleraque in vita necessaria. Amalthea autē nomen est capræ, quæ Iouem lactasse dicitur. Huius alterum cornu Iuppiter dedit nymphis nutricibus officij præmium, hanc adijciens facultatem, vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularet, quemadmodum memorant poëtæ. Apud Ciceronē ad Atticum lib. 1. ἀμαλθεῖον Bibliothecæ nomen est instructissimæ, ab ἀμαλθεία puto facto nomine, quod augeo, dito significat. Sic ἀμαλθείας κέρας licebit vocare, Plinij mundi historiam, thesaurum opulentissimum & rarissimum, tamque varium quam varia est rerū natura, quam tractat, ex bis mille voluminibus comparatum. Athenæi quoque, Græci Plinij, Polyhistoris mirandi, polyscios sophistas, volumen varium, eruditum pariter & iucundum. Pausaniæ doctissimam Græciam, & Suidæ philologiū, antiquæ & politioris doctrinæ myrmecia. Plutarchi quoque vitas & moralia, duo volumina omnibus gēmis & margaritis potiora. Augustini de Ciuitate Dei libros, optimarum & antiquarum rerum doctrina instructissimos: & ex recentioribus, Cælij Rhodigini lib. 30. Antiquarum lectionum: quemadmodum & Pierij hieroglyphicon lib. 58. & Cardani de rerum Varietate lib. 17. Erasmi item, primi studiorum nostro tempore restauratoris, Adagiorum Chiliades: thesauros incomparabiles, bibliothecas instructissimas, amplissimos philologiæ campos, ipsas Gratias, Veneres, Atticas Musas, & bonorum Iliades, volumina præclarissima, ex quibus etiam vel lactis gallinacei haustum sperare possis, vt Plinij verbis vtar: omnibus, quibus & vera eruditio, & antiquitatis cognitio cordi est, habenda & legenda.

ET hæc Phocylidæ (ſunt.) *ex quatuor iſtis facta ſunt*
Genera mulierum: prima è cane, altera ape,
Tertia ſue torua, quarta verò equo iubato.
(Ex equo facta) *commoda eſt & velox circumcurſans, forma præſtante.*
E' ſue verò torua, neq; ſanè mala, neq; etiam bona eſt.
E' cane verò, moleſta, & fera (eſt). *Ape autem*
Domus gubernatrix (eſt) *bona, & ſcit laborare,*
Cuius opta, care ſocie, aſſequi coniugium deſiderabile.

Et † hæc Phocylidæ ſunt:
Indigens opibus, curam habe fertilis agri,
Agrum enim aiunt copiæ eſſe cornu.
Et illud Phocylidæ eſt: Plurimos nobiles
Quos neq; in verbis ſequitur gratia, neq; in conſilio.

† Extant apud Stobæum ſimiliter, oratione περὶ γεωργίας, & oratione περὶ τῶν ἀγυιῶν.

F I N I S.

F *Reperiun-*

Versus Phocylidæ qui, cum superioribus non fuere relati.

Reperiuntur & alibi Phocylidæ quidam versiculi elegantes, qui in hoc poëmate non fuerunt relati: qualis & is est, qui extat apud Aristotelem Politicorum lib. 4. cap. 11. vbi de optima Republica, partibus ciuitatis, mediocritate, excessu atque defectu disputat· is autem talis est:

Mediocriũ conditio optima.

πολλὰ μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι. Id est:
Mediocris status homines plura habent commoda, quare mediocris fortunæ homo expeto esse in ciuitate.

Virtus post nummos quærenda.

Apud Platonem etiam lib. 3. de Republica, vbi hæc verba legũtur: *οὐκ ἀκούεις τῶς Φωκυλίδου, δεῖν ὅταν τῳ ἤδη βίος ᾖ ἀρετὴν ἀσκεῖν.* Id est: Non audis Phocylidem dicentem, oportere virtutem exercere, cum iam alicui ad vitam necessaria cõparata sunt. Ita enim ego intelligo, & vt *τῳ* pro *τινι* ponatur: & conueniat cum versu veteri qui à Diogeniano refertur, *δίζησθαι βιοτὴν, ἀρετὴν δ' ὅταν βίος ἀρκῇ.* Eo quoque quod Latinus poëta scripsit,

O ciues ciues, quærenda pecunia primum.
Virtus post nummos. — Et,
Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. —

Athenæum præterea, vbi lib. Cœnarum suarũ 10. hi Phocylidæ versus leguntur:

χρὴ δ' ἐν συμποσίῳ κυλίκων περινισσομενάων,
ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν. id est:

In conuiuio quæ agenda.

Oportet in conuiuio, vbi pocula circumferuntur, Sedentem vinum bibere, loquentem dulcia: hoc est, grata conuiuis, & conuiuio, eique tempori congruentia. videtur namque velle præcipere, vt in conuiuijs hilares, serias disputationes in aliud tempus differamus.

Boni viri in vita pluribus malis sunt expositi.

Ac Plutarchum in lib. *περὶ τοῦ ἀκούειν*, vbi ait Phocylides: *πόλλ' ἀπατηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν.* Id est: Quod sæpe decipiatur, ac multorum dolis expositus sit, qui cupiat in bonorum virorum haberi numero.

Pueri adhuc, honesta & bona docendi sunt.

Apud Plutarchũ etiam, in libro de puerorũ institutione: *χρὴ παῖδ' ἔτ' ἐόντα καλὰ διδάσκειν ἔργα.* Id est:
Oportet puerum adhuc (aptum regi) honesta docere opera. Vsque autem à teneris assuescere multum est, vt Virgilius scripsit.

Vnicuique homini mox a natiuitate bini Genij adduntur, bonus simul & malus.

Et Clementem in Stromatis lib. 5.

ἀλλ' ἄρα δαίμονές εἰσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοτε ἄλλοι,
οἱ μὲν ἐπερχομένου κακὸν ἀνέρος ἐκλύσασθαι. Id est:
Verùm dæmones hominibus aliàs alij sunt: alij quidem, vt malum ab homine ingrediente (hanc vitam) abigant.

Putat

Putat enim Clemens, hos duos Phocylidæ versus respicere eò, quòd Ethnici etiam vnicuiq; nascenti binos tribuerunt genios, quos dæmonas vocabant: neq; hominibus modò, verumetiam locis & ædibus quorum alter perniciem nobis moliatur, alter iuuare studeat. Cuius sententiæ Empedoclem poëtam fuisse, ex Plutarcho constat, in libello de Animi tranquillitate: vbi de ea re aliquot eius versus leguntur. Citat autem Clemens hos Phocylidæ versus eo loco, vbi ostendit, quomodo veteres Philosophi, & Oratores, & Poëtæ ipsi, fures Hebræorum, pleraq; quæ rectè dixerunt, ex Scriptura suffurati fuerint. quod similiter docent & ostendunt Iustinus Martyr, Eusebius, Theodoritus Cyrensis Episcopus, Synesius quoq; Cyrenes Episcopus, Theophilus Antiochensis ecclesiæ Episcopus, Tatianus quoque Iustini Martyris & philosophi auditor & discipulus, & Lactantius antiquus & eruditus scriptor, in ijs libris quibus gentium vanitatem refutarunt, & proprijs ipsorum testimonijs & argumentis erroris & vanitatis eos conuicerunt.

Veteres ethnici, philosophi, poëtæ, &c. Hebræorum fures.

Qui Græci veteres Theologi contra gẽtes scripserint.

Apud Dionem etiam Chrysostomum in Borysthenicis oratione 36.

* πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον οἰκεῦσα μικρὴ,
κρέσσων Νίνου ἀφραινούσης.—— Id est:

Ciuitas parua, inq; scopulo posita, & modestè se gerens, melior est Nini (amplissima ciuitate) immodesta. Ninũ autem regem fuisse Assyriorum potentissimum, luxui quoque deditum, tum Iustinus meminit lib. 1. tum etiam alij scriptores. Apud Athenæum lib. 12. vbi agit de luxu Sardanapali, & aliorum principum, de Nino præsentes Iambi leguntur, quorum autor fuit Phœnix Colophonius:

* Ciuitas parua modesta, præferẽda amplissimæ, sed luxu & alijs vitijs perditæ. Hoc carmen Phocylidæ Dion ibidem exponit hisce verbis: ἡ σμικρὰ πόλις ἐν βραχεῖ σκοπέλῳ κειμένη, κρείττων ἐστὶ καὶ εὐτυχεστέρα κατὰ κόσμον οἰκοῦσα, ἢ μεγάλη ἐν λείῳ καὶ πλατεῖ πεδίῳ, ἐάνπερ ἀκόσμως καὶ ἀνόμως ὑπ' ἀνθρώπων ἀφρόνων οἰκῇ).

ἀλλ' ἦν ἄριστος ἐσθίειν τε καὶ πίνειν
κηρᾶν, τὰ δ' ἄλλα πάντα κατὰ πετρῶν ὤθει.
† ἐγὼ δ' ἐς ἅδην οὔτε χρυσὸν οὔθ' ἵππον,
οὔτ' ἀργυρᾶν ἅμαξαν ᾠχόμην ἕλκων,
σποδὸς ἡ πολλὴ καὶ μιτρηφόρος κεῖμαι.

Ede, lude, bibe, post mortem nulla voluptas.

† Nemo moriens quicquam de bonis huius vitæ secum auferet, sed cinis fiunt etiam diademate insignes reges, vt hoc loco dicitur.

Et id carmen Phocylidæ, quod quia aliqui Hesiodo tribuerunt, à Cicerone ψευδησιόδειον est appellatum: quod citatur tum ab alijs multis, tum Luciano in libello de Calumnia,

μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Id est:

Ne pronuncies de lite aliqua, nisi prius vtriusq; partis accusationem audieris. Vsurpat idem quoq; Aristophanes in comœdia quæ Vespæ inscribitur, & Euripides in tragœdia cuius titulus est Heraclidæ. Seneca verò in Medea sua id his versibus reddidisse videtur:

Altera pars in accusationibus quoque audienda est.

Qui statuit aliquid, parte inaudita altera,
Aequum licet statuerit, aut aequus fuit.

Leguntur fortè apud alios etiam autores huius poëtæ alia, quæ mihi nondum occurrerunt: quemadmodum plerumq; Poëtarum, Philosophorum, Rhetorum & Historicorum sententiæ aliquæ, versus prouerbiales, & aliàs rari, insignes, ipsaq; vetustate commendabiles, vel expositi, vel ad certas personas & res sapienter accommodati: Oracula quoque, & Sibyllarum voces, Epigrammata, Symbola, monumentorum, templorum ac ædiũ inscriptiones, Epitaphia sententiosa, & huiusmodi, deperdito plerumq; temporis iniuria ipso Opere integro, leguntur apud Philosophos, Aristotelem, Platonem, Xenophontem, præcipuè autem in libris quatuor de dictis ac factis Socratis. In Luciani item 170. Opusculis: & apud Latinos, Senecam & Apuleium: Rhetores etiam, Demosthenem, Aristidem, Dionem Chrysostomum: & quos in vno volumine Aldus Venetijs olim coniunctos edidit, Lycurgum, Antiphontem, Lysiam, &c. Ciceronem etiam, Quintilianum & Plinium, Latinos scriptores: Historicos præterea, Herodotum, Thucydidem, Diodorum Siculum, Zonaram, Nicetam Choniatam, Iosephum, Dionem Cassium Nicæum, Pausaniam, Philostratum, Strabonem, Heliodorum Aethiopicæ historiæ scriptorem: & qui latinè scripserunt, Suetonium, & cæteros qui Cæsarum vitas condiderunt, quos Erasmus coniunctos edidit: Medicos etiam, maximè verò Galenum, medicorum illum admirandum δαδοῦχον καὶ κορυφαῖον. Et apud philologos, Athenæum, Plutarchum, Suidam, Stobæum, Aelianum, Laërtium, Pollucem, Stephanum, & in opere illo Epigrammatum græcorum amplo & egregio. Et Latinos, Gellium cum Macrobio: quibus addimus qui prouerbia exposuerunt, Zenodotum, Apostolium Byzantium, Diogenianum, & in his principem Erasmum. Ex recentioribus verò, Cœlium Rhodiginum, & Augustinum Steuchum: Pierium etiam, quòd suos thesauros non tantum ex editis authoribus, verùm plerisque nondum in publico visis, sed adhuc in bibliothecis latentibus multa abstrusa, multa non vulgaria congesserit. Grãmaticos quoq;, & autorũ interpretes, Poëtarũ maximè: quales sunt, Phurnutus, Maximus Tyrius, Heraclides Põticus, Proclus Lycius. Ij item qui in Homerum, vt Eustathius, commentaria scripserunt: & qui exposuerunt Pindarum, Theocritum, Lyso-

Multi poëtarum versus insignes leguntur passim apud veteres, ex ijs operibus citati, quæ temporis iniuria perierunt.

Philosophi græci & latini.

Rhetores græci, simul etiam latini.

Historici præcipui græci pariter & latini.

Medici inter quos principatum tenet cum Hippocrate Galenus.

Philologi, hoc est, autores in quorum scriptis varia reperiuntur, historiæ, fabulæ, vitæ personarũ, apophthegmata, sententiosa dicta, & carmina sapientum virorum & poëtarũ: Physica quoque, & quæ ad Grammaticã pertinent, & si quæ sunt alia.

Grammatici & autorum interpretes, poëtarum maxime.

Lycophronem, Apollonium, Aristophanem, Aratum, Hesiodum, & Dionysij Aphri orbis descriptionem: & de Latinis sunt, Priscianus, Charisius Sopater, Nonius Marcellus, Festus Pompeius, Marcus Varro: & qui de veteribus, commentarijs exposuerunt Terentium, Virgilium & Horatium, Donatus, Seruius, Acron, & Porphyrion. Apud Theologos etiam græcos non pauciora inuenies, præcipuè verò Clementem Alexandrinum, Iustinum, Philonem, Synesium, Eusebium, Theodoritum & Theophilum. Basilius enim (si dempseris vnam orationem) Nazianzenus quoque & Chrysostomus, quamuis in omni seculari sapientia diligentissimè fuerint instituti, & in Ethnicorũ literis sedulò versati (quemadmodum tum ipsi de se id testantur, tum quoq; alij de ijsdem scripto prodiderunt: ipsorumq; id clamant, quæ extant luculenter, grauiter, eruditè & eloquenter scripta librorum volumina) quamuis Ethnicorum opiniones sæpè proferant, tamen & parcius id faciunt (cum etiam argumentum à superioribus diuersum tractent, minus ex professo manum conserentes cum gentibus) & si quæ in medium afferunt, γνωμικὰ non illa existunt, quemadmodum mihi quidem obseruare licuit. Cæterùm de eo commentabimur alio tempore prolixius, cum indicabimus, qui autores sequendi & euoluendi sint, γνωμολογίαν amplam & opulentam paraturo: qualem & nos hactenus habuimus in manibus, necdum eius nos cœpti piguit.

Theologi græci, vbi sua scripta referserũt Ethnicorũ testimonijs.

Basilius, Nazianzenus, & Chrysostomus, tres summi græci Theologi, quare minus Ethnicorum testimonijs vsi.

De consilio, qui autores euoluendi gnomologiam luculentam & absolutam paraturo.

FINIS.

VITA PRODICI, VETERIS SOPHISTAE CELEBERRIMI.

Vide Volaterranum in Anthropologia lib. 18.

PRodicus Cous (cuius quanta fuerit authoritas, ex Xenophonte Grylli filio deprehendere licet: qui in Bœotica captus, vadem pro reditu dedit, vt ad eum legentem accederet) in consilio Atheniensium magnam est laudem adeptus, quanquam voce grauiore atque absona. Conatus que est in ea ciuitate, primarios ex quaque nobili familia adolescentes sibi deuincire: quorum hospitium vsui tibi & voluptati foret. Hæc è Philostrato. Suidas autem dicit, eum Chium patria fuisse, & Democriti ac Gorgiæ téporibus fuisse: librúmque edidisse, qui inscribitur [a] ὧραι. in quo finxit, Herculem Virtuti pariter ac Voluptati congressum. & vtraque adhortante, tandem à Virtute persuasum, alteram spreuisse. Cicero quoque in Officijs, Herculis Prodici mentionem facit.

a ὧραι βιβλίον Προδίκου, ἐν ᾧ πεποίηκε τὸν ἡρακλέα τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ κακίᾳ συντυγχάνοντα, καὶ καλούσας ἑκατέρας ἐπὶ τὰ ἤθη αὐτῶν, καὶ προσκλιθῆναι τῇ ἀρετῇ τὸν ἡρακλέα, καὶ τοὺς ἐκείνης ἱδρῶτας προκρῖναι τῶν προσκαίρων κακίας ἡδονῶν. Hæc Suidas in Prodico.

[b] Extemporalis facundiæ fontem quidam à Pericle primum deriuasse affirmant, ex quo magnus ille linguæ potentia putatus est. Aliqui verò à Pythone Byzantio, quem Demosthenes solum Atheniensium vt audacem dicendo, longeque fluentem taxat. Nonnulli autem ab Aeschine, qui primum Rhodi Mausoleum [c] Cariæ subita laude commendauit. Mihi autem videtur, ait Philostratus, Aeschinē ipsum, & in legationibus, & in iudicijs ac concionibus, multa sanè ex tempore dixisse: ac tantummodò orationes scriptas reliquisse, vt in cura ac diligentia haud multum Demosthene inferior videatur: attamen extemporalitatis inuentum [d] Gorgiæ trado. Hic primùm Athenis prodiens, ingenioque fretus: Proponite, inquit. ostentans se ad respondendum subito paratū, nihilque penitus ignorare. Vnde postea Prodicus Chius excitatus, librum scripsit, vbi virtus ac vitiū muliebri specie Herculem circumstetere. atque hæc quidem vario elegantique cultu, ocium deliciasque offerre: illa verò humili figura, laborem

b Vide Volaterranum de hac parte, in Philologiæ lib. 34.

c De quo vide Gellium lib. 10. cap. 18.

d Extat huius Sophistæ adhuc oratio Græca, quæ Helenæ continet encomium, quemadmodum quoque Isocrates eiusdem laudes scripsit oratione erudita & diserta, quæ cum reliquis Isocratis operibus coniuncta est. Meminit verò Gorgiæ aliquoties Plato, quemadmodū etiam Prodici.

laborem tristiciamq́ polliceri: deniq; longo inter se sermone contendere videbantur. Idem Prodicus demonstratiuum genus primus instituit, ciuitates oberrans ac demulcens, iuxta Orphei [a] ac Thamyræ consuetudinem: ex quo apud Thebanos in magnis fuit honoribus, maioribus etiā apud Lacedæmonios, à quibus vt hæc iuuentutem doceret, magnopere rogatus est. A Gorgia postea agitatus, quòd obsoleta sæpiusq́ dicta tractaret, ad extemporalitatem ab eodem inductus est.

XENO-

a De Thamyra citharœdo excæcato à Musis, vide Homerum. De Orpheo vero, quomodo cantu excitarit animalia, vide Dionem Chrysostomum oratione 32. Apollonium quoque Rhodium in Argonautica historia, Orphea quoque ipsum in eadem: si modo id carmen veteris est Orphei, cum sint etiam, qui nullum vnquam Orphea, quemadmodum nullum Aesopum, fuisse prodiderint: sicuti alij eloquentia sua confisi & suis quibusdam rationibus commoti, Troiam nunquam captam fuisse, nec Helenam eòdem abductam, longiore etiam oratione similiter ostendere sunt conati: inter quos sunt tum poëtæ tum historici, Herodotus, Philostratus, & Dion Chrysostomus, in oratione de Ilio non capto. sic addidit inualidæ robur facundia causæ, vt à Poëta dicitur.

ΧΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΗΡΑΚΛΗΣ ΕΚ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΤΩΝ ἀπομνημονευμάτων Σωκράτους.

A

Ι[a] μὲν ῥαδιουργίαι, καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἡδοναὶ, οὔτε σώματι εὐεξίαν ἱκαναί εἰσιν ἐργάζεσθαι, οὔτε ψυχῇ ἐπιστήμην ἀξιόλογον οὐδεμίαν ἐμποιοῦσιν. αἱ δὲ διὰ καρτερίας ἐπιμέλειαι τῶν καλῶν τε κἀγαθῶν ἔργων ἐξικνεῖσθαι ποιοῦσιν, ὥς φασιν οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες. λέγει δέ που καὶ ἡσίοδος.

[b] τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδόν ἐστιν ἑλέσθαι
ῥηϊδίως, λείη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει.
τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον, ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἐπίχαρμος ἐν τῷδε: τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τ' ἀγαθοὶ θεοί. καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ φησίν· ὦ πονηρὲ, μή τι μαλακῶς ὀσμῶ, μὴ τὰ σκλήρ' ἔχῃς.

καὶ πρόδικος δὲ ὁ σοφὸς, ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ ἡρακλέους, ὅπερ δὴ ἐπὶ πλείστοις ἐπιδείκνυται, ὡσαύτως περὶ τῆς ἀρετῆς ἀποφαίνεται, ὧδέ πως λέγων, ὅσα ἐγὼ μέμνημαι· φησὶ γὰρ, ἡρακλέα, ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο, ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι δηλοῦσιν, εἴτε τὴν δι' ἀρετῆς ὁδὸν τρέψονται ἐπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας, ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀποροῦντα ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. καὶ [c] φανῆναι αὐτῷ δύο γυναῖκας προϊέναι μεγάλας, τὴν μὲν ἑτέραν εὐπρεπῆ τε ἰδεῖν, καὶ ἐλευθέριον φύσει, κεκοσμημένην τὸ μὲν σῶμα καθαρότητι, τὰ δὲ ὄμματα [d] αἰδοῖ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνῃ

a Meminit huius narrationis etiam Cicero lib. 1. Officiorum. Basilius quoque Magnus in oratione, Quomodo legendi Græci autores: & Iustinus Martyr apologia prima pro Christianis. Clemens quoque Alexandrinus lib. 3. Stromatũ. Nazianzenus quoque in lib. Carminum suorum id imitatus est.

b Primo libro ἔργων καὶ ἡμερῶν. Sunt autem notissimi & celebratissimi versus isti Hesiodi, ab omnibus propè veteribus vsurpati, Platone, Aristotele, Plutarcho, Dione, &c. Theologis etiam græcis, Basilio, Philone, Theodorito, Clemente, Synesio, & quamplurimis alijs: ideoque pueris diligenter discendi & cogitandi. Eos autem reddere voluisse videtur seu Virgilius, seu quicunque ille est qui scripsit carmen de litera Pythagoræ, quod in Epigrammatis extat, quæ cũ Virgilio expressa sunt.

c Aorist. β. pass. est verbi φαίνομαι. & προϊέναι procedere, infin. verbi πρόειμι, verbi εἶμι, τὸ πορεύομαι vado.

d Datiuus est quartæ contractorum, nominatiui αἰδώς.

XENOPHONTIS HERCVLES EX SECVNDO LIBRO DE dictis ac factis Socratis, continens descriptionem virtutis & voluptatis.

MOLLICIES & voluptates in promtu positæ, nec corpori sanitatem, nec animo vllam scientiam cuiuscunq; existimationis præstare possunt. Studium verò & patientia, bonarum atque honestarum artium causa sunt, vt optimis viris videtur. Dicit autē & Hesiodus:

Prauitatem quidem simul totam licet eligere (habitet.
Facilè: plana enim ad hanc ducit via, cum valde propè
Virtuti verò sudorem præposuerunt dij
Immortales, longum enim & arduum iter ad eam:
Quod cum asperum primùm sit, amœnum postea fit,
Cum ad vltimum quis peruenerit.

[a] Epicharmus quoq; his verbis hoc idem testatur: Laboribus omnia nobis dij vendunt. Et alibi inquit: Nunquam molliter viues, nisi dura & labores prius pertuleris.

Nec nō sapiens Prodicus, in illo quod de Hercule edidit opere, similiter disputat de virtute, in hunc modum, quantum ego memini dicens. Ait [b] namq;, Herculem, cum à puerili ætate ad adolescentiam perueniret (cum adolescentes iam sui arbitrij effecti, ostendunt, siue per viam virtutis, siue vitiorum, vitam suam ducent) egressum à ciuitate in solitudinem, consedisse cogitationibus agitatum, vtram viam supra dictarum præponeret. Vbi duas ei apparuisse mulieres magnas: alteram honestam, & liberalem visu, ex ipsa natura corpus quidē mundicia ornatā, oculos vero verecundia, effigiem autem totam castitate,

[a] Epicharmus Comicus fuit Siculus, qui comœdias tot conscripsit, vt eas Apollodorus in decem volumina digesserit, teste Porphyrio: sed interierūt oēs iniuria temporis, præter paucas sentētias insignes, q̄ citātur ab Athenæo, Plut. Clemēte, Stobæo, & alijs qbusdā.

[b] Similis narratio est in vita Luciani, ad imitationē fortè huius conficta. Et apud Dionem Chrysostomum, oratione prima de Regno, vbi Hercules à Mercurio ducitur in montem excelsum, ibiq; ipsi puero adhuc ostendit duas mulieres, diuam Basileidam & Tyrannidem. Consimilis argumēti est tabula Cebetis philosophi, quæ græcè & latinè extat. Hinc etiam videntur esse facta, quæ recitat Nazianzen. in carminibus de somnio suo, cuius bis meminit, in quo vidit Sanctimoniam & Temperantiam sibi loquentes. Narratio item de tribus vitæ ordinibus, quæ ibidē extat. His prorsus quoq; similia sunt, quæ Stobæus oratione 89. recitat, ex lib. Teletis de cōparatione diuitiarū & virtutis, vbi virtus & diuitiarū deus inter se cōmittuntur. Et q̄ apud Philostratū lib. 6. de vita Apollonij, ipse Apollonius refert Aegyptijs, de philosophia quæ sibi apparuerat cū vniuersis suis opinionibus quib. singulis suū quendam ornatum & sermonem tribuerat. Quæ item apud Galenum medicorum mirandum illum leguntur principem, in lib. qui ad bonas artes continet adhortationem de Mercurium & Fortunam sequentibus. Porro etiam quæ apud Philonem Iudæum lib. 35. de duabus vxoribus quas vnusquisq; habet in suo cōtubernio, Voluptate & Virtute, quemadmodū apud alios etiam authores aliæ istis similes narrationes reperiuntur. Et est solertis & probi adolescentis, secum cogitare, quemadmodum ex Pindaro refert Plato lib. 2. de Rep. τὸ πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβὰς, καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ. Id est: Illud, vtrum iusticiæ conscendam alta mœnia, an obliquas doli vias ingrediar, meq; ita circummuniens vitam exigam.

φροσύνῃ, ἐσθῆτι δὲ λευκῇ. τὴν δ' ἑτέραν [a] τεθραμμένην μὲν εἰς πολυσαρκίαν τε καὶ ἁπλότητα, κεκαλλωπισμένην δὲ τὸ μὲν χρῶμα, ὥστε λευκοτέραν τε καὶ ἐρυθροτέραν τοῦ ὄντος δοκεῖν φαίνεσθαι, τὸ δὲ σχῆμα, ὥστε δοκεῖν ὀρθοτέραν τῆς φύσεως εἶναι. τὰ δὲ ὄμματα ἔχειν [b] ἀναπεπταμένα. ἐσθῆτα δὲ ἐξ ἧς ἂν μάλιστα ὥρα διαλάμποι, κατασκοπεῖσθαι δ' ἅμα ἑαυτήν· ἐπισκοπεῖν δὲ, καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτὴν θεᾶται. πολλάκις δὲ καὶ εἰς τὴν ἑαυτῆς σκιὰν ἀποβλέπειν.

Ὡς δ' ἐγένετο πλησιέστερον τοῦ ἡρακλέους, τὴν μὲν πρόσθεν [c] ῥηθεῖσαν ἰέναι τὸν αὐτὸν τρόπον. τὴν δ' ἑτέραν φθάσαι βουλομένην, προσδραμεῖν τῷ ἡρακλεῖ, καὶ εἰπεῖν· ὁρῶ σε, ὦ ἡράκλεις, ἀποροῦντα, ποίαν ὁδὸν ἐπὶ τὸν βίον τραπῇ. ἐὰν οὖν ἐμὲ φίλην ποιησάμενος, ἐπὶ τὴν ἡδίστην τε καὶ ῥάστην ὁδὸν ἄξω σε, καὶ τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσῃ, τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσῃ. [d] πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πολέμων, οὐδὲ πραγμάτων φροντιεῖς, ἀλλὰ [e] σκοπούμενος διέσῃ, τί ἂν κεχαρισμένον, ἢ σιτίον ἢ ποτὸν εὕροις, ἤ τι ἂν ἰδὼν τερφθείης, ἢ τίνων ὀσφραινόμενος ἢ ἁπτόμενος [f] ἡσθείης, τισὶ δὲ παιδικοῖς ὁμιλῶν μάλιστ' ἂν εὐφρανθείης. καὶ πῶς ἂν μαλακώτατα καθεύδοις, καὶ πῶς ἂν ἀπονώτατα τούτων πάντων τυγχάνοις. ἐὰν δέ ποτε γένηταί τις ὑποψία σπανίως ἀφ' ὧν ἔσται ταῦτα, οὐ φόβος, μή σε ἀγάγω ἐπὶ τὸ πονοῦντα καὶ ταλαιπωροῦντα τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα πορίζεσθαι. ἀλλ' οἷς ἂν οἱ ἄλλοι ἐργάζονται, τούτοις σὺ χρήσῃ, οὐδενὸς ἀπεχόμενος, ὅθεν ἂν δυνατὸν ᾖ τι [g] κερδᾶναι. πανταχόθεν γὰρ ὠφελεῖσθαι τοῖς ἐμοῖς ξυνοῦσιν ἐξουσίαν ἔγωγε παρέχω. καὶ ὁ ἡρακλῆς ἀκούσας ταῦτα, ὦ γύναι ἔφη, ὄνομα δέ σοι τί ἐστιν; ἡ δὲ, οἱ μὲν ἐμοὶ φίλοι, ἔφη, καλοῦσί με εὐδαιμονίαν· οἱ δὲ μισοῦντές με, ὑποκοριζόμενοι ὀνομάζουσί με κακίαν.

Καὶ ἐν τούτῳ ἡ ἑτέρα γυνὴ προσελθοῦσα εἶπεν· καὶ ἐγὼ ἥκω πρὸς σέ, ὦ ἡράκλεις, εἰδυῖα τοὺς γεννήσαντάς σε, καὶ τὴν φύσιν τὴν σὴν ἐν τῇ παιδείᾳ καταμαθοῦσα. ἐξ ὧν ἐλπίζω, εἰ τὴν πρὸς ἐμὲ ὁδὸν [h] τράποιο, σφόδρ' ἄν σε τῶν

καλῶν

a Particip. fœm. præteriti pass. verbi τρέφομαι.

b Particip. neut. præteriti pass. verbi πετάομαι, pro ἀναπεπεταμένα, per syncopen.

c Ad verbum: primo loco nominatam, id est virtutem, de qua primò diximus. Aorist. est α. particip. pass. verbi ῥέομαι. & ἰέναι ab εἶμι, τὸ πορεύομαι, vado. & τραπῇ, aorist. β. pass. coniunctiui verbi τρέπομαι.

d Huc pertinent quæ à vetere Catone grauissimè dicuntur contra voluptatem, ex oratione veteri Architæ Tarentini, summi philosophi. Vide Ciceronem de Senectute.

e Ad verbum, Considerans perseuerabis. est enim futurum verbi εἰμὶ, τὸ ὑπάρχω.

f Aorist. α. pass. optatiui verbi ἥδομαι, quemadmodum etiam εὐφρανθείης, verbi εὐφραίνομαι.

g Aorist. α. infinit. verbi κερδαίνω. & ξυνοῦσι, mihi coeuntib. seu mecum existentib. à ξυνὼν, verbi ξύνειμι, coexisto.

h Aorist. β. med. optat. verbi τρέπομαι.

stitate, alba veste vestitam: alteram verò, ad carnositatem atq; molliciem esse nutritam, ornatam verò colore quidem, vt albior atq; rubicundior: effigiē verò, vt rectior quàm à natura esset, appareret. Oculos autē vagantes atq; apertos habentem, tali veste vestitā, ex qua pulchritudo quàm maxima coruscaret: sæpeq; seipsam respicere, & attendere, si quis etiā alius eam videret, nonnunquam autem & ad propriam vmbram aspicere.

Cum autem propius Herculem accesserunt, primam quidem eodem modo ire. alteram verò præuenire volentē, cucurrisse ad Herculem, atq; dixisse: Considero te, ô Hercules, dubitantem quam viā eligas. a Si itaq; me diligas, ad voluptuosissimā facilimamq; te ducā viam: & illa quidē quæ delectant, omnia gustabis, laboris expers viuens. Primùm enim neq; bellorū neq; negotiorū curam habebis: sed potius cōsiderabis, quàm tibi gratum aut cibum aut potū inuenias: quidue visu, aut odoratu, aut tactu voluptuosum percipias: quibusq; cupiditatibus vsus, quàm maximè delectatione affectus fueris, quoq; pacto mollissimè dormias, & absq; laboribus omnia ista obtineas. Quòd si quādo b deficere illa quibus hæc acquiruntur suspicio sit, non erit tibi necessitas laborare, corpusq; animamq; pro inueniendis istis conterere. Sed illis tu vti poteris, quæ cæteri operantur: à nulloq; abstinebis, vnde lucrum aliquod subostendatur. Vndiq; namq; vtilitatem suam acquirere meis necessarijs licet. Hæc cum audisset Hercules, O mulier, inquit, quod nomen est tibi? At illa: Mei quidem necessarij, ait, felicitatem me appellant: qui verò c oderunt, Prauitatem me nominant.

Cumq; hæc dicerentur, altera mulier accessit, & dixit: Ego quoq; ad te venio Hercules, cum sciam tuos d parentes, naturamq; tuam: & ingenium in studijs considerassem è quibus non modicum spero, dummodo meam eligas viam atque doctrinam, & te virtutis cupidum,

 bono-

a Similia sunt istis, quæ Venus apud Lucianum pollicetur Paridi, si se formosissimam pronūciauerit. de quo vide iudicium Paridis apud Lucianum.

b Ad verbum: quod si quando suspicio oriatur defectus, vt legatur [illegible], non [illegible] aduerbialiter, à nominatiuo [illegible].

c Significat sic solere vsuuenire in hominum vita, vt quisq; patrocinetur suis vitijs, ea extenuet, & virtutis loco ea haberi optet. quemadmodum in Mimo veteris & sapientis Publij id indicatū est: Timidus vocat se cautū, parcum sordidus.

d Hercules Thebanus parentes habuit Alcmenam matrem, & patrem Amphitryonem: tametsi poetæ Iouem patrem ipsius faciant, quod & Plautus peculiari Comœdia indicare voluit: Lucianus quoq; in dialogis & alij. Cæterum de Hercule, ipsius ortu, natiuitate, studijs, ingenio, moribus, virtutibus & vitijs, rebus quoq; in vita rectè ac secus gestis, plurimi veterū meminere. Ex poëtis autem græcis præcipuè Pindarus, Theocritus, Lycophron, Apollonius Rhodius, Euripides & Sophocles, & Latini plerique omnes: multi etiam alij, quorum scripta temporis iniuria perierunt, quorum testimonijs sæpe vtitur Athenæus. tantus enim fuit Hercules virtutibus, tantus quoq; vitijs, vt omnibus veteribus argumentum scribendi luculentissimè suppeditarit. Erasmus quoque in plerisque Adagijs, pleraque quæ de Hercule veteres scripserunt, ex veterum monumentis repetita exposuit, quæ cuncta de Hercule Gyraldus vir doctissimus, & cui tota vetus historia fuit notissima, peculiari libro est persequutus.

καλῶν καὶ σεμνῶν ἐργάτην ἀγαθὸν γενέσθαι. καὶ ἐμὲ ἔτι πολὺ ἐντιμοτέραν, καὶ ἐπ' ἀγαθοῖς διαπρεπεστέραν φανῆναι. οὐκ ἐξαπατήσω δέ σε προοιμίοις ἡδονῆς, ἀλλ' ᾗπερ οἱ θεοὶ διέθεσαν τὰ ὄντα διηγήσομαι μετ' ἀληθείας. τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν, οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας θεοὶ [a] διδόασιν ἀνθρώποις· ἀλλ' εἴτε τοὺς θεοὺς ἵλεως εἶναί σοι βούλει, θεραπευτέον τοὺς θεούς· εἴτε ὑπὸ φίλων ἐθέλεις ἀγαπᾶσθαι, τοὺς φίλους εὐεργετητέον· εἴτε ὑπό τινος πόλεως ἐπιθυμεῖς τιμᾶσθαι, τὴν πόλιν ὠφελητέον. εἴτε ὑπὸ τῆς ἑλλάδος πάσης [b] ἀξιοῖς ἐπ' ἀρετῇ θαυμάζεσθαι, τὴν ἑλλάδα πειρατέον εὖ ποιεῖν. εἴγε τὴν γῆν φέρειν σοι καρποὺς ἀφθόνους, τὴν γῆν θεραπευτέον. εἴτε ἀπὸ βοσκημάτων [c] οἴει δεῖν πλουτίζεσθαι, τῶν βοσκημάτων ἐπιμελητέον. εἴτε διὰ πολέμου ὁρμᾷς αὔξεσθαι, καὶ βούλει δύνασθαι τούς τε φίλους ἐλευθεροῦν, καὶ τοὺς ἐχθροὺς χειροῦσθαι, τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον, καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον. εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα, καὶ γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι.

καὶ ἡ κακία ὑπολαβοῦσα εἶπεν, ὥς φησι πρόδικος. ἐννοεῖς ὦ ἡράκλεις, ὡς χαλεπὴν καὶ μακρὰν ὁδὸν ἐπὶ τὰς εὐφροσύνας ἡ γυνή σοι αὕτη διηγεῖται· ἐγὼ δὲ ῥᾳδίαν καὶ βραχεῖαν ὁδὸν ἐπὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἄξω σε.

[d] καὶ ἡ ἀρετὴ εἶπεν· ὦ τλῆμον, τί δέ σὺ ἀγαθὸν ἔχεις, ἢ τί ἡδὺ [e] οἶσθα, μηδὲν τούτων ἕνεκα πράττειν ἐθέλουσα; ἥτις οὐδὲ τὴν τῶν ἡδέων ἐπιθυμίαν ἀναμένουσ', ἀλλὰ πρὶν ἐπιθυμῆσαι πάντων [f] ἐμπίπλασαι, πρὶν μὲν πεινῆν, ἐσθίουσα· πρὶν δὲ διψῆν, πίνουσα· ἵνα μὲν ἡδέως φάγοις, ὀψοποιοὺς μηχανωμένη. ἵνα δὲ ἡδέως πίῃς, οἴνους τε πολυτελεῖς παρασκευάζῃ, καὶ τοῦ θέρους χιόνα περιθέουσα ζητεῖς· ἵνα δὲ καθυπνώσῃς ἡδέως, οὐ μόνον τὰς στρωμνὰς μαλακὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τὰ ὑπόβαθρα ταῖς κλίναις παρασκευάζεις. οὐ γὰρ διὰ τὸ πονεῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν, ὅ,τι ποιῇς, ὕπνου ἐπιθυμεῖς.

a Pro διδοῦσι, Ionica dialecto verbi δίδωμι. & ἵλεως accusatiuus est quartæ simplicium nominatiui ἵλεως. βούλει autem secunda est pass. vocis verbi βούλομαι, Attica consuetudine, vbi η in ει conuertitur in hac persona.

b Secunda persona est verbi ἀξιόω. contracta.

c Ad verbum: Si putas oportere, seu necessarium esse, ditescere ex iumentis. οἴει autem secunda persona est Attica, pro οἴῃ, verbi οἴομαι: vt suprà βούλει, pro βούλῃ.

d Similis expostulatio Paupertatis cum Pluto, extat apud Aristophanē Comicum in πλούτῳ.

e Præteritum med. est Atticum, pro εἴδας, per metathesin literarum verbi εἴδω, valdè sæpè vsurpatum bonis autoribus.

f Secunda persona verbi ἐμπίμπλαμαι.

bonorumq́ ac honestorum operum effici cultorem, meq́ multo honorabiliorē & in bonis præclariorem fore. non decipiam autem te, à voluptate exordiendo: sed qualem rebus dij contulerunt naturam, tibi cum veritate narrabo. Nihil enim eorū quæ bona atq́ honesta sunt, dij hominibus sine labore & studio præstant. Sed siue deos esse tibi propitios vis, colendi sunt ipsi dij: siue ab amicis diligi, amicis benefaciendū: siue à quadam ciuitate honorari desideras, ciuitati aliqua vtilitas afferenda: siue à tota Græcia ob virtutem admiratione dignus existimari, conādum est toti Græciæ benefacere: siue tibi terram fructus producere, terra colenda: siue iumentis diuitias acquirere, iumentorum tibi cura habenda est. Siue per bellum desideras augeri, ac vis amicos quidem à seruitute liberare, inimicos vero in seruitutem redigere: bellicæ artes & discendæ sunt ab illis qui sciunt, & exercendum in eis, quomodo eis debeas vti. Si vero velis corpore etiam fortis esse, subijciendum est animo corpus, ac exercendum in laboribus atque sudoribus.

Prauitas vero subridens, vt Prodicus narrat: Intelligis ô Hercules, inquit, quam asperam ac longam viam ad delectationes hæc narrat? ego vero perfacili ac breuissima via ad felicitatem te ducam.

Ad hæc Virtus respondens: O misera, inquit, quid boni tu habes? aut quid tibi suaue videri potest, cum nihil horum gratia agas, nec suauium desiderium expectes? sed antequam cupias, omnium istorum implearis? nam antequam famescas, comedis: & antequam sitias, bibis: & vt cum voluptate comedas, exquisitorum ciborum vteris coquis: vt vero voluptuose bibas, vina varia preciosaque præparas ac in æstate circumiens hinc & illinc a quæritas niuem. Vt autem cum suauitate dormias, nō solum stratū molle supponis, sed lecticas, ac lecticis sustentacula præparas. Nō enim propter laborem, sed quoniam nihil habes quod agas, somnū desideras.

a Alludit ad veterum morem tum Græcorum tum Romanorum, qui niuem & glaciem in subterraneis scrobibus tempore hyemis recondebant, ad vini refrigerium tempore æstatis, quemadmodum apud Athenæum lib. 3. id tum historicorum, tum poëtarum testimonijs pluribus ostenditur. Aelium etiam Lampridium in vita Heliogabali, luxus celebrati mancipij. Ideoq́; Plinius eum diuitum & potentum luxum taxans: Seruatur, inquit, algor æstib. excogitaturq́; vt alienis mensibus nix algeat. Et Nero, crudelis illa hominum pernicies, cloaca Satanæ, in piscinis niue refrigeratis sub caniculæ æstu lauabat, quemadmodum scribit Suetonius in eius vita. Plinius quoque lib. 30. cap. 3. quemadmodum in Phocylide quoque pluribus de eodem monuimus.

θυμεῖς. οὕτω γὰρ παιδεύεις τοὺς ἑαυτῆς φίλους, τῆς μὲν νυκτὸς ὑβρίζουσα, τῆς δ' ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον κατακοιμίζουσα. ἀθάνατος δὲ οὖσα, ἐκ θεῶν μὲν [a] ἀπέρριψαι, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀτιμάζῃ. τοῦ δὲ πάντων ἡδίστου ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς, ἀνήκοος εἶ, καὶ τοῦ πάντων [b] ἡδίστου θεάματος ἀθέατος. οὐδὲν γὰρ πώποτε σαυτῆς ἔργον καλὸν [c] τεθέασαι. τίς δ' ἄν σοι λεγούσῃ τι πιστεύσειε; τίς δ' ἂν δεομένῃ τινὸς ἐπαρκέσειεν; ἢ τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι; οἱ νέοι μὲν ὄντες, τοῖς σώμασιν ἀδύνατοί εἰσι, πρεσβύτεροι δὲ γενόμενοι, ταῖς ψυχαῖς ἀνόητοι. ἀπόνως μὲν λιπαροὶ διὰ νεότητος τρεφόμενοι, ἐπιπόνως δὲ αὐχμηροὶ διὰ γήρως περῶντες, τοῖς πεπραγμένοις αἰσχυνόμενοι, τοῖς δὲ πραττομένοις βαρυνόμενοι. τὰ μὲν ἡδέα ἐν τῇ νεότητι [d] διαδραμόντες, τὰ δὲ χαλεπὰ εἰς τὸ γῆρας ἀποθέμενοι.

Ἐγὼ δὲ σύνειμι μὲν θεοῖς, σύνειμι δὲ ἀνθρώποις τοῖς ἀγαθοῖς. ἔργον δὲ καλὸν, οὔτε θεῖον, οὔτε ἀνθρώπινον, χωρὶς ἐμοῦ γίγνεται. τιμῶμαι δὲ μάλιστα πάντων, καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις, οἷς [e] προσήκει. ἀγαπητὴ μὲν γὰρ συνεργὸς τεχνίταις, πιστὴ δὲ φύλαξ οἴκων δεσπόταις, εὐμενὴς δὲ παραστάτις οἰκέταις, ἀγαθὴ δὲ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων, βεβαία δὲ τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων, ἀρίστη δὲ φιλίας κοινωνός. ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἐμοῖς φίλοις ἡδεῖα μὲν καὶ ἀπράγμων σίτων καὶ ποτῶν ἀπόλαυσις· ἀνέχονται γὰρ, ἕως ἂν ἐπιθυμήσωσιν αὐτῶν· ὕπνος δ' αὐτοῖς πάρεστι ἡδίων, ἢ τοῖς ἀμόχθοις. καὶ οὔτε ἀπολιπόντες αὐτὸν ἄχθονται, οὔτε διὰ τοῦτον [f] μεθιᾶσι τὰ δέοντα πράττειν. καὶ οἱ μὲν νέοι τοῖς τῶν πρεσβυτέρων ἐπαίνοις χαίρουσιν, οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται. καὶ ἡδέως μὲν τῶν παλαιῶν πράξεων μέμνηνται, εὖ δὲ τὰς παρούσας ἥδονται πράττοντες· δι' ἐμὲ φίλοι μὲν θεοῖς ὄντες, ἀγαπητοὶ δὲ φίλοις, τίμιοι δὲ πατρίσιν. ὅτ' ἂν δ' ἔλθῃ τὸ [g] πεπρωμένον τέλος, οὐ μετὰ λήθης ἄτιμοι κεῖνται, ἀλλὰ μετὰ μνήμης [h] τὸν ἀεὶ χρόνον ὑμνούμενοι θάλλουσι.

τοιαῦτα

a Secunda præteriti passiui, verbi ἀπορρίπτομαι.

b ὁ δὲ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τέγξει μαλθακὰ γυῖα, κατὰ Πίνδαρον, ὡς δόξα ποιεῖ, καὶ τὸ τιμᾶσθαι μετὰ τοῦ δύνασθαι πόνον ἡδὺν καὶ κάματόν τε εὐκάματον. Plutarchus in libello περὶ εὐθυμίας. Et Pindar. 4. Hymno Nemæorũ.

c Secunda præteriti passiui, verbi θεάομαι.

d Aorist. β. particip. verbi διατρέχω.

e Ad verbum, quibus conuenit, quos decet.

f Atticè, pro μεθιοῦσι, ex Ionico μεθιέασι, verbi μεθίημι, inter mittunt, dimittunt.

g Præteriti pass. participium per syncopen, pro πεπερατωμένον, verbi περατόομαι, termino, παρὰ εἴρω traho.

h Pro, τὸν αἰώνιον. aduerbia enim vestita articulis, pro nominibus Græcis vsurpantur: quemadmodũ, τὸ ἄνω, τὸ κάτω, τοῖς πλησίον, & similia innumera.

deras. Sic enim tuos amicos instruis, nocte quidem in turpitudinibus vacans: quod autem vtilissimum diei est, in somno consumens. Cum verò immortalis sis, à dijs quidē proiecta es, à bonis verò hominibus ignominia affecta. Nunquā, quod [a] auditu dulcissimum est, tuam audisti laudem: nec quod suauissimum visu, bonum vllum tuum opus vidisti. Quis igitur, cum loqueris aliquid, crederet tibi? aut cū indigeas, quicquam tibi præstaret? aut quis suæ compos mentis, voluerit inter [b] tuos connumerari? qui in iuuentute quidem torporibus debiles, in senio verò amentes efficiuntur. Cum adolescentiam cum pigritia in delicijs peragant, in [c] senio autē multis laboribus & infirmitatibus confringantur: quiq; verecundari super his quæ egerunt, non tamen minus super his quæ agunt, grauantur: tanquam in iuuentute omnibus voluptatibus affecti, in senectutem sibi omnia molesta seruarunt.

Ego verò sum quidem cum dijs, assum verò bonis hominibus: nihilq; operis boni, neq; diuini, neq; humani, sine me fieri potest: magisq; alijs omnibus & apud deos, & apud homines optimos honoribus fruor. Etenim desiderata cooperatrix artificibus sum, fida domorum dominis custos, beneuola famulis patrona: operum quæ pacis sunt, bona coadiutrix: bellicorū verò firmissima socia, amicitiæ optima particeps. Ad hæc autē, meis necessarijs suauis atq; promta cibi potusq; fruitio est: expectant enim, quousq; illa desiderent. Somnus autem voluptuosior illis, quàm ociosis euenit, & neq; excitati, molestè ferunt: neq; ab illo detenti, quæ agenda sunt negligunt. Iuniores autem gaudent seniorū laudibus: seniores verò lætantur iuniorum honoribus. Res quoq; gestas à priscis, iucundissimè memoria repetendo, non minori cum iucunditate res eis præsentes peragunt: quas ob res dijs amati, desiderati amicis, honorabiles patrijs efficiuntur. Cum verò fatis datus finis peruenerit, non obliuioni traditi, sine honoribus iacent: sed memoria hominū cōmendati, in æternum florēt.

Hæc,

a ἄκουσμα ἥδιστον πάντων ἔπαινος ἑαυτοῦ, Nihil est dulcius quàm suas audire laudes. Alibi verò, in Tyranno scilicet Xenophon, τοὺς ἐπαίνους παρὰ τῶν ἐλευθερωτάτων ἡδίστους φησί. Id est, eas laudes dulcissimas esse pronunciat, quæ afferuntur ab his qui quam maximè liberi sunt.

b Græcè, τοῦ σοῦ θιάσου, de tuo cœtu, de turba quæ tuas partes sectatur. θίασος autem pompā significat, quæ Bacchū comitabatur, cœtum salutantium, crapulantium, & in voluptate vitam exigentium, quàmuis sunt qui ἀπὸ τοῦ θεῖα ἄγειν, à celebratione diuinorum mysteriorum, θίασον dici velint. de quo nos pluribus in Theocriti Idyllijs egimus.

c Græcè γήρως genitiuo Attico, pro γήρατος, à γῆρας, sed Iones expungunt τ in his nominibus, vt deinde duas concurrentes vocales in vnam longam contrahant Attici, γήραος γήρως.

τοιαῦτά σοι, ὦ παῖ τοκέων ἀγαθῶν ἡράκλεις, ἔξεστι διαπονησαμένῳ, τὴν μακαριστοτάτην εὐδαιμονίαν κεκτῆσθαι. οὕτω πως διώκει πρόδικος, τὴν ὑπ' ἀρετῆς ἡρακλέους παίδευσιν. ἐκόσμησε μὲν τοι τὰς γνώμας ἔτι μεγαλειοτέροις ῥήμασιν, ἢ ἐγὼ νῦν.

ΤΕΛΟΣ.

HERCVLES.

Hæc, ô Hercules, inquit, bonorum parentum fili, sudoribus licet exercendo beatissimam felicitatem habere. In hunc itaq; modum [a] Prodicus admonitionem Virtutis ad Herculem exposuit. Has tamen sententias multo pulchrioribus verbis, quàm ego nunc, ornauit.

DESCRI-

[a] Prodici meminit aliquoties Plato in libro de Sapientia, qui Theages aliàs inscribitur, vbi & quanti tum ipse, tum etiam Gorgias Leontinus, & Polus Agrigentinus, alijque permulti sophistæ apud sui temporis iuuenes facti sint, commemorat. In Hippia etiam Maiore Prodici meminit, quòd iuuenes erudiendo pecunias innumeras sit lucratus. In Protagora item, vbi sapientissimum eum & diuinum virum cognominat. Eius, quod memini, nihil hodie extat, seu etiam legitur apud alios autores, quod quidem mihi obseruare licuit: aut si qua sunt, valde pauca illa esse oportet. In Axiocho Platonis, qui totus de animæ immortalitate scriptus est, & vita alia post hanc miseram meliore, extat narratio Prodici de miseria vitæ humanæ, graphica: quam Plinius in præfatione lib. 7. historiæ suæ mundi imitari voluisse videtur. Ibidem quoque indicatur, quòd Prodicus gratis neminem docuerit: sed semper in ore habuerit Epicharmi illud, ἁ δὲ χεὶρ χεῖρα νίζει, δός τι καὶ λάβοις τί. Id est, manus manum fricat: da aliquid, & capies aliquid. Apud Plutarchum quoque in salubribus præceptis ista Prodici sententia legitur ὅ, τι τῶν ἡδυσμάτων ἄριστον ἐστὶ τὸ πῦρ. Id est, Quòd condimentorum optimum sit ignis. Id denique Plutarchus ad sanitatem sic accommodat, corrigens quasi quæ Prodicus igni tribuerat, his verbis: ἀληθέστερον γὰρ ἄν τις εἴποι τὴν ὑγείαν ἥδυσμα θειότατον εἶναι, καὶ προσηνέστατον. Vide de Prodico etiam apud Erasmum in prouerb. Prodico sapientior. Item, Manus manum fricat. Et, Fricantem refrica.

DESCRIPTIO VOLVPTATIS ET VIRTVTIS, EX XENOPHONTE ſumpta, per a Silium Italicum ab Hercule in Scipionem translata, libro XV.

Has lauri reſidens iuuenis viridante ſub vmbra,
Aedibus extremis b voluebat pectore curas,
Cum ſubitò aſsiſtunt dextra, leuaq́; per auras,
Allapſæ, haud paulùm mortali maior imago,
Hinc Virtus. illinc virtuti inimica Voluptas.
* *Altera Achamenium ſpirabat vertice odorem,*
Ambroſias diffuſa comàs, & veſte refulgens,
Oſtrum qua fuluo Tyrium ſuffuderat auro:
Fronte decor quæſitus acu, laſciuaq́; crebras
Ancipiti motu iaciebant lumina flammas.
† *Alterius diſpar habitus: frons hirta, nec vnquam*
Compoſita mutata coma, ſtans vultus, & ore
Inceſſuq́; viro propior, lætiq́; pudoris,
Celſa humeros, niuea fulgebant ſtamine pallæ.
Occupat inde prior promiſsis fiſa Voluptas:
Quis furor hic non digne puer conſumere bello
Florem æui? Canna tibine, grauiorq́; palude
Mæonius Stygia lacus exceſſere? Paduſq́;?
Quem tandem ad finem bellando fata laceſſes?
Tune etiam tentare paras Atlantia regna?
Sidoniaſq́; domus? moneo, certare periclis
Deſine, & armiſonæ caput obiectare procellæ.
Ni fugis hos ritus, virtus te ſæua iubebit
Per medias volitare acies, medioſq́; per ignes.
Hæc patrē patruumq́; tuos, hæc prodiga Paulum,
Hæc Decios Stygias Herebi detruſit ad vndas,
Dum cineri titulum memorandaq́; nomina buſtis

a Silius Romæ natus & nutritus, ab Italica Pelignorum metropoli Italicus cognominatus eſt, vir eloquentiſsimus, ita vt ad oratoriam facultatem magis quàm poëticam natura raperetur. Virgilium maximè coluit, cuius monumentum adire vt templum ſolebat. Ciceronis quoq; manes & vtriuſq; agros in ſummo cultu habuit. Romæ autem conſul fuit ter, vbi quoque inedia vitæ tædio perijt, quòd clauo inſanabili torqueretur, anno ætatis ſuæ 75. Eius vitam in 3. Epiſtolarum volumine C. Plinius ad Caninium Rufum deſcribit. De bello Punico lib. ſcripſit 17. quibus bellorum Carthaginenſium ingenioſiſsima conſilia deſcribuntur, & adhuc extant: ſerius reperti, eo primùm tempore quo Chriſtianorum procerum conuentus (quod concilium noſtri, Græci σύνοδον vocant) in Germania habebātur, in turri quapiam literis admodum obſoletis & peruetuſtis. & cum eo vnà cariofos quoſdam aliorum ſcriptorum libros, Quintilianum ſcilicet, & alios quoſdam ſimul inuentos tunc aiunt.

b De Scipione Aphricano minore, qui Carthaginem deleuit, intelligenda ſunt. Ante eum enim in bello contra Carthaginenſes occubuerant P. Cornelius Scipio, & Scipio Aphricanus, huius filius. Voluebat ergo curas: id eſt, cogitabat, quia duo iſti Scipiones infeliciter pugnaſſent, an ſibi adoleſcenti quoque alea belli experiunda eſſet pro ſalute patriæ: quemadmodum ſcribunt cum Plutarcho Liuius. * Voluptas. † Virtutis.

Prætendit, nec censuræ quid gesserit umbræ.
At si me comitere puer, non limite duro
Iam tibi decurret concessi temporis ætas,
Haud unquam trepidos abrumpet buccina somnos:
Non glaciem Arctoam, non experiere furentis
Ardorem cancri, nec mensas sæpe cruento
Gramine compositas: aberunt sitis aspera, & haustus
Sub galea puluis, partiq; timore labores:
Sed current albusq; dies, horæq; serenæ,
Et molli dabitur victu sperare senectam:
Quantas ipse Deus lætos generauit in usus
Res homini, plenaq; dedit bona gaudia dextra.
Atq; idem exemplar lenis mortalibus æui,
Imperturbata placidus tenet ocia mente.
Illa ego sum, Anchisæ Venerē Simoëntis ad undas
Quæ iunxi, generis vobis unde editus autor.
Illa ego sum, verti superûm quæ sæpe parentem
Nunc auis in formam, nunc torua in cornua tauri.
" *Huc aduerte aures: currit mortalibus æuum,*
Tempus volatile. " *Nec nasci bis posse datur: fugit hora, rapitq;*
" *Tartareus torrens: ac secum ferre sub umbras,*
" *Si qua animo placuère negat. quis luce suprema*
Dimisisse meas serò non ingemit horas?
Postquam conticuit, finisq; est addita dictis,
Virtus. *Tunc virtus: Quásnam iuuenē florentibus, inquit,*
Pellicis in fraudes annis, vitæq; tenebras?
Genus humanum " *Cui ratio, & magna cœlestia semina mentis,*
quale sit. " *Munere sunt concessa Deûm, mortalibus alti*
" *Quantum cœlicolæ, tantundem animalibus isti*
" *Præcellunt cunctis. tribuit namq; ipsa minores*
" *Hos terris natura deos: sed fœdere certo,*
" *Degeneres tenebris animas damnauit auernis.*
" *At queis ætherei seruatur seminis ortus,*
" *Cœli porta patet. Referam quid cuncta domantem*

Amphi-

Amphitryoniadem? quid, cui post Seras & In-
Captiuo Liber cum signa referret ab Euro, (dos
Caucaseæ currum duxêre per oppida tigres?
Quid suspiratos magno in discrimine nautis
Ledæos referam fratres? vestrumq́; Quirinum?
Nonne vides, hominum vt celsos ad sidera vultus “
Sustulerit Deus? ac sublimia finxerit ora? “
Cum pecudes, volucrumq; genus, formasq́; ferarũ, “
Segnem atq; obscœnam passim statuisset in aluum. “
Ad laudes genitum, capiat si munera diuûm, “
Felix ad laudes hominum genus. huc age Paulum “
Aspice, ne longè repetam. modò Roma minanti
Impar Fidenæ, contentaq́; crescere asylo,
Quò sese extulerit dextris. idem aspice latè “
Florentes quondam, luxus quas verterit, vrbes. “
Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hostes, “
Quantum sola noces animis illapsa Voluptas: “
Ebrietas tibi fida comes, tibi Luxus, & atris “
Circa te semper volitans Infamia pennis. “
Mecum Honor & Laudes, & læto Gloria vultu, “
Et Deus, & niueis Victoria concolor alis.
Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus:
Casta mihi domus, & celsa stant colle penates, “
Ardua saxoso perducit semita cliuo: “
Aspera principiò (nec enim mihi fallere mos est) “
Prosequitur labor: adnitendum, intrare volenti. “
Nec bona conscendunt, quæ sors infida dedisset, “
Atq; eadem rapuisse valet. mox celsius ab alto “
Infra te cernes hominum genus. omnia contrà
Experienda manent, quàm spondet blanda Voluptas.
Stramine proiectus duro, patiere sub astris
Insomnes noctes, frigusq́; famemq́; domabis.
Idem iusticiæ cultor, quacunq; capesses,
Testes factorum stare arbitrabere diuos.
Tunc quoties patriæ rerumq́; pericula poscent,

Arma feres primus, primus te in mœnia tolles
Hostica, nec ferro mentem vincere, nec auro.
Hinc tibi non Tyrio viciatas murice vestes,
Nec donum deforme viro fragrantis amomi :
Sed dabo, qui vestrum sauo nunc Marte fatigat
Imperium, superare manu, laurumq́; superbam
In gremio Iouis excisis deponere Pœnis.

F I N I S.

CAR-

CARMINVM PYTHAGORAE AC PHOCYLIDAE EXPOSITIO BREVIS, EX VETERVM AVtorum plurimorum testimonijs, & sapientibus narrationibus contexta, à

Michaële Neandro Sorauiensi.

IN PYTHAGORAE AVREA CARMINA OBSERVATIONES.

PRIMVM *deos immortales.*) A cultu deorum immortalium exordiendum esse præcipit. ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχει: vt est apud Platonem lib. 4. de Legibus. Et Orphei sapientis & veteris poëtæ versus memoratu digni sunt: A cultu deorũ res omnes semper exordiendæ sunt.

ζεὺς κεφαλὴ, ζεὺς μέσσα, διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.

ζεὺς βασιλεὺς, ζεὺς ἀρχὴ πάντων, ἠδὲ τελευτή. Leguntur apud Eusebium lib. 3. de præparatione Euangelica, & in commentarijs Lycophronis. citantur etiam à Proclo, & alijs quibusdam Platonicis.

Lege sancitum est.) Alibi enim aliter dij colebantur, hominum etiam mactationibus. Exempla sunt apud Strabonem lib. 4. Geographiæ: apud Pausaniam quoq; lib. 6. 7. 9. vbi mactato Baccho, puero formoso, pestis tollitur. Ibidem promittitur victoria Thebanis contra Orchomenios, si manum sibi inferat, qui generis dignitate inter ciues sit nobilissimus. Ibidem sunt alia etiam exempla. Apud Homerum quoq;, & Calabrum, mactati & sacrificati leguntur homines. Apud Euripidem etiam in Hecuba, Iphigenia Aulidense, Phœnissis, Heraclidis: & Sophoclem in Oedipo tyrãno, alibi quoq;. quos diaboli sarcasmos & amarulenta ludibria quid opus est commemorare pluribus? De dijs autem gentilibus, qua religione, quibusq; sacrificijs quiq; culti, multa dicuntur lib. 2. cap. 22. Genialium dierum Alexandri ab Alexandro. Dij culti hominum mactationibus. Dij gentium quomodo culti.

ἥρωας ἀγαυούς.) Id est, Viros virtute præstantes, ἥρωας τὸ

Veterum dii ex hominibus bene meritis de hominum vita, fiebant.

Heroes colebantur & inuocabantur post deos.

ἀρετῆς, vt putant Grammatici, & propter virtutem inter deos relatos. Veterum enim dij ex hominibus fiebant: quemadmodum est apud Plinium & Lactantium. Ideoq; apud Xenophontem in Cyropædia, Cyrus post deos semper quoque inuocat & placat cuiusq; terræ heroas quod & Plato iubet 4. de Legibus: & vsitatum id fuisse veteribus, Pausanias quoq; testatur lib. 4. Græciæ suæ.

Innumeri gentibus dij fuerunt.

καταχθονίους.) Varij enim & infiniti gentibus, & præcipuè Græcis, populo superstitiosissimo, dij fuerunt: adeò vt omnes propè angulos templis, picturis, aris, statuis, atq; sacellis repleuerint, quemadmodum id liquet ex Pausania. Hesiodus 30. deorum facit millia lib. 1.

Triginta deorũ millia Hesiodi.

Trecenti Ioues Varronis.

Orphei dij 360.

τρὶς γὰρ μύριοί εἰσιν ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ. Marcus Varro trecentos tantum Ioues commemorat, quemadmodum docet Augustinus in Ciuitate sua. Orpheus deos 360. confessus est, quos moriens reiecit, vnum esse Deum asserens: vt scribit Theophilus lib. 3. contra Gentes. Athenis, dijs ignotis etiam aræ positæ erant, quemadmodum scribit Philostratus lib. 5. de vita Apollonij Tyanei: & docent id Acta quoq; Apostolica, & Pausanias lib. 1. & 8. Item aræ cõmunes omnibus dijs, rem pla quoq;, quæ ipsi πάνθειον καὶ ἱερόθυτα, quemadmodum etiam Romani, nominarunt, quorum idem Pausanias aliquoties meminit.

Aræ deorum ignotorum.

πάνθειον & ἱερόθυτον, aræ & templa fuerunt communia omnib. dijs.

Quibusdam gentibus nullus fuit deus, alijs etiam innominatus.

Sunt quibus nullus fuit Deus, vt Calaitis: & qui innominatum deum coluerunt, vt Celtiberi, quemadmodum scribit Strabo lib. 3. Geographiæ. Alij diabolum adorarunt, vt adhuc hodie in Calecutia: & passim idem sectatur mundus impius, cuius, Non est Deus, cogitationes sunt omnes. Apud Lacedæmonios verò non Timori tantum, sed Morti etiam, & Risui, & alijs huiuscemodi affectibus templa fuerunt dicata, vt est apud Plutarchum in Cleomene. Lapides item, stipites & bruta pro dijs habuerunt: quemadmodum meminerunt pleriq; Græcorum patrum, qui gentilium vanitatem literis impugnarunt: historici item, Herodotus, Diodorus Siculus, & præcipuè Pausanias: apud quem etiam Pelopis, qui fuit pater Tantali, sceptro diuini honores à Græcis sunt tributi, lib. 9. in Bœoticis. Alijs etiam Ethnicorum dij non domi sunt, seu dormiunt, seu aliàs occupati sunt, cum auxilio opus est: quemadmodum est apud Homerum aliquoties, & Aristophanem in Pace. Ad quod allusit etiam Xenophon lib. 2. Rerum græcarum.

In Calecutia diabolus pro deo adoratur.

Alibi morti, & omnibus affectibus templa fuerunt dicata.

Pelopis sceptro diuini honores a Græcis tributi.

Ethnicorum dii non domi sunt, seu dormiunt seu occupati sunt, cum auxilio opus est.

Dii secũdum legem & verbum ipsorum colendi.

Ordinata lege sacrificans.) ὡς ἔξεστι γὰρ, ὅτι ἄν τις βούληται πρῶτον τοὺς

θεοὺς

θεοὺς τιμᾷ, ἀλλὰ νόμιμ' εἰσὶ, καθ' οὓς δεῖ τοῦτο ποιεῖν: vt inquit Xenophon lib. 4. de dictis ac factis Socratis. Ibidem Apollo rogatus, quomodo quis dijs gratum faceret? respondit, νόμῳ πόλεως. κοὐδεὶς κάλλιον εὐσεβεῖν θεούς, deos secundum legem & verbum ipsorum colere quemadmodum rectè quispiam poëtarum id scripsit, vt est apud Plutarchũ in Moralibus. Et venusti sunt Sophoclis versiculi, quibus vtebatur Apollonius Tyanæus lib. 4. Philostrati, contra Neronis impia edicta.

Nullus est labor, deos secundum verbum ipsorum colere.

οὐ γάρ τί μοι ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,

οὐδὲ μοῦσαι καὶ Ἀπόλλων λόγιος: docentes scilicet, Dei verbũ, præceptum & constitutionem, præferenda alterius volũtati & arbitrio.

Dei verbũ hominis arbitrio & voluntati præferendum.

Amicis) Id est, obtempera amicè & honestè dictis.

Delicti causa exigui) Nemo enim est qui non aliquando quid peccet. Amici autem vitia noris, non odoris. Et, Qui vitia (id est, communem hominum fragilitatem) odit, homines odit. Quam vocem Thraseæ cuiusdam, mitissimi viri, Plinius prædicat in Epistolis lib. 8.

Nemo est qui non aliquando peccet.

Prope necessitatem habitat) Id est, nihil est necesse fieri, quod non potest fieri.

Imperare assuesce.) Id est, sis continens in cibo & potu, voluptatibus quæ gustu tactuq; percipiuntur, quarum fons est immodicus cibi potusq; vsus. Vide prouerb. Sine Cerere & Baccho friget Venus: itẽ, Tria saluberrima Hic cõmemorãda est Hippocratis, medicorũ daduchi, præclara illa sentẽtia:

σιτία, ποτά, ὕπνοι, καὶ ἀφροδίσια, πάντα μέτρια.

Præclara Hippocratis sententia, de conseruantibus sanitatem.

πράξεις. si Turpe quid ausurus, te sine teste time: Auson. Vide prouerbium, Conscientia mille testes.

Iusticiam.) De qua in versu dicitur,

ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή 'στι. Id est: Iusticia in se virtutem complectitur omnẽ. Refertur ab Aristotele tũ aliàs, tũ libro Moraliũ Nicomachiorũ quinto, tacito autoris nomine.

Iusticia virtutũ summa est.

ἀλογίστως) Inconsideratè, secutus in omnib. ducem rectam rationem, quæ est summi Iouis lex vera, vt Cic. loquitur, cũ in eo summa consistat Philosophiæ, hoc est, id doceant omnes omnium sanorum philosophorum libri, vt affectus obtemperent rationi tanquam regi. λόγος autem à λέγω, dico, iubeo, dicto, præscribo: quemadmodum ratio, à reor.

Recta ratio lex est summi Iouis.
Quid doceant omnes libri omnium saniorum philosophorum.

Mori fatatum.) Ideo rationi in omnibus obtemperandum, quia moriendum est, vbi post hanc vitam bonis benè, malis malè erit. In qua sententia omnes saniores fuere Ethnici: ideoq; in eam sententiam multa piè dicta apud Platonem, Xeno-

Omnes saniores ethnici senserunt, in altera vita bonis, bene malis contra male futurum.

Xenophontem, Pindarum, & alios veterum leguntur. apud Plutarchum etiam, & maximè in oratione consolatoria ad Apollonium. Ac extat non impia narratio apud Aelianum lib. 3. de Varia historia, de vita piorum læta, & impiorum etiam misera, post hanc vitam.

Querela Hecubæ reginæ Phrygiæ potentissimæ, de rerum humanarum inconstantia.

Opes verò.) De fortunæ inconstantia & leuitate, quæ vitrea, cum splendet, frangitur: vt in Mimo dicitur. Et nota est tragica querela Hecubæ, reginæ Phrygiæ, apud Euripidem, cum expugnata iam & prostrata Troia ante omniū hominum faciem, serua ipsa & captiua abduceretur:

κἀγὼ γὰρ ἦν ποτέ, ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ᾽ ἔτι·

ἡ πάντα δ᾽ ὄλβον ἦμαρ ἕν μ᾽ ἀφείλετο. Et in Phœnissis eiusdem dicitur:

ἓν ἦμαρ μ᾽ ὤλβισεν, ἓν δ᾽ ἀπώλεσεν.

Mala ineuitabilia patienter ferenda.

Quæ verò homines.) Mala quæ vitari nequeunt, patienter ferenda. Crux enim est, si metuas, vincere quod nequeas. Faxis itaq; vt libeat, quod est necesse: vt in dulcissimis & sapientissimis Publij Mimis, vitæ & morum suauissimis regulis, præcipitur.

Malis male, bonis bene est.

Non valdè multum.) Consolatio est, quòd bonis rarò mala accidant. Vide prouerb. Malis ter mala: item, Flagitiorum turpis exitus: item, Euenit malo malè. Et in veteri versu dicitur, ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδωσι θεός. Tametsi in hac vita, vbi pij subiecti sunt cruci, sæpius accidit, quod apud Plutarchum dicitur in Moralibus: τὸ μὲν κίβδηλον εὐτυχεῖ, τὸ δ᾽ ἀστεῖον τἀναντία πάσχει. Cuius Ecclesia causas indicat, quas Ethnici quia ignorarunt, meritò Arcanas vocant, ad quas paucorum potuit peruenire curiositas, vt Gellius loquitur lib. 2. cap. 18. noctium Atticarum: cum ostendisset, multos præclaros philosophos pauperes fuisse, & præterea etiam seruos. Rectius Seneca in libro de Gubernatione mundi & prouidentia: Bonum virum in delicijs Deus non habet, experitur, indurat, sibi illum præparat: vt deinde verum fiat, quod in dulcissimo Orphei versiculo dicitur,

Quia Ecclesia subiecta est cruci, contrarium plerunque verum est in hac vita.

Ethnici ignorarunt causas crucis bonorum.

Quare boni affligantur secundū Senecæ sententiā.

εὐσεβέων γὰρ ἀεὶ τὸ τέλος γλυκερώτερόν ἐστι.

καὶ γὰρ ζα πέλει φάτις ἀνθρώποισιν,

ἐσθλὸν μὲν νίσσεσθαι ἐς οὐρανὸν ἄφθιτον αἰεί,

ἀργαλέον δὲ ποτὶ ζόφον.—— Bonum enim in cœlum transfertur, malum verò ad tartara detrudetur: quemadmodum monent suauissimi Calabri versus lib. 7. Paralipomenon Homeri.

Boni post hanc vitā in cœlo, mali vero apud inferos vitam exigent.

πολλοί.) Ne perturbemur sinistris hominum de nobis sermo-

ſermonibus, cum arbitrij noſtri non ſit quod quiſque loquatur: vt monet Latinus ille Gnomologus. & deinde, ne quicquam turpe ſeu dicamus, ſeu faciamus, ab alijs ſeu decepti, ſeu perſuaſi.

Delibera.) Prudenter omnia agenda, & præcipitantiam ac temeritatem vitandam eſſe. In prouerbiali autem verſu dicitur, δὶς ἢ βουλεύου ἵν' ἔχῃ καὶ πολλὸν ἄμεινον. Vide prouerb. Antequam incipias conſulto: item, Diu delibera: &, In arduis cunctanter agendum: &, Feſtina lentè.

Diu deliberandum.

πράσσε.) Quodque (enim) parum nouit, nemo docere poteſt: vt in verſu ſapientis poëtæ dicitur.

Vitam exiges.) dum manes intra ſepta tuæ vocationis. πολλὰ γὰρ πράττων, πολλὰ καὶ ἁμαρτάνει: quod dum nemo conſiderat, γλυκύπικρον πολυπραγμοσύνην omnes ſequuntur, curioſitatem dulcem amaritudinem, vt Plutarchus id cognominat vitium.

Polypragmoſyne dulcis amaritudo.

οὐδ' ὑγιείης.) pro ὑγιείας, Ionicè: vt ſæpe dictum eſt. Iubet autem habere rationem valetudinis & ſanitatis: quæ quantum bonum ſit, veteres indicare voluerunt, dum ei inter ſolennem votorum ordinem primum ſemper locum tribuerunt. Is talis eſt: ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος. cuius Plato meminit lib. 1. de Legibus, item 2. de Legibus: & alibi quoque, vt in Gorgia, quòd popularibus etiam cantilenis celebratus fuerit. Meminit quoque Stobæus, citans ex Sclerio quodam: & Ariſtoteles lib. 1. Moralium. vbi etiam carmen id legitur, quod in veſtibulo templi Apollinis, quod eſt in Delo, quis aſcripſit: κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν. Quibus verò rebus ſuſtentetur valetudo, etiam vulgi ſermonibus olim celebratum fuit, quemadmodum ſcribit Plato lib. 1. de Republica, ſic inquiens: ὅθεν ἄριστα λέλεκται, τροφῆς ἀκριβῆ, καὶ πόνων ἀσκήσει, καὶ σπέρματος οὕτως σωτήρια ὑγιεινότατα εἶναι. quæ ſententia Hippocratis eſt, & extat lib. 6. Epidemiorum. Camerarij quoque verſiculi, quia in ijs tota ratio conſeruandæ valetudinis incluſa eſt, venuſti & eruditi, ſtudioſis noti eſſe debent. Sunt autem ij tales, quemadmodum in ἀριθμολογίᾳ ipſius referuntur:

Sanitas primum locum inter ſumma bona obtinet.
Ordo votorum apud veteres quis.
Ordo votorum popularibus etiam cantilenis celebratus.
Carmen aſcriptum in veſtibulo templi, in Delo.
Res conſeruantes valetudinem, etiam vulgi ſermonibus olim celebratæ ſunt.

Εὖ ὑγιὴς ἐθέλεις διάγειν, τὰ δὲ δισσὰ φυλάξαι:
ἤματι δὶς, καὶ νυκτὶ δὶς, ἠδὲ δὶς εἰν ἑνὶ μηνὶ,
καὶ δὶς ἔτος καθ' ἕκαστον, ἅπαξ βιοτὴν δ' ἀνὰ πάντα
ἄγει τροφὴν, οὖρει, λοῦται, φλέβα τέμνε, γαμήσεις. Et in libello qui Regimen Salernitanum inſcribitur, in principio ſtatim tanquam ſumma libri, iſti leguntur:

Verſus Camerarij lepidiſſimi de conſeruantibus ſanitatem.

Quæ res medicorum loco habendæ.

Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant
Hæc tria: mens hilaris, requies, moderata diæta.

Euclio sordidus, follium obstruit orificia, inferius etiam guttur, ne quid auræ exeat.

Luxus Cleopatræ reginæ Aegypti.

Assuesce verò) Id est, sis frugalis, nec sordidus nimium, tuum ipsius etiam defraudans genium: qualem pingit Euclionem suum Plautus, qui dormitum iturus, follium obstruit orificia, inferius etiam suum guttur, vt ille iocatur, ne quid auræ exeat dormienti nec prodigus luxuiq; deditus, quemadmodum apud Plinium lib. 9. Mundi historiæ, de Cleopatra Aegypti regina proditũ legimus, quòd ducenta & quinquaginta millia aureorum vno ferculo secundæ mensæ consumpserit: ex Budæi taxatione, vbi luxus omnem fidem excedentis plurima leguntur exempla. Et Heliogabalus, Cæsar ille impurissimus & luxu perditissimus, in piscinis vino plenis nauales ludos exhibuit, nec vnquam nisi vnguento nobili aut croco piscinis infectis natauit, vt scribit Aelius Lampridius. Legitur etiam prodigiosi luxus memorabile exemplum ciuis cuiusdam Romani, lib. 4. cap. 8. Animaduersorum, seu omnigenæ lectionis thesauro Hadriani Iunij.

Heliogabali luxus prodigiosus.

Luxus memorabile exemplum.

Nero in canicularibus lauabat in piscinis niue glacieque refrigeratis.

Poppea Neronis vxor, abluebat corpus lacte asinarum fœtarum.

Apitij Romani luxus.

ἄθρυπτον)Virilem, ineffœminatam, à τρυφᾶν deliciose agere, luxuriose viuere: vt Nero imperator crudelis, Romanæ vrbis pernicies, satanæ mancipium, in piscinis glacie & niue refrigeratis (quæ in monte excauato, vt & hodie solet fieri à principibus, erat recondita) sub caniculæ æstu lauabat: vt meminere Plinius libro 30. cap. 3. & Suetonius in eius vita. Poppea quoq; Domitij Neronis vxor, quingentas secum duxit & aluit asinas fœtas, vt illarum lacte in pleno balnearum solio corpus erugaret, cutisq; lactis candore nitesceret. Vide prouerb. Sybaritica mensa: item, Sybaritica calamitas: &, Sybaritæ per plateas: Syracusana quoq; mensa. Apitij etiam Romani luxus ab Athenæo celebratur, qui deinde vitam veneno ipse finiuit, cum videret se in priori luxu porrò viuere non posse.

Tum iudicant homines, cum peccati pœnitet.

Consulta ante opus.) Ideo repetit superius præceptum, quòd contra id sæpissimè peccent homines. Et verum est quod in versiculo veteri dicitur, ἡ δὲ μετάνοια γίνεται ἀνθρώποις κρίσις: id est, Tunc iudicant homines, cum pœnitet. Vide prouer. Stultus damno accepto sapit: item, Piscator ictus sapiet: &, Factum stultus agnoscit: item, Post acerba prudentior.

Quem versum voluit Pythagoras discipulis suis familiarem esse.

πῇ παρέβην.) Diogenes Laërtius in Pythagora, & Suidas in eodem, scribunt Pythagoram iussisse suos auditores quotidie domum ingredientes, hunc pronunciare versiculum: quo Plutarchus etiam delectatus est, quòd omnem humanæ vitæ

næ vitæ lapſum complecteretur, qui in tribus hiſce conſiſtit. Aut enim ſecus facimus quàm oportet, hoc eſt, plus minúſue quàm decet: cui reſpondet, πῆ παρέβην. Aut facimus, quod omiſſum oportuit: τί δ' ἔρεξα. Aut omittimus, quod factum oportuit: τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη.

Omnis humanæ vitæ lapſus in tribus conſiſtit.

Neq; ſomnum.) Præceptum eſt, vt cogitemus veſperi quæ per diem egimus: quòd & ea ratio memoriam firmet, & ad comparandam cum eruditione virtutem multum conferat. Quo pacto Catonem eruditionem ſibi comparaſſe legimus, quòd veſperi repeteret quæ per diem legiſſet, audiuiſſet, ſeu etiam egiſſet. Id autẽ Pythagoræ præceptum in epigrãmate de Bono viro Virgilius fuſius reddidit, his verſibus:

Cato quomodo eruditus euaſerit.

Viri boni ſeduliquę officium.

Non prius in dulcem declinat lumina ſomnum,
Omnia quàm longi reputauerit acta diei.
Quæ prætergreſſus, quid geſtum in tempore, quid non:
Cur iſti facto decus affuit, aut ratio illi:
Quod mihi præteritum: cur hæc ſententia ſedit,
Quam melius mutare fuit, &c.

Hæc te ducent.) Epiphonema eſt, quòd hac ratione & diligentia perueniatur ad aſtra.

Ne per quaternionem.) Confirmatio eſt ſuperioris Epiphonematis, iureiurando quaternionis. Exiſtimant enim, hunc numerum vſq; adeò ad animæ perfectionem pertinere, vt eum in Arcanis venerentur: quemadmodum meminit Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis. ideoq; etiam ſacræ animæ fontem hoc loco nuncupat. Cæterùm qui numeri apud veteres maiore in honore fuerint, ſcribit Philoſtratus lib. 3. in vita Apollonij. An verò numeri aliquid operentur per ſe, exponit Galeottus in lib. de Doctrina promiſcua, cap. 23. vbi quoq; de numeris Pythagoricis ſimul diſputatur. Porrò alij aliter iurabant. Socrates per canem, vt Plato ſcribit: Pythagoræi per τετρακτὺν ſuam, de qua plurimi autores meminere, Macrobius, Gellius, patres etiam: deinde Suidas, Diogenes, & pluribus Hierocles philoſophus in commentario ſuo in Aurea carmina Pythagoræ. De quo quid opus eſt pluribus? cum malè feriati ſit hominis, in numeris Platonicis aut Pythagoræis explicandis nimium laborare velle. Vide apud Eraſ. prouerb. Rhadamanti iuſiurandum: item, Qui apud inferos ſunt terniones.

Qui numeri apud veteres in maiore honore fuerint.

An numerorum aliqua ſit efficacia.

Philoſophi veteres quomodo iurarint.

Hieroclis commentaria in aurea Pythagoræ carmina.

ἔρχευ.) Pro ἄρχου. Præceptum de religione, vt quia πάντες δὲ θεῶν χατέουσι ἄνθρωποι, vt ab Homero & Arato etiam dicitur, ante omnia Deum inuocemus: quemadmodum videmus Homerum,

Deus ante omnia inuocandus.

Arati carminis principium.

merum, Hesiodum, Theognidem, Aratum (cuius principium est, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν δ' οὔ ποτε ἄνδρες ἐῶμεν) Virgilium quoq;:

A Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena: alios quoque poëtas, dum Musas & Dei auxilium in initio operis aduocant, fideliter obseruasse. Apud Homerum, & cibum & somnum à sacrificijs auspicantur: apud quem, de eo ijdem versus sæpè repetiti leguntur. Et μεθύειν, inebriari, exhilarari, Aristoteles factum putat à μετὰ τὸ θύειν post sacrificandum: vt est apud Athenæū lib. 2. Philonem quoq;, quòd nunquā se inuitarint veteres largius, nisi prius sacrificassent, deos placassent, ac inuocassent. Et apud Xenophontem lib. 1. Cyropædias, dicit Cyrus rex potentiss. militibus, πολλά γάρ μοι συνώντες ἐπίστασθε οὐ μόνον τὰ μεγάλα, ἀλλὰ τὸ καὶ μικρὰ πειρώμενον, ἀπὸ θεῶν ἄρξασθαι ἀεί: Idem etiam diem auspicabatur semper à sacris, laudibusq; deorum: quemadmodum id idem Xenophon de eo prodidit, πάντες γὰρ ὅσοι καὶ κατὰ βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσι, ἐπὶ πάσῃ ὁρμῇ, καὶ σμικροῦ καὶ μεγάλου πράγματος, θεὸν ἀεί που καλοῦσι: vt apud Platonem in Timæo dicitur. Vide prouerb. Prora & puppis: item, Ne à chytropode cibum nondum sacrificatum rapias: item, Persæpè haud sacrificata vorat: Et, Qui nimium properat, serius absoluit: &, principium medium finis: Mali item principij malus finis.

Apud Homerū cibum somnumq; auspicantur à sacrificijs.

Veteres nunquā cōuiuabantur, non prius dijs placatis.

Cyrus rex in paruis & magnis diem semper à dijs, ipsorumq; laudibus incepit.

Omnes sani in omnibus reb. Deū inuocant.

Hac namq; obseruans.) σύστασις coitionem, conuentum populi, conciliationem significat, & reductionem ad concordiam. Hoc loco pro colloquio hominum cum dijs ponitur: quemadmodum Numam congressus agitasse cum Nymphis & Musis, scribunt Plutarchus in Numa, & Liuius. & Socrates ex dæmonio futura, & quod facto opus fuit, edocebatur: quemadmodum aliquoties meminere Plato cum Xenophonte. Et Pythagoras in dissertationibus cum suis αὐτὸς ἔφα, ipse dixit, dicere solitus est, ac si ab oraculo aliquo accepisset: quemadmodum de eo scribunt Laërtius, Suidas, & Cicero libro 1. de Natura deorum. Quæ siue reuera ita acciderunt, siue non, voluerunt significare, sine Deo nihil posse homines. Studuerunt, etiam hac ratione, plus venerationis & autoritatis sibi suisq; apud homines conciliare.

Numa sapiens cū Nymphis colloquia habuit.

Socrates à dæmonio erudiebatur.

αὐτὸς ἔφα, Pythagoræ.

Quare veteres sapientes se cum dijs colloqui dixerint.

περὶ παντὸς ὁμοίην) Id est, eundem esse cursum ac tenorem rerum quæ natura fiunt, ita vt πάντα ἄνθρωπον δεῖ προσδοκᾶν ἅπαντα, quatenus homo est, non alius minus alio, vt est apud Xenophontē: propterea quòd simus expositi singuli omnibus fortunæ ludibrijs, πομφόλυγες, σκιᾶς ὄναρ, σκιοειδῆ, ἐφημέριοι, εἰκελόνειροι, ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον,

Omnia oportet expectare hominem.

Epitheta hominum miseriam & ærumnas indicantia.

φθόνου

φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λιπὸν φλέγμα καὶ χολή, & si quæ sunt alia quæ nobis miseris tribuunt poëtæ nomina.

Spontanea mala.) αὐθαίρετα, quæ ipsi eligunt, mala etiam: ab αὐτὸς καὶ αἱρέω, capio, teneo: quorum Deus non autor est, ipse κακῶν ἀναίτιος, ἀγαθῶν αἴτιος, αἴτιός τε εὐπραγίας, vt à Platone piè dicitur. Ideoq; Pythagoras, Iamblicho philosopho Platonico autore, affirmabat, ὅτι αὐτοὶ ἐσμὲν αὐτοῖς ἐν τύχης καὶ δαίμονος τάξει, καὶ ἡμεῖς τὸν δαίμονα αἱρούμεθα, καὶ εὐδαίμονας αὐτοὶ ἑαυτοὺς παρασκευάζομεν. Id est, quòd nobis ipsis fortunæ & genij loco simus, quòd nosmet eligamus genium, nosmet faciamus vt simus fortunati. quemadmodum idem quoq; indicatur in sententia Menandri, quæ est apud Plutarchum: ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν θεός. Et Heracliti apud eundem: ἦθος ἀνθρώπου δαίμων. Et Alcman Lyricus, eodem autore, fortunam scripsit esse sororem εὐνομίας, πειθοῦς, καὶ προμηθείας. Et aliàs fortuna suis cuiq; moribus fingitur, vt ex poëta quopiam refert Cicero. Quod pluribus etiam exponitur lib. 10. de Perenni philosophia Augustini Steuchi, cap. 17. Vide de hoc versu cap. 2. lib. 6. Gellij, vbi is exponitur, & de vi atq; necessitate fati, & in nobis tamen consilij iudicijq; arbitrio dicitur.

Deus non est autor malorum.

Sui cuique mores fingunt fortunam.

Fortuna soror bonæ institutionis, obœdientiæ & prouidentiæ.

Rotis.) id est, alij alia habent mala sua vulnera, cum quibus luctantur, etiamsi vita plena sit malorum:

πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα, vt est in versu Hesiodi.

Vita plena est malorum.

ἔρις.) Id est, humanæ naturæ prauitas, qua natura sumus procliues ad mala, etiamsi τὰ χρήστ' ἐπιστάμεσθα καὶ γιγνώσκομεν οὐκ ἐκπονοῦμεν δέ, vt in Euripidis Hippolyto rectè dicit Phædra.

Video meliora, proboque, deteriora sequor.

Iupiter mala.) Petit Pythagoras à Deo, aut vt liberet à malis omnibus homines, aut suam cuiq; fortunam depingat in tabula, vt sciat quæ cauere, quæ sequi debeat: quod Astrologi conantur indicare. quibus quantum in ea re sit tribuendum, cùm alij monuerunt, tum maximè Ioannes Picus comes Mirandulæ & Concordiæ dominus libris 12. Disputationum aduersus Astrologos: Ioannes Franciscus etiam Picus, huius Pici ex fratre nepos, libris 9. de rerum prænotione: maximè verò lib. 5. qui librorum 12. Ioannis Pici compendium quasi est. Vide etiam apud Erasmum prouer. Qui benè conijciet, hunc vatem, &c.

Picorum scripta contra astrologiam.

Veruntamen.) Correctio quasi est superioris, & consolatio, quòd quia homines natura duce videant quæ honesta, quæ bona, quæ mala, non perinde difficile sit liberum se à malis conseruare. Veruntamen θεῶν κεχρήμεθα ἅπαντες, vt Aratus cecinit.

Omnes homines deorum auxilio indigemus.

Dei genus sumus homines.

θεῖον γένος) τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν, cecinit Aratus.quod hemistichium etiam in Actis Apostolicis legitur. Et Virgilius de toto mundo:

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo.

Homo exemplum Dei.

Exemplumq́, Dei quisq́, est in imagine parua: vt in versu Manilij celebrato dicitur: id est, μίμημα θεοῦ, vt Euripides vocat hominem, quemadmodũ id à Plutarcho refertur. Ideoque Philo animum scripsit esse ἢ ἀπόσπασμα, ἢ ἀπαύγασμα θεοῦ, abscisionem aut radium à Deo.

Animus à Deo cadius est.

Eorum si quid tibi) Id est, si videris quæ honesta, quæ contrà turpia, viues ad mea præcepta, & seruabis te à malis & periculis omnibus.

Porrò temperato.) Repetitio fortè est superioris præcepti, quod fuit, εἰθίζου δὲ δίαιταν ἔχειν καθάρειον ἄθρυπτον, quo ad frugalitatem hortatus est, & ad victum facilè parabilem. nisi mauult quis referre eò, quòd Pythagoras suis vsum carnium & fabarum interdixit: quòd is victus ad voluptatem spectaret, & mentis tranquillitatem quærentibus esset contrarius. Vnde Pythagoræis versus is Empedoclis semper fuit in ore:

Vsus carnium & fabarum quare interdictus Pythagoræis.

Versus de vitãdis fabis.

δειλοί πανδείλοι κυάμων ἀπὸ χεῖρας ἔχεσθαι, vt testatur Gellius lib. 4. cap. 11. Ille item qui apud Athenæum legitur, & Alexandrinum Clementem in στρώμασι,

ἶσόν τοι κυάμους τρώγειν, κεφαλάς τε τοκήων: cuius etiam obiter meminit Lucianus, egregius Pythagoræ exagitator, in Gallo seu Micyllo suo: verùm de eo alij autores aliter senserunt, quæ nos in medio relinquimus.

ἔς τε καθαρμοῖς.) id est, vide & iudica quæ perturbent mentem, eaq́; vitato: sectator verò, quæ à perturbationibus & vitijs liberent.

Si verò deinde) Plurimi sunt similes loci passim apud veteres tum philosophos tum poëtas, de Animæ immortalitate, quam ab initio omnes saniores Ethnici docuerunt: vt apud Platonem in Axiocho & Phædone, Xenophontem in Cyropædia lib. 8. in oratione illa sapiente Cyri iam morituri ad filios: Plutarchum in varijs locis, maximè verò in oratione consolatoria ad Apollonium, vbi plurimorum veterum sapientum de ea re sententias congerit. Quæ verò dulcissimè scribantur à vetere sapiente castoq́; vate Pindaro, de gaudio piorum in alia meliore vita, ipsorumq́; studijs & pijs voluptatibus, in Olympijs: quæ item Clemens Alexandrinus, Theophilus, Iustinus Martyr, Theodoritus, Eusebius, Synesius, patres & scriptores Græci, & ex Ethnicorum scriptis

Ab initio omnes saniores Ethnici docuerunt, animam immortalẽ esse.

de ea

de ea re proferunt testimonia, nota sunt ijs qui in horum autorum lectione versantur: vt de Cicerone, Seneca, Homero, Calabro, & alijs poëtis nihil dicamus, qui omnes dum beatas & fortunatas insulas, campos Elysios, Thyrsides, æternas domus, &c. beatis attribuunt, eo ipso suam sententiam testatam facere hominibus voluerunt, de immortalitate animæ, quæ πῦρ δυνάμει πατρὸς οὖσα φαεινὸν,

ἀθάνατός τε μένει, καὶ ζωῆς δεσπότις ἐστί: vt in versibus oraculi qui ex antiquorum monumentis afferuntur, dicitur. Oraculũ Apollinis de animæ immortalitate, & quod ea vitæ domina sit.

FINIS.

IN PHO-

IN PHOCYLIDAE CARMINA OBSERVATIONES.

C*Hristomystes.*) Id est, Christi discipulus, oraculorum de Christo peritus. Verùm nimis magnificum tribuit Phocylidæ præconium, quicunque horum versuum est autor: cum

Ethnici scriptores historiæ de Christo ac veri Dei ignari, nec etiam legerunt Biblia.

Ethnici, historiæ de Christo planè fuerint ignari, nec verum Deum vnquam agnouerint, nec Biblia habuerint, quòd ea serius in Græcum sunt translata: quamuis, alij prolixis etiam commentarijs sunt conati ostendere, quomodo singula poëtæ & philosophi ex sacris Biblijs surripuerint. Vnde apud Clementem Alexandrinum, Iustinum, Theodoritum, Theophilum, Eusebium, Tatianum, & alios græcos Theologos,

Philosophi, poëtæ, &c. Scripturæ Prophetarum & Hebræorũ fures, Dictum Numenij, seu Pythagoræ, quod Plato nihil sit quã Atticus seu Græcus Moses.

qui gentium vanitatem impugnarunt, philosophi, poëtæque, sæpè scripturæ & prophetarum & Hebræorum fures appellantur. Plato quoque, ex Hebræis philosophus, ab ijsdem nuncupatur: ad quod stabiliendum, sæpè vsurpant dictum Numenij philosophi Pythagorici, Theodoritus præcipuè Cyrensis Episcopus in libris de Curatione Græcorum affectuum. tametsi àpud Clementem in 1. Stromatum id Pythagoræ asscribatur: τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων;

Græcorum de Philone & Platone sententia.

Et de Philone Iudæo, Mosis interprete, & aliàs erudito scriptore, quẽ Hieronymus alterum Platonem nominat, quòd Græci dixerint, ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει, etiam vulgo notum est. quam autem verè vtrumque dictum sit, patet vtriusque scripta legenti & conferenti.

Plato quare non potuerit legere libros Mosi.

Plato enim, etiamsi Mosen legisset (quod nunquam fieri potuit, nisi linguæ seu Hebrææ seu

Galenus in suis libris Mosi & Christi meminit.

Chaldææ fuisset peritus) tam fuerat Mosis scripta non probaturus, quàm ea Galenum, etiam ethnicum, medicorum

Ethnici quæ bene & recte dixerunt, vnde ea desumpserint.

solem, probasse videmus: vt patet ex lib. 3. de Differentijs pulsuum. Si quid verò Græci Ethnici boni dixerunt, aut id ex Sibyllarum scriptis, quæ auditores & reliquiæ ecclesiæ patrum fuerunt, desumpserunt: vt Theophilus scribit de Homero, Hesiodo et Orpheo, & Suidas id ostendit in Phocylide. Vel ex oraculis petiuerunt, quemadmodum versus & Theognidis & Hesiodi apud Aristotelem & Herodotum, item voces oraculorum Apollinis leguntur. & apud Synesium quoque Cyrenes Episcopum, scriptorem grauissimum & doctissimum, in Dione, seu de vitæ suæ ratione, ver-

Apollo Homero sua dictauit carmina.

sus oraculi legitur, quòd Apollo Homero sua dictauerit carmi-

carmina: ea fortè præcipuè, quæ de imperij Romani duratione verè scripsit, ἤδειν μὲν ἐγὼν, ὁ δ' ἀπέγραφε δῖος ὅμηρος. vel etiam si quid de morum gubernatione rectè scripserunt, id rectam rationem, quæ est ipsa lex naturæ., ipsa vox Dei, sequuti dixeruht. Verùm de ijs alibi dicemus pluribus. Recta ratio quid sit.

δῆλους.) Id est, Sis verus, studeas veritati, agito cum hominibus apertè & candidè.

μὴ πλουτεῖν.) Malè parta etiam malè dilabuntur, vt est in poëtæ nescio cuius versiculo.

παρεοῦσι.) Cum epenthesi ι, propter versum. Huc pertinent quæ apud Platonem vt vetera referuntur: τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν. καὶ, τὸ παρὸν εὖ τίθεσθαι. Vide prouerbium, Spartam quam nactus es, hanc orna: item, Quod adest boni consule: &, Præsentem mulge: item, Si bouem non posis, asinum agas. Præsentia curanda, ac boni cõsulenda.

Primùm Deum cole.) Iuxta præceptum Virgilij 1. Georgicorum: Dij inprimis colendi. Pietas tutissima virtus.

Inprimis venerare deos. ——

Nam meritò pietas homini tutissima virtus, vt ab eodem dicitur in Aetna: si modò id carmen est Virgilij.

Iniustè nec iudica personam.) vel quibuscunque adductus, vel muneribus corruptus. Nec enim tanquam ad nundinas & lucella eundũ est ijs, qui sibi gubernacula Reipublicæ committi volunt. Quemadmodum Stratoclem illum, & Dromoclidem, accepimus solitos esse mutuò ad messem auream τὸ χρυσοῦν θέρος inuitare. Sic enim ioco tribunal & curiam appellitare consueuerunt, vt est apud Plutarchum in Politicis. Tribunal & curia messis aurea. Nec nihil vidit Chrysippus, qui Iusticiam virginem facit, quòd sit ἀδιάφθορος: hoc est, incorrupta, oculos habentem acres, rectos atque immotos: quòd eum qui rectè iudicaturus sit, non oporteat huc atque illuc oculos ab honesto deflectere: vt scribit Gellius lib. 14. cap. 4. & Pausanias, apud quem lib. 4. Iusticia virgo speciosa, multat deformes: hoc est, facinorosos. Imago Iusticiæ Chrysippi apud Gellium. Et Thebis iudicum statuæ absque manibus spectabantur, vt Plutarchus scribit, & auersis oculis: iustos eos, & à donis alienos esse debere, nullaque mulceri facundia oportere, significantes. Iusticia virgo speciosa apud Pausaniam. Statuæ iudicum Thebanorum absque manibus. In Creta etiam simulachrum Iouis absque auribus fuisse fertur: argumento, vt qui cæteris iura daturus esset, neminem vllum priuatim auscultaret, sed omnibus publicè consuleret: Simulachrum Iouis in Creta absque auribus. quod diligenter fecisse Alexandrum Magnum legimus, qui alteram aurem præbebat accusatori, alteram verò liberam accusato reseruabat. Mos Alexandri in accusationibus audiendis.

παρθενίην.) Non loquitur de monastica virginitate, de

K qua ex-

Commentaria de monastica virginitate quid effecerint.

qua extant diui Hieronymi & aliorum commentaria & orationes, quibus mera venena instillantur hominibus, & quib. tot monachorum monialiumque pepererunt examina, & mundum repleverunt vniuersum horribilibus libidinibus. Verùm præcipit, castitatem & ante coniugium, & in matrimonio fidem coniugalem, in omni vita seruandam.

Deus benefacit piorũ posteritati.

Periurium iurauit.) τοῦ δέ τ' ἀμαυροτέρη γενεὴ μετόπισθε λέλειπται, ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων: vt in versib. Hesiodi dicitur. quorum posteriorem etiam vsurpat Apollo Delphicus, tanquam suam vocem, apud Herodotum lib. 6. contra Glaucum Spartanum periurum, quem Deus cum vniuersa aboleuit familia: quemadmodum etiam Iuuenalis Satyra 13. & Pausanias lib. 8. meminerunt. cuius simile refertur apud Stobæum oratione 28. de Cydia Tenedi incola.

Exempla puniti periurij.

Venefici semina ex agris furantur.

σπέρματα.) De incantatorib & veneficis loquitur, quæ quòd semina quoque ex agris auertant, quibuscunque etiam prohibitis & impijs artibus & medijs, Virgilius quoque meminit Ecloga 8. de venenis loquens Ponticis:

His ego sæpe lupum fieri, & se condere syluis
Mœrin, sæpè animas imis excire sepulchris,
Atque satas aliò vidi traducere messes. Et de veneficijs, quid possint, Deo ita permittente, plurima legũtur apud veteres, præcipuè poëtas: qualia & hæc sunt Virgilij, ex eadẽ Ecloga:

Exempla quid possint veneficia.

Carmina vel cœlo possunt deducere lunam. Et,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Et Luciani illud libro 6.

Torpuit & præceps audito carmine mundus.

Tutia virgo Vestalis aquam haurit cribro.

Appion Grammaticus Homeri manes ab inferis accersit in colloquium.

Apud Plinium lib. 28. cap. 2. Tutia virgo Vestalis Romæ certa precatione aquam cribro haurit. Apud eundem, Appion Grãmaticus Homeri manes, vt illius natale solũ exploraret, ab inferis in colloquium accersiuisse legitur, lib. 30. cap. 1. Apud Pausaniã equi quoque incantationib. in rabiem aguntur. Verùm de his, pluribus egimus in Pharmaceutria Theocriti.

Duodecim tabularum leges, bibliothecæ omnium philosophorum.

Execrabilis est.) Id est, supplicio afficiendus, propterea quòd id etiam duodecim Tabularum legibus (quas Cicero in Oratore suo Bibliothecas omnium philosophorum vocat) cautum fuerit: quemadmodum Plinius scribit lib. 28 cap. 2.

Mercedem.) Secundum versum Hesiodi,

Gnomologiæ veterũ præcipua sapientia.

μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω. quem Pittheus auus maternus Thesei, regis Atheniensium, quòd Gnomologijs, quæ tum temporis præcipua habebatur sapientia, clarus esset, semper in ore habuit.

Mendi-

Mendico.) Vide prouerb. Bis dat qui citò dat: item, Bis est gratum, quòd opus est, vltrò si offeras: item, Panis lapidosus. Sic enim apud Senecam appellatur beneficium, ab homine duro asperè datum.

Beneficium asperè datum, panis lapidosus.

Exulem.) Domo carentem, miserum, ab ἀ καὶ στέγη, ἀπὸ τῆς στέγην καὶ περιέχειν, hospitem: de quibus, quemadmodum & exulib. & supplicibus & naufragis, multa extant veterum præcepta, Homeri præcipuè in Odyssea, quòd de naufragis hospitibus errabundis & mendicis pleraque dicat. quale est illud,

Quare præcipue in Odyssea Homeri multa extent præcepta, de fouendis exulibus, hospitibus, &c.

ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνος ἱκέτης τε τέτυκται, Odyss. θ. Item,

αἰδεῖσθε ξενίων κεχρημένον, ἠδὲ ξένοιο: in Hymno Homeri εἰς ξένους. Et oraculorum voces, qualis illa apud Pausaniam lib. 7. qua respondit oraculum Dodonæum Atheniensibus,

μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν, καὶ ἱεροί τε καὶ ἁγνοί. Vide prouerb. Hospitis habenda cura: item, Domus optima: item, Nemo sibi nascitur. iuuet ergo eos quisque, qui ipsius operam desiderant. item, E terra spectare naufragium.

Oraculum redditum Atheniensibus, de supplicibus non lædendis.

Nauigatio dubia est.) *I nunc, & ventis animam committe, dilato*
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda: vt est in versib. Iuuenalis Satyra 12. quibus dictum Anacharsidis philosophi reddidit, quòd non procul distent à morte nauigantes.

Non procul distant a morte nauigantes.

Communes casus.) Id est, omnes possumus fieri miseri, pauperes, exules, & aliorum opis indigentes: ideoque tales iuuandi sunt. estque quasi ratio superiorum.

ὁ βίος τροχός.) Docet id Polycratis Samij, tyranni opulentissimi & felicissimi, exitus miserabilis: quæ historia celebrata est ab omnibus tum ethnicis, Herodoto, Strabone, Valerio, Plinio: tum Theologis etiam. Cyri item, regis Persarum potentissimi & sapientissimi, mors calamitosa: & Iustinus meminit lib. 1. Crœsi etiam, opulentissimi Lydorum regis, in vinculis lugendus exitus: quemadmodum id scripserunt cum Herodoto luculenter Plutarchus, & alij. Vt de Priami, Phrygum regis, calamitate prætereamus omnia, quam literis prodiderunt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius, belli Troiani spectatores: Homerus quoque fons ingeniorum, cum Quinto Calabro, & Euripide tragicorum τραγικωτάτῳ & sapientissimo poëta. & quis veterum non meminit Troianæ tragœdiæ? Vide prouerb. Dionysius Corinthi: item, Rerum omnium vicissitudo: Homo bulla: item, Vitæ finem specta: &, Fortuna æstuaria.

Polycratis Samij tyranni miserandus exitus.

Cyri regis lugendus exitus.

Crœsi regis in vinculis exitus.

Belli Troiani scriptores.

Versus Q. Calabri factus ex versu Hesiodi, de ſo tuae inconſtantia.

ἄλλοτε γάρ τε φίλη πέλονται, ἄλλοτε δ' ἐχθρή: vt in verſu dulciſsimi Calabri dicitur, lib. 8. Paralipomenon, facto (vt apparet) ex Heſiodi illo celebratiſsimo,

ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Sit communis omnis.) Id eſt, de tuo tanquam de cõmuni bono indigentibus communicato. Non loquitur autem de κοινωνία Platonica, de qua eſt apud Platonem lib. 5. de Republica, quæ vxores & liberos & denique omnia communia facit: cum rerum proprietatem Phocylides ſuperioribus præceptis approbarit & munierit.

κοινωνία Platonica.

καὶ ὁμόφρονα.) Illa poſterior pars verſus additur propter ſequentem. præcipit autem, concordiæ ſtudendum eſſe ſemper & apud omnes, quòd ſine ea hominum vitæ bene eſſe non poſsit. Pertinet huc quod eſt apud Plutarchũ in Apophthegmatis, de Sciluro, & octoginta eius filijs maribus, & faſciculo virgarum: cuius etiam fabulæ Aeſopicæ (ſi modò fuit Aeſopus vnquam) meminerunt. Vide prouerb. Concordia fulciuntur opes etiam exiguæ.

Interfeceris hoſtem.) Quaſi diceret, etiam cum iuſtè occideris hominem, vim illatam depellens, quod iura permittunt: tamen ea res vt fœda & horribilis, quod extinxeris hominẽ, exemplum Dei, conſcientiam tuam turbabit, vt te polluiſſe, neque tibi innocens & purus à cæde videaris.

πάντων μέτρον.) Idem præceptum aliquoties extat apud Homerum & Heſiodum. Vide prouerb. Ne quid nimis: item, Noſce tempus. Et monet tanquam generali præcepto, vt quiſque in medio maneat: μέτρον enim modum, menſuram, medium ſeu medietatem ſignificat. & extrema fugiat: hoc eſt, id det operam, ne contra virtutem (quæ eſt ipſum μέτρον, & in medio conſiſtit, ſuumque cuique tribuit) quicquam quoquo modo faciat.

Quiſque in medio maneat.

Sint tibi pari honore.) Iuxta præceptum Homeri Odyſſ. 1.

ἀντὶ κασιγνήτου ξεῖνός θ' ἱκέτης τε τέτυκται. Extat quoque in eam ſententiam grauiſsimum præceptum apud Platonem de Legibus 5.

Conſtantem locum.) Id eſt, nemo eſt cui non contingat aliquando peregrinari, quacunque etiam de cauſſa, vbi hoſpitalitatis officijs indiget.

ἡ φιλοχρημοσύνη.) Alius, vt Bion ſophiſta, φιλαργυρίαν μητρόπολιν πάσης dixit κακίας. Alius, ςοιχεῖα τῶν κακῶν ἀπληςίαν, καὶ ἅμα φιλοδοξίαν: vt Timon ille à miſanthropia celebris. Alius quoque, oſtium omnium ſcelerum eam fecit.

Auaritia & ambitio multorum malorum in vita cauſa ſunt.

χρυσὸς

χρυσὸς ἀεί.) Quẽadmodũ est in versib. Propertij lib. 3. Elegia 7. & 13. *Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes,*

Semina curarum de capite orta tuo.

Ergo sollicita tu causa pecunia vitæ es:

Per te immaturum mortis adimus iter. Item:

Auro pulsa fides, auro venalia iura:

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor, &c.

Aurũm quæ mala comitentur.

Malum desiderabile.) Quod cupimus, expetimus, & nulla pericula propter id metuimus, *ἑὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες*: vt apud Hesiodum de Pandora dicitur. Simile est isti, quod Euripides *σχολὴ* ocium, ex quo plurima etiam mala prouenire solent, *τερπνὸν κακὸν* nominet.

Ocium dulce malum.

Neq; alium occultes.) Id est, da operam candori, sinceritati: fuge mendacia, calliditates & dolos. Noti versiculi sunt Homeri, quibus detestatur Achilles aliud sentientes, aliud loquentes:

Versus Homeri celebratissimi, de aliud sentientibus, & aliud loquentibus.

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσι,

ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶ, ἄλλο δ' εἴπῃ. lib. 9. Iliados. & repetuntur etiam in Odyssea alicubi.

μήθ' ὡς πετροφυής.) Polypus nomen piscis est, qui persequentibus piscatoribus petræ adhærens, colorem eius imitatur, vt lateat: autoribus Plinio lib. 9. cap. 29. Aeliano quoq; lib. 1. Variæ historiæ. Meminit etiam huius pluribus Oppianus lib. 1. *ἁλιευτικῶν*: & Theognis, *πολύποδος νόον ἴσχε.* Verùm ibi, vt prudenter & cautè agamus, præcipit (quemadmodum pluribus id persecuti sumus in nostris in Theognidem Annotationibus) quod idem & facere iubet cuiuscunque etiam poëtæ sapiens versiculus: *ἄλλοτε δ' ἀλλοῖον τελέθειν καὶ χρόνῳ ἕπεσθαι.* Vide prouerb. Polypi mentem obtine: item, Polypi: &, Polypi caput: item, Bis septem plagis Polypus contusus: ac, Cum exossis suum rodit pedem.

De Polypo pisce.

Quomodo præsens præceptum conueniat cum Theognidis versibus.

Annotationes Neandri in Theognidem.

Voluntatem itaq; examina.) Quòd tota res de virtutibus & vitijs consistat in voluntate, quæ cogi nequit: vt scripsit Quintilianus, *ἔστι γὰρ ἀδέσποτον καὶ ἀνάγκης ἐλεύθερον*, vt quidam dixit.

Tota res de virtutibus & vitiis consistit in volũtate.

μὴ γαυροῦ.) Vt agnoscamus nostram imbecillitatem, quòd quæcunq; nostra bona & dona nullius sunt momenti, si cum Deo & vera absolutione virtutis, à qua procul absumus, conferantur. Id obseruans Socrates, etiam Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus, semper in ore habuit, vnum se id scire, quòd nihil sciret: quemadmodum sæpè Plato cum Aristotele meminit. Cui simile est, quòd cum rogare-

Socratis dictum.

Quare Socrates nihil ediderit aut scripserit.

tur, quare nihil ederet? Respondit, ὅτι ἐγὼ τὰ χαρτία πολὺ τῶν γραφησομένων τιμιώτερα: quod putaret chartam maioris precij futurã, quàm quæ scribenda forent Quemadmodum etiam alius quispiam veterum dixit: Quod doctissimus quisq; sciret, non esse minimam partem eorum quæ ignoraret. Vide prouerb. Nemo omnibus horis sapit: item, Nihil est ab omni parte beatum.

Vnus Deus.) Ratio est superioris sententiæ, quare non sit superbiendum. Vide prouerbiũ, Dij omnia possunt. Et Callimachi sententia legitur apud Plutarchum, δαίμονι ῥέξαι πᾶν δυνατόν. καὶ, ἄπρακτοι παῖδες θεῶν, apud Pindarum in Isthmijs hymno 3.

Factum infectũ fieri nequit.

μηδὲ παροιχομένοισι.) τὸ γὰρ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι: vt dixit Aristoteles lib. Eudemiorum 5. & Nicomachiorum 6. Vide prouerb. Quod factum est, infectum fieri nequit. item, Nunquam efficies vt rectà ingrediantur cancri.

De ira frenanda.

Ne preceps sis.) De præcipitantia & temeritate cauenda, & ira refrenanda. Iuxta Horatij etiam præceptum:

——Animum rege, qui nisi paret,
Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce cathena.

ἴσω κοινὰ πάθη.) Id est, appete mediocria, non summa: quòd vita media sit tutissima & tranquillissima, καὶ τὰ μεγάλα καὶ μεγάλα πάσχει κακά, vt queritur Hecuba apud Euripidem, ex regina opulentissima & potentissima subitò serua effecta. Vide prouerb. In nihil sapiendo tutissima vita. Itaq; Antigonus rex ad vetulam quæ felicitatem eius extollebat: Si nosses, dixit, ô mater, quantis malis hic panniculus esset plenus (ostenso diademate) ne in sterquilinio quidem iacentem tolleres. Porrò in tyranno Xenophontis, & Gallo Luciani, graphicè summorum & mediocrium hominum commoda & incommoda depinguntur.

Magna magnis calamitatibus etiam subsunt.

Antigoni ad vetulam, felicem se prædicantem.

In pleno corpore regnat Venus.

Vinum lac Veneris.

In male saginato corpore nõ dominatur Venus.

Nimius verò luxus.) ἐν πλησμονῇ τοι γὰρ κύπρις, ἐν πεινῶντι δ᾽ οὔ: vt est in versu Euripidis, apud Athenæum lib. 6. apud quem etiam libro decimo, οἶνος γάλα est ἀφροδίτης: Aristophani. Ventre enim distento, distenduntur ea quæ ventri adhærent: vt Diuus Hieronymus dixit. ἐν τῇ κενῇ γὰρ γαστρὶ τῶν καλῶν ἔρως οὐκ ἔστι, πεινῶσι γὰρ ἡ κύπρις πικρά: vt apud eundem Athenæum præsentes versiculi referuntur, innuentes id quod dicitur,

Lasciuit rarò non benè pasta caro.

Iniuriam impellit.) Vide prouerb. Satietas ferociam parit.

Imitatio.) Bonis & honestis tantum rebus, hoc est, virtuti studendũ: turpia verò & Veneris studia fugienda esse monet.

Vir

Vir prudens.) ἀγανόφρον., ab ἄγαν καὶ φρονεῖν. Laus est viri boni, quòd sit communis voluptas, & commune bonum, quemadmodum veterum quispiam, ἄνδρα ἀγαθὸν πόλιος καὶ παντὸς κοινὸν ἀγαθὸν dixit. Et Plato in eandem propè sententiam præclarè dixit, ὅταν βούληται θεὸς εὖ πρᾶξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐμποιεῖ· ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξειν πόλιν, ἐξαιρεῖ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ θεός.

Vir bonus commune bonum est.

Deus volens benefacere vrbi, dat ei bonos viros: male vero, aufert eosdem.

μέτρῳ.) In omnibus modum seruandum: hoc est, id sequendum, quòd à recta ratione, quæ est ipsa vox Dei, præcipitur.

Modus quid.

Momum te.) Id est, Noli carpere & reprehendere aliorum facta, quasi tu solus saperes, tu solus quæ recta sunt perageres. Vide prouerbium, Momo satisfacere: item, Carpet citius aliquis quàm imitabitur.

μὴ μιμοῦ.) Id est, noli repellere iniurias iniurijs: sed magistratui, & quibus debetur, vindictam relinque: noli tibi ipsi esse iudex.

πεῖθε.) Persuasione vincendos homines: vt in Mimo quoque Publij id similiter docetur, consilio melius vincas quàm iracundia. Et ex sapientibus quispiam sapienter monuit, πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος: id est, Persuasione cape, non vi. Vide prouerbium, Lis litem serit: item, Litem parit lis, noxa item noxam parit.

Persuasione capiendi homines, non vi.

Ne credas statim.) Non temerè & præcipitanter credendum omnibus: vt sapienter ab Epicharmo Siculo dictum est, νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ταῦτα γὰρ νεῦρα τῶν φρενῶν. quod Cicero in libello de Petitione consulatus his verbis reddidit: Quamobrem Epicharmium illud teneto, neruos atque artus esse sapientiæ, non temerè credere. Vide prouerbium, Fiducia pecunias amisi: item, Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris.

Dictum Epicharmi celebratum, de non temere credendo.

Vincere benefactores.) Iuxta præceptum Hesiodi, αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον αἴ κε δύνηαι.

Benefactores beneficijs vincendi.

Pulchrum est accipere.) Satius est citò dare quodcunque, vel mediocre beneficium in aliquem conferre, quàm tardè: quòd munus etiam suspectum facit,

Bis dat, qui citò dat.

Gratiaque officio, quod mora tardat, abest: vt in versu Ouidij. Et Seneca, pectus illud sanctum & castum, lib. 2. de Beneficijs: Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dantis hæsit. Vide prouerb. Bis dat, qui citò dat: item, Bis gratum quod vltrò offertur.

μηδέποτε.) χρήστης propriè fœneratorem significat: nos exactorem

ctorem reddidimus, generaliori vocabulo, vt accommodaremus ad omnia potestatum genera : id est, omnes eos qui præsunt alijs quos monet Phocylides, ne sint acerbiores, durioresq; suis subditis : cum boni pastoris sit, tondere pecus, non deglubere : id est, ita accipere à subditis, vt etiam relinquatur, vnde & ipsi viuant, & postea vsui quoq; sint magistratui : quemadmodum Tiberium Cæsarem respondisse scribit Suetonius. Cui simile est Alexandri illud Magni cognominati, cum iuberetur plus vectigalium à ciuitatibus auferre, καὶ κηπωρὸν μισῶ, inquit, τὸν ἐκ ῥιζῶν ἐκτέμνοντα τὰ λάχανα, id est, Et olitorem odi, qui radicitus herbas excîdat. Nec temerè veteres, suos principes patres nuncuparunt, quemadmodum de Cyro suo scribit Xenophon, & Cicerone Romanorum consule Plutarchus. (πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι, vt scribit Aristoteles) ποιμένας item λαῶν, id est, pastores populorum, quo nomine Homerus suos principes honestare solet. quod deinde Plato & Xenophon pluribus exposuerunt.

Boni pastoris est, tondere pecus, non deglubere.

Alexandri responsum de non deglubendis subditis.

Veteres suos principes patres & pastores dixerunt.

Neq; quis è nido.) Pertinet ad præcedens præceptum, quod etiam in Mose scriptum legitur, additam habens benedictionem diuinam : Vt benè sit tibi, & longo viuas tempore, Deuteronom. 22.

Neque vnquam.) *Quódque parum nouit, nemo docere potest* : vt in versu celebrato Ouidij dicitur. Vide prouerb. Quam quisq; norit artem, in ea se exerceat : item, Faber cum sis : &, Oportet remum ducere qui didicit : ac, Illotis manibus : item, Ne sutor vltra crepidam.

Doceat qui didicit.

οὐ γὰρ.) Ratio est superioris præcepti. Quod enim quisq; nunquam didicit, id non potest scire, nec etiam idem rectè ac dextrè iudicare. ἐπιστήμῃ γὰρ δεῖ κρίνεσθαι τὸ μέλλον καλῶς κριθήσεσθαι, iuxta Platonis sententiam.

Artifices iudicent de artibus.

Mensipetas.) τραπεζοκόρους, à τράπεζα καὶ κόρος, quòd propter mensæ copiam & lautitias gratificentur, χαριγλωττοῦντες & γλωττογάστορες rectè dicti à Comicis veteribus : quemadmodum scribit Pollux lib. 2. de Rerum vocabulis, quòd linguam habeant propter ventrem, ipsi κνισοκόλακες, κνισολοιχοί τι : id est, ob culinæ nidorem adulantes, & eiusdem nidorem ligurientes : quemadmodum à Comicis eiusmodi homines nominatos esse, Athenæus scribit lib. 3. ἀπὸ γλώττης φίλοι, αὐτολήκυθοι καὶ τραπεζεῖς, χύτρης φίλοι, quòd ventriculi cibiq; causa diligant, non ex animo : quiq; tum præstò sunt, quoties audiunt κατὰ χειρὸς ὕδωρ. Crates itaq;, Cynicus philosophus, id genus

De adulatoribus, ipsorum ingenio, moribus, atq; nominibus.

genus homines συγκαταινεσιφάγους, vt ſcribit Stobæus, appellitabat: quòd maximè inter epulas annuerent. de quibus & vetus illud rectè dictum eſſet, ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία: id eſt, Dum feruet olla, viuit amicitia. Vide prouerbium, Muſcæ: &, Cauda blandiri: item, Doſones: ac, χρυσολόγοι: item, Mercenarium præconium. Apud Athenæum quoq; libro 6. longa eſt narratio de adulatoribus. Plutarchus quoq; opuſculum ſcripſit de diſcrimine Adulatoris & amici, vbi etiam hi verſiculi à cancro ad paraſitum detorti leguntur:

Athenæi de adulatoribus.

Plutarchi opuſculum de Diſcrimine adulatoris & amici.

γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα πανταχῇ βλέπων
ὀφθαλμὸς, ἕρπε τοῖς ὀδοῦσι θηρίον.

Multi enim potus.) Vide prouerb. Felicium multi cognati: &, Ollæ amicitia: item, Ad felicem inflectere parietem: ac, Viri infortunati procul amici.

ἀχθόμενοι.) Vide prouerb. Tibicinis vitam viuis. id eſt, volunt lautè & prolixè ſemper accipi.

Vulgo ne credas.) *Mobile nam ſequitur fortunæ lumina vulgus.* Vide prouerb. Ignis, mare, mulier, tria mala.

μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ.) Prohibet curas nimias, & temerè ſine vlla cauſa ſuſceptas, ad ignem deſidendo. quod ſolent facere homines præcipuè tempore frigoris, quemadmodum eſt apud Heſiodum. Id eſt, ne facias tibi ipſi curas, quæ aliàs vltrò adeſſe ſolent: quemadmodum eſt in Menandri verſibus apud Plutarchum,

ἄρ' ἐστι συγγενές τι λύπη καὶ βίος
τρυφερῷ βίῳ σύνεστιν, ἐνδόξῳ βίῳ πάρεστιν,
ἀπόρῳ συγκαταγηράσκει βίῳ. Vide prouerb. Notum lippis ac tonſoribus: &, χρονοχυτρολήραιον: item, Cor ne edito.

Intercedit cognatio quæpiam vitæ ac dolori.

Moderata verò.) Id eſt, non ſis ſuperſtitioſus in rebus diuinis, ac Deo colendo.

καδδύναμιν δ' ἔρδειν ἱέρ' ἀθανάτοισι θεοῖσι. quem verſum, Heſiodi, Socrates valdè ſolitus eſt commendare: vt ſcribit Xenophon lib. 1. de dictis ac factis Socratis. Iubet inſeruire quenque Deo & Eccleſiæ, pro ſuo modulo ac dono. quemadmodum & idem iubet facere Plinius in præfatione ſua in Mundi hiſtoriam, cum inquit: Verùm & dijs lacte ruſtici, multæq; gentes ſupplicant: & mola tantum ſalſa litant, qui thura non habent.

Quiſque Deo ſeruiat, quibus poteſt, pro viribus.

Terram impertire.) De mortuis ſepeliendis præceptum eſt, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων: vt ſæpè apud Homerum dicitur. vbi quoq; oſtenditur, magnam veteribus fuiſſe curam, vt mortuorum corpora honeſtè terræ mandarent. Ideoque

Veteres magna cura ſepelierunt mortuos.

Priamus redimit ad sepulturā cadauer Hectoris.

Oratio Periclis funebris.

Priamus profectus ad Achillem in castra Græcorum, multis muneribus ad sepulturam cadauer filij Hectoris redemit. Et apud Thucydidem Pericles præclara oratione celebrat mortuos, libro 2. Iccirco Achilles, cum iam prostrasset Hectoré, sed spirantem adhuc, cum ipsi ægrius alio pacto se facere posse haud speraret, minatur se corpus ipsius insepultum canibus prædā obiecturum. Quin & bella sæpè excitata, aliaq; plurima mala sunt orta, propter in prælio interemptos, & à sepultura prohibitos: quemadmodum patet ex Euripidis Supplicibus, Phœnissis item, & Antigone Sophoclis. Quin & sepulchri violati actiones agebantur, quòd, vt Cicero scribit lib. 1. Tusculanarum quæstionū, summis ingenijs præditi, ceremonias sepulturæ nec tanta cura coluissent, nec tam inexpiabili religione sanxissent, nisi hæsisset in eorum mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem atq; delentem, sed quandam quasi migrationem commutationemq; vitæ, quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum soleret esse, in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. Impiè ergo faciunt, qui defunctos ex arboribus suspendunt: vt Colchi faciunt, quemadmodum scribit Apollonius lib. 3. carminis sui Argonautici. Aliæ etiam gentes, apud quas variæ, nec omnes probandæ fuerunt circa mortuos ceremoniæ: quemadmodum Lilius Gyraldus id peculiari libello est persecutus.

Bella mota propter mortuos a sepultura prohibitos.

Quare tanta cura veteres coluerunt ceremonias sepulturæ.

Colchi suos mortuos suspendunt ex arborib.

Lilij lib. de sepultura veterum.

Thesauri in monumentis abscondi.

Exēpla aperiētium monumenta, item nefanda peragentiū cum mortuis.

μὴ τύμβον) Sepulchra non aperienda in ijs plerunq; thesauri abscondebantur, quòd ibi tutius custodirentur: vt scribit Philostratus in vita Apollonij sui. Exempla aperientium monumenta sunt apud Herodotum lib. 1. & Senecam de Xerxe, quod ipsi pœnam quoque minatur. Cum mortuis verò etiam nefanda peragentium, apud eundem Herodotū exempla extant lib 2. item 5. de Periandro: Pausaniam etiā, de Gallorum fœdissima turpitudine.

Exempla seipsos interficientiū. Cleombrotus Ambraciota.

Cleantes, Chrysippus, Zeno, Empedocles, Cato Vticensis.

Non honestum est.) Ne seu alijs, seu nobis ipsis abrumpamus vitam, quibuscunq; ducti rationibus: quòd ita prohibeat vox diuina, Non occides. Quemadmodum exempla multa habent veterum narrationes: vt de Cleombroto Ambraciota, qui lecto Platonis Phædone de Animæ immortalitate, è muro in mare se abiecit, vt quamprimum è malis huius vitæ discederet: quemadmodū scribit Cicero lib. 1. Tuscul. quæst. quod secutos legimus ijsdem rationibus motos, Cleanthem, Chrysippum, Zenonem, & Empedoclem: Catonem quoq; Vticēsem, qui lecto eodē libro, sibi ipsi manus intulit, ne super-

ne supereſſet victore Cæſare, cum ipſe partes Pompeij ſecutus fuiſſet: vt id pluribus ſcribit Plutarchus in Catone. Alijs quoque infinitis, vt de Calano Indo apud Aelianum, Nigrino fantaſtico illo apud Lucianum: Hannibale & Demoſthene, qui ſeipſos veneno extinxerunt, ne in manus hoſtium venirent. Themiſtocle quoque, qui ſeipſum taurino ſanguine ſuffocauit, ne contra patriam, quamuis malè de ſe meritam, faceret: quemadmodũ de his omnibus id Plutarchus prodidit. Democritus ſibijpſi eruit oculos, vt ſcribit Cicero: Origines verò, ille à lucubrandi ſtudio Adamantius cognominatus, teſtes ſibi excuit, vt eſt apud Euſebium: vterq; vt amputarent id, quod ſuis ſtudijs & cogitationibus obſtare videretur.

Calanus Indus, Nigrinus, Hannibal, Demoſthenes, Themiſtocles.

Democritus ſibi oculos, Origenes teſtes eripuit.

Corpus enim de terra.) In hanc ſententiam extat dictum Epicharmi, apud Plutarchum in oratione cõſolatoria ad Apollonium: *συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν, γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ᾽ ἄνω. τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν.*

Corpus in terram vertitur, ſpiritus vero alta petit, vnde venit.

πλούτου μὴ φείδου.) Id eſt, vtere tuis opibus, dum viuis, ad res honeſtas, neceſſarias & conceſſas: quia omnibus eſt moriendum, quemadmodum ad tædium vſque id occinit ſapiens Pindarus, ſuis quos celebrat victoribus, ſuis motus neceſſarijs rationibus. Et in verſibus Propertij,

Haud vllas portabis opes Acherontis ad vndas,
Nudus ad infernas ſtulte veheris aquas.

quod etiam Lucianus, vt ſolet, venuſtè pingit in Dialogis infernalibus.

Pindarus inculcat vſque ad tædium victoribus ſuis, quod omnibus ſit moriendum.

Omnes mortui pares ſunt.) Hoc habet inter cætera iuſticiæ ſuæ Natura præcipuum, quòd cum ad exitum ventum eſt, omnes in æquo ſumus: vt dicit Seneca. Et mors certè æquabit, quos pecunia ſeparauit: vt Plinius alicubi in Mundi ſui hiſtoria ſcribit. vt taceatur, multos poſt mortem futuros deteriore conditione: quod Lucianus etiam, quamuis omnia rideat, indicare voluit in Menippo ſuo, vbi facit reges ſatrapasq; apud inferos mendicantes, & aut ſallamenta vendentes, aut primas ipſas literas vrgente inopia profitentes, contumelijs præterea à quouis affectos vt viliſsima mancipia. Philippum quoquè Macedonem, Alexandri Magni patrem, in angulo detritos calceos mercede reſarcientem commemorat.

Mors æquabit, quos pecunia ſeparauit.

Regum atque potentum apud inferos ſupplicium.

Philippus Macedo reſarcit apud inferos calceos.

ψυχὴ δ᾽ ἀθάνατος.) Id Ethnici ſcriptores tum claris & apertis ſententijs, qualis eſt iſta etiam, & ſuperiores Phocylidæ, ſemper ab initio docuerunt: (alij tamen alijs ſaniores fuere)

Narrationes aliquot, quæ ostendunt viuere animam, etiam post mortem.

tum quoq; indicare voluerunt alijs narrationibus, partim fictis, partim etiam quæ accidere sic potuerunt. quale est, quod Plato in 10. Politiæ narrat, de Pheræo quodã Pamphilio, & Herodotus de Atheo quodam philosopho in Proconeso, de Hermone Clazomenio Plinius, & de Soleo longiore etiã expositione Plutarchus in lib. de Sera numinis vindicta.

Boni viri est, vtramque fortunã recte ferre.

Neq; malis turbare.) vt inuicti maneamus in vtraq; fortuna, quod boni viri est, quem δεῖ τὰ καὶ τὰ φέρειν: id est, aduersa & læta eodem ferre animo, vt iubet Pindarus cum Theognide, & Horatius:

Sperat infestis, metuit secundis,
Alteram sortem, bene præparatum Pectus. id est, nec frangitur duris, nec attollitur lætis.

χρεῷ λατρεύειν.) id est, pareto necessitati, Faxis vt libeat quod est necesse: quemadmodum in Publij Mimo sapienter præcipitur. Vide prouerb. Contra stimulum calces: item, Contra torrentem niti.

Nam tristantibus.) Consolatio. Non si malè nunc, & olim Sic erit: quemadmodum est apud Horatium. Vide prouerb. Iucundi acti labores: item, Iucunda malorum præteritorum memoria.

Exempla eorum qui dijs conuiciati, omnes male perierunt.

Magniloquentia) Id est, Dicas grata Deo & proximo, tibi quoq; & alijs salutaria: non sis dicax, non sis maledicus, vt eius rei studio in rabiem etiam propemodum agaris, nec hominibus nec dijs parcens: quemadmodum exempla sunt apud Sophoclem in μαστιγοφόρῳ, de Aiace Telamonio: apud Homerum quoq;, & Calabrum, de Aiace Oileo: Euripidem in Phœnissis de Capaneo, Actæone etiam & Pentheo apud eundem in Bacchis, Ida apud Apollonium lib. 1. Argonauticæ historiæ: qui omnes, quia in suis viribus, suis quibusdam donis iactanter confidebant, Deum blasphemantes, miserè omnes perierunt: quemadmodum dona eximia, roboris, prudentiæ, &c. multis sæpè exitiosa fuisse legimus. ἐχθρὰ γὰρ σοφία λοιδορῆσαι θεοὺς, καὶ τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν ὑποκρέκει. Et iterum, ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακαγόρους: vt scribit Pindarus, pectus honestum & integrum, & à conuicijs omni temperans studio. Vide prouerb. Ne magna loquaris: item, Lingua bellare: &, Os infrene: & iterum, Hamaxiæa.

Inimica sapientia, Deo conuiciari.

Arma hominis sermo & sapientia, quæ Dei donum est.

ὅπλον τοι λόγος.) Alijs animalibus alia arma tributa esse: homini verò sermonem & sapientiam à Deo inspiratam, quòd Dei ea donum sit: quemadmodum aliæ quoq; virtutes, quibus expugnat, superat, & subigit sibi omnia: vt Sophocles quoq;

quocꝫ ſapiens & vetus tragicus ſcripſit. tantum futuræ morti non inuenit remedium, ad alia omnia inuictus: vt Homerus quocꝫ in hymno Apollinis de hominibus cecinit,

Ad omnia alia homines inuicti, ſoli futuræ morti & ſenectuti remedium inuenire non poſſunt.

ζώουσ' ἀμφραδέες καὶ ἀμήχανοι, οὐδὲ δύνανται
εὑρέμεναι θανάτοιο τ' ἄκος καὶ γήραος ἄλκαρ.

Confer cum hoc loco, quæ apud Plinium in præfatione lib. 7. & Platonem in Axiocho (ſi modò is Platonis eſt γνήσιος) graphicè dicuntur, & pluribus querelis exaggerantur, hominem nudum & miſerum, inermemcꝫ naſci, ad lachrymas, vincula & ſupplicia.

Plinij præfatio, & Platonis Axiochus, de vitæ humanæ miſeria.

Caterùm ſermo.) Id eſt, Sapiens ſermo à Deo veniens, ſalutaris & vtilis eſt, & plurimum poteſt. Aliàs ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥηθὲν, ἀνατρέπει βίον, καὶ τάφῳ τοὺς ἐμπίπτοντας παραδίδωσι, vt Græci dicunt.

Verbum quod non ſuo tempore dicitur, euertit vitam.

βέλτερος.) *Pectora ſunt potiora manu, vigor omnis in illis:* vt rectè dicitur in verſu Ouidij, quem obijcit prædicanti ſuum robur Aiaci Telamonio Vlyſſes, Metamorphoſ. lib. 13. Vis enim conſilij expers mole ruit ſua: vt eſt apud Horatium. Et notus eſt verſiculus Homeri valdè celebratus, μῆτί τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων, ἠὲ βίηφι. 23. Iliad. Ac, Sed in ſapientia gubernator nauim torquet, non valentia: quod Nonius ex Titinnio citat. Vide prouerb. Amens longus: &, Nullus malus magnus piſcis: item, Pinguis venter non gignit ſenſum tenuem.

Conſilium & prudentia præſtant robore.

Nauis torquetur non valentia, ſed ſapientia.

Non iuſtum eſt.) Malos & facinoroſos non defendendos, non fouendos, nec cum ijſdem conuerſandum ſeu publicè ſeu priuatim: propterea quòd, quemadmodum eſt apud Heſiodum, vatem ſapientiſsimum,

Sæpe vnius ſcelera luimus vniuerſi.

πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
ὅστις ἀλιτραίνῃ, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται. ἀτάσθαλον autem, quemadmodum etiam ἀτασθαλίαν, dici putant Grammatici, vt ſcribit Athenæus lib. 1. δειπνοσοφιστῶν ſuorum illorum peritorum & multiſciorum, ὅτι ἐν ταῖς θαλίαις τὰ πρῶτα ἐξημάρτανον οἱ ἄνθρωποι εἰς ἀλλήλους: ab ἄτω, id eſt lædo, τὴν θαλίαν, conuiuium: id eſt, quòd primi homines, & pauperes, cum primò eſſet inuentus cibus, irruerent in ædes & conuiuia, & per vim cibum habentibus eriperent: ſeu quòd in conuiuijs plerunque peccemus, dum inuitamus nos largius.

Etymologia nominis ἀτάσθαλος, καὶ ἀτασθαλία.

φωρῶν.) Expoſitio ſunt præcedentium. Et Germani dicunt, Der Heler iſt wie der Steler. Et, faciens & conſentiens eadem pœna plectuntur.

μοῖραν πᾶσι νέμειν.) Id eſt, ſuum cuicꝫ tribue. ἶσον γὰρ πόλεμον

Aequalitas non parit bellum. Aequale diuturnum & stabile.

τὸ ποιεῖ, vt rectè se habet celebratum Solonis apophthegma apud Plutarchum: Id est, æqualitate continetur concordia, vbi contrà inæqualitas discordiarum mater est. καὶ ἴσον μόνιμον ἀνθρώποις ἔφυ, vt apud eundem dicitur. Vide prouerb. ἴσον ἴσῳ.

Incipiens) Vide prouerb. Sera in fundo parsimonia: item, Post rem deuoratam ratio.

Pythagoras abstinuit ab esu carnium.
Qui autores scripserint de Pythagora.

μὴ κλώπευε.) Monet fortè, non esse vescendum animalibus: quemadmodum Pythagoras tum id, tum multa alia similia cum suis sedulò obseruauit & docuit: quemadmodum id scribunt Laërtius, Suidas, Philostratus, Cicero, Lucianus in Gallo suo: & docent id ipsius symbola, quæ exposuerunt Plutarchus, Clemens Alexandrinus in Stromasi, Philo quoque, Erasmus in Adagijs, & Lilius Gyraldus, qui ea peculiari libello interpretatus est. Quis denique est veterum, qui Pythagoræ & sectatorum eiusdem non meminerit?

Veteres quare bouem aratorem non mactauerint.

Cæterùm bouem aratorem vetat mactare etiam Hesiodus, quòd id magnum nefas fuisset veteribus, quòd etiam ille agricola esset, & humano generi laborum socius. ita enim præceptum fuisse, lege Attica, scribit Aelian. lib. 5. Variæ historiæ.

Athenis quotannis agebatur causa securis, quæ primo bouem mactasset.

Quinetiam Athenis quotannis in Prytaneo securis illius causa acta est, quæ Erechtheo Athenis imperante bouem primum ad aram mactasse dicebatur: quemadmodum Leonicus lib. 2. Variæ historiæ ex veterum monumentis repetit.

Iumentum hostis tui.) Vt inimicis etiam benefaciamus: quod præceptum valdè pium est, & à Christiana etiam religione receptum, sed longè augustius. Etiam hosti est æquus, qui habet in consilio fidem: Mimus est Publij, & rectè habet.

Etiam hosti fides seruanda.

Athenis qui erranti viam non monstrauerat, publice maledicebatur.

Errantem quoque.) Seu, vt exulib. & naufragis benefaciamus: seu, vt peregrinantib. & viatoribus viam ostendamus. Erranti autem viam non monstrasse Athenis, publicis execrationibus sancitū fuerat: id est, vt publicè illi malediceretur, & optaretur pœna diuina: quemadmodum scribit Cicero libro tertio Officiorum.

Melius est.) Vt sit quasi ratio præcedentis præcepti. debes enim quibuscunque potes officijs, potius homines tibi amicos facere, quam eosdem inimicos habere.

Suidæ philologia.
Principijs obstandum.

ἀρχόμενον.) Vt in versu veteri dicitur, qui in Suidæ philologia, opere amplissimo, & doctissimo thesauro bonarum rerum incomparabili, refertur, vndecunque etiam: ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολὺ λῷον, ἢ ἐπὶ τελευτῇ. quem versum Latinus poëta reddidit:

Principijs obsta, sero medicina paratur:

Cum mala

Cum mala per longas conualuere moras.

Neq; à feris.) Docet, ne quis carnem vel putridam, vel à feris adesam, quæ lupis & canibus debetur, seu vendat, seu manducandam proponat: quemadmodum sæpè solet fieri ab impostoribus. & nos exempla in eam sententiam aliquot commemorare possemus.

Venena.) Id est, noli venenis seu φίλτροις, seu quoquo modo paratis, vel etiam quomodocunq; porrectis venenis, nocere hominibus. quemadmodum Mithridates rex Ponti, vt hostes prosequentes necaret, aquas veneno infecit: Iugurtha quoq;, quemadmodum scribit Salustius de bello Iugurthino, fontes & pabula veneno corrupit in Aphrica: quo stratagemate, sed scelerato, & Iuba rex Mauritaniæ à Romanis victus (vt est apud Plutarchum in vita Cæsaris) fertur vsus. Nec minus culpandi veniunt, qui de venenis prolixa etiam condiderunt commentaria: quod & Galenus, medicorum princeps, improbauit, & imitari nunquam voluit, quemadmodum id de se prædicat lib. 10 de facultatibus medicamentorum simplicium. Atheniensibus autem vsitatum supplicij genus fuit, morte condemnatos veneno interimere: quemadmodum id docet Socratis mors, de qua Plato, Diogenes & alij meminerunt: Theramenis quoque, quod scribunt cum Xenophonte Cicero.

Mithridates, Iugurtha, & Iuba, fontes & pabula veneno corrupe-runt.

Galenus nunquam voluit scribere de venenis.

Veneno tollere condemnatos, vsitatū supplicij genus fuit Atheniensibus.

μαγικῶν βιβλων.) Prohibet abstinere à diabolicis & impijs libris & artibus. Cæterum Magiæ nomen olim non fuit infame, vt nunc est. Magi enim non erant plebeiæ sortis homines, sed philosophi & eruditi, & apud Persas, Aethiopas, Chaldæos ac Indos ex regia stirpe proceres, quemadmodum id quoq; ex Herodoto clarum est: quiq; in secretioribus philosophiæ & artis Mathematicæ arcanis educati, sagacissimi sympathiæ rerum naturaliū & diuinarum exploratores fuerunt, ex quarum sympathia & antipathia admiranda & vulgo incredibilia opera producebant. Et tales Magi plerīq; veterum poëtarum fuerunt, Orpheus, Musæus, Hesiodus, Homerus, &c. Tales proculdubio etiam fuerunt, qui stella duce ad Christum profecti è Persia venerunt. Et quæ in eam sententiam de Salomone quoq; & Mose prodiderint veteres, leguntur apud Euseb. lib. 8. cap. 2. Ecclesiasticæ historiæ. Plin lib. 30. cap. 1. Iosephum quoq; lib 8. ἀρχαιολογίας cap. 2. & Crinitum lib. 9. cap. 15. ex antiquorum monumentis repetita. De Magia verò incantatrice & diabolica, ac ipsius speciebus & effectibus, vide quæ luculenter scribunt Plinius

Magi quid fuerint apud Persas, Aethiopas Chaldæos ac Indos.

Veteres poëtæ magi.

Magi, qui stella duce ad Christum venerunt.

Salomon magus.

De magia, eiusque speciebus, qui autores præcipuè scripserint.

Plinius libro 30. Peucerus in libro de Diuinationibus, opere erudito, vbi omnes diuinandi formæ luculentissimè exponuntur: & Langius quoque, vir admiranda eruditione, plurimaq; lectione, in Epistolis Medicinalibus, opere erudito, vario, iucundo ac multiplici, maximè verò Epistola 32. Itē 71. & 72. & Cardanus in opere multiscio & laborioso de Rerum varietate, lib. 16. Quid verò incantationes possint, tum alij poëtæ plerique omnes meminerunt, tum maximè Apollonius in Argonautica id docet historia: quemadmodum nos quoque in nostris in eum autorem commentarijs ostendemus.

Incantationes quid possint.

Neandri in Apollonium expositiones.

Infantibus.) Per infantes, omnes eos intelligit, qui sunt dolis & iniurijs obnoxij: quales sunt simplices, pupilli, viduæ, pueruli, &c. quos non lædendos esse præcipit.

Fuge verò.) Id est, omnia illa declinato, quibus tandem bellum solet oriri: seu, bellum aliàs vltrò adesse solet, non opus est id accersere contentionibus & dissidijs. Vide prouerb. Mala vltrò assunt.

Ne malum.) Mali non iuuandi beneficijs, quòd & ea pereant, bonis ea detrahantur, ipsiq; in ocio & improbitate magis confirmentur. Vide prouerb. In aqua sementem facis, In saxis seminas, Arare littus, Harenæ mandas semina, & similia, quib. inane studium significatur.

Labora sudans.) Labor præcipitur, addita ratione: vt proprium acquiramus, ne furemur, aut more parasitastrorum, de aliena viuamus quadra, quòd obijcitur tollentes, contumelijs adhæc affecti. Vide prouerb. Ocium & cibus alienus: item, Viro esurienti necesse est furari. Homines enim nihil agendo, malè agere discunt: quemadmodum rectè se habet sapiens illud M. Catonis oraculum apud Columellam, lib 11. de Re rustica. Et, vulgò dicitur, Ocia dant vitia. item, ἐξ ἀπραξίας πράγματα.

Homines nihil agendo, malè agere discunt.

Est enim in vita.) Eò verò miseriæ peruentum est in his rerum omnium difficultatibus, vt sint plurimi homines boni & laboriosi, qui querantur nihil esse quod faciant.

Nulla enim res.) πόνοι γὰρ τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνες, quemadmodum Cyrus apud Xenophontem id suis occinit militibus, ἐκ τῶν πόνων καὶ τὰ μαλακὰ γίνεσθαι affirmans. Vide prouerb. Dij facientes adiuuant: item, Cum Minerua manum quoq; moue: &, Neq; mel neq; apes: item, Tentantes ad Troiam peruenerunt Græci: ac, Exercitatio potest omnia. Similiter, Manum admouenti fortuna est imploranda: sic, Ni purges & molas, non co-

Labor tranquillæ & iucundæ vitæ autor.

non comedes: &, Qui vitat molam, vitat farinam. τῆς ἀρετῆς (enim) ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, vt Hesiodus rectè scripsit. & hoc loco Phocylides, πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει: id est, virtus & alia bona parantur & crescunt laboribus.

Dij sudorem posuerunt ante virtutem.

μύρμηκες.) Duo exempla addit de apibus & formicis, animalculis & laboriosissimis, quorum exemplo etiam sacræ literæ ad laborem excitare solent. Cæterùm de apibus, ipsarum studio, solertia & mirabili politia, scriptus est totus 4. lib. Georgicorum Virgilij. Aristoteles quoque de ijs plurima prodidit in Animalium historia: item Plinius luculenter pluribus locis, maximè tamen lib. 11. per aliquot capita: Aelianus similiter in sua animantium historia græca, præcipuè lib. 5. Columella de Re rustica lib. 9. & Palladius de Re rustica, non in vno loco. Cardanus quoque de Rerum varietate lib. 7. totam apum historiam succinctè & eruditè perstringit, ex aliorum libris repetitam. Et quis tandem scriptorum non apum interdum meminit? vt Xenophon in Oeconomico, Isocrates in suo Demonico: dum eos quos instruunt, apibus conformes fieri volunt. Quintilianus quoque ipsarum Declamatione 13. longiore etiam narratione meminit. Cum Aratum etiam Solensem duodequadraginta annos nihil aliud egisse constet, quàm vt earum mores tum obseruaret, tum scriptis mandaret: idque eo tempore faceret, cum sexcenti apum scriptores nondum deperditi adhuc extarent: quemadmodum id quoque meminit in sua Animalium historia, opere mirando, laborioso, vario & philologico, Conradus Gesnerus, polyhistor ille meritò suspiciendus. De formicarum quoque ingenio plerique horum scriptorum meminerunt.

Autores qui apum historiã scripserint.

Aratus Solensis duodequadraginta annos impendit apum considerationi.

Sexcenti apum scriptores numerati.

Gesneri animalium historia, opus mirandum & philologicum.

Qui authores de formicis scripserint.

Ne maneas.) Sequuntur nunc præcepta de coniugio, de vxore ducenda, & vitandis omnibus libidinibus & nuptijs incestis, à quibus natura quoque quisque abhorrere debet. De coniugio autem, etiam apud Ethnicos, & eius vsu, multa reuerenter & honestè dicta leguntur. Plato ideo iubet ducere vxorem, vt quisque Deo pro se alium relinquat cultorem. sic enim scribit de Legibus 6. χρὴ τῆς ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας καταλείποντι, ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ' αὑτοῦ παραδιδόναι. Hierocles verò in libro de Nuptijs sic: ὁ μὲν πεῖραν ἐσχηκὼς γαμετῆς γυναικός, καὶ τῶν τέκνων, ἄγευστός ἐστι τῆς ἀληθινωτάτης καὶ γνησίου εὐνοίας. Vt prætereamus tum multas aliorum de coniugio sobrias disputationes, tum quæ maximè ab Aristotele, Xenophonte & Plutarcho ea de re sapienter præcepta sunt.

Ethnicorum de coniugio sententiæ.

Vxor quare ducenda secundum Platonis sententiam.

Hieroclis de nuptijs probatissima sententia.

Laudes coniugij apud Hebræos amplissimæ.

Hebræi verò laudes coniugij amplissimè prosequuntur, in Arba autem Turim libro 3. omnium copiosissimè. Hinc apud eos etiam vulgò iactatæ sunt parœmiæ loco sententiæ istæ: Nihil est bonum nisi mulier: item, Cuicunque non est vxor, is non est homo: & iterum, Qui fructum ex se non edit, assimilatur effusori sanguinum: &, Qui habitat sine vxore, est sine bono, sine benedictione, sine cohabitatione, sine lege & sine pace, &c. Ac huiusmodi multa similia inuenias in Hebræorum commentarijs, quæ quemadmodum in ea lingua sunt dulciora, ita quoque plus feriunt lectores.

Babylonij prostituunt suas vxores.

Cypriæ virgines corporis prostitutione dotem quærunt.

μὴ προαγωγεύσῃς.) Apud gentes quasdam turpissimæ & teterrimæ coniugiorum leges fuerunt, ab ipso diabolo dictatæ: quemadmodum Babylonijs, quarũ mulieribus præceptum lege fuerat, vt ad Veneris templum desidentes, cum externis viris consuetudinem haberent: vt scribit Herodotus libro primo. Et Cypriæ virgines corporis publica prostitutione ad littus maris exeuntes, dotẽ ante nuptias quærebant: quemadmodum suprà ex Iustino lib. 18. indicauimus.

Epicurus nec à matre abstinere iubet.

Alcibiades, Pisistratus, & Nero, Epicuri præceptũ sequuti.

μητέρος.) Epicurus nec à matre abstinere iussit, ipse præco diaboli: quemadmodum scribit Theophilus lib. 2. contra gentes. Quæ item de Alcibiade Atheniensi, illo vndecunque etiam celebrato, recitant Athenæus & Xenophon: de Pisistrato Herodotus: Nerone quoque, portento illo impurissimo, cloaca sathanæ, Pausanias cum Suetonio, in eandem Epicuri sententiam, & de alijs huiusmodi pestibus alij: quis pius posset illa commemorare, sine piarum aurium offensione? Verùm ab his horrendis turpitudinibus etiam bruta animalia abhorrent: vt de camelis scribit Aristoteles, cos οὐκ ἐπιβαίνειν μητέρα.

Cameli non inscendunt matrem.

Coniugium cum sorore quomodo concessum.

Regi si libeat, licet.

Ptolemæus Philadelphus vxorẽ habuit sororẽ Arsinoen.

μηδὲ κασιγνήτης.) Huc pertinent, quæ Herodotus scribit lib. 2. de Persarum rege Cambyse. cui roganti consiliarij respondent se nullam legem inuenire, quæ concedat coniugium cum sorore: sed se aliam legem inuenire, videlicet τῷ βασιλεύοντι περσέων ἐξεῖναι ποιέειν τὰ ἂν βούληται: id est, Persarum regi licere facere quæ vellet. Quemadmodum Caracallæ quoque Cæsari, recusanti incestum, nouerca dicit: Si libeat, licet. Sic sororem duxit Arsinoen Ptolemæus Philadelphus, rex Aegypti aliàs laudatissimus, vtpote Musarum exulum hospes. Quod coniugium cum Sotades poëta hoc ænigmate taxasset, οὐχ᾽ εἰς ὁσίην τρυμαλιὰν ὠθεῖς τὸ κέντρον, in plumbeo vase conclusus, in mare demersus est: authore Athenæo, Plutarcho quoque in παιδαγωγίᾳ.

Neque

Neq; mulier.) Id flagitium sceleratissimum & horribilissimum, etiam Iuuenalis Satyricus in sui temporis diuitibus insectatus est versibus, Satyra 6.

μηδὲ τικοῦσα.) Quemadmodum id veteribus vsitatissimum fuisse, etiam ex Terentio nouimus. Sic exponitur Cyrus infans, rex deinde Persarum factus: vt scribit Herodotus libro primo, quãuis Xenophon de ea expositione nihil prodat. Sic quoque Romulus & Remus fratres expositi, & à lupa educati: vt scribit Plutarchus cum Liuio. Sic Pindarus, Lyricorum ille princeps suauissimus & castissimus, in Bœotia expositus, ab apibus pascitur: vt meminit Dion oratione 65. Alios etiam expositos & infantes, dracones, aues, &c. pauerunt: quemadmodum apud Pausaniam, Aelianum in Varia historia, græcos poëtas & horum interpretes innumera penè exempla leguntur. Quin ipsum quoque Iouem in Ida monte Cretæ expositum sus lactauit: quemadmodum est apud Athenæum lib. 9. seu leones educarunt, vt Oppianus scribit in principio lib. 3. de Venatione.

Exempla expositorum infantum quod veteribus vsitatissimum fuit.

Neq; quu.) Vxorem præcipuè grauidam, non inclementer tractandam: cum non sit mariti famula seu mancipium, sed bonorum socia: ideoque non ex pedibus ipsius, sed latere desumpta.

Lectis turpibus.) Id est, dum sequeris alienos lectos, non seruans datam fidem. *αἰσχυντοῖς*, reuerendis: quasi diceret, in coniugio honestè, & in pace cum vxore viuendum, sine contumelia.

μηδ' αὖ παιδαγόνον.) παιδαγόνον, id est aptum ad generationem, ad coniugium. Id legibus duodecim tabularum etiam cautum fuit, his verbis: Si puerum quis castrauerit, licet preciosiorem fecerit, quadruplum præstato. Fuit verò ea res valdè vsitata veteribus: & mercatores sunt inuenti, qui castrandis adolescentibus, iisque vendẽdis victitarent. quemadmodum apud Herodotum exemplum est memoratu dignissimum, de Hermotimo Sardensi mercatore, & Pannonio eunucho Xerxis lib. 8. Aliud quoque exemplum castrati adolescentis formosi à rege Assyrio, est apud Xenophontem lib. 5. de Pædia Cyri. Ab eunuchis autem regum principumque vxores & liberi custodiebantur. quin ipse quoque Cyrus eos corporis sui custodes constituit, quemadmodum scribit Xenophon: quòd (vt scribit Herodotus lib. 8.) eunuchi preciosiores fuerint apud barbaros, non castratis, in omni genere, fidei gratia.

De consuetudine castrandi adolescẽtes formosos.

Eunuchorũ quis vsus apud veteres.

Eunuchus Neronis Rhodogune.

Et Nero, organum illud electum sathanæ, eunuchum habuit Rhodogunen, muliebri ipsi quoque indito nomine, quem vxoris loco habuit, palàm exclusa priore, qui & amiciebatur vt mulier. Denique magni honores propositi sunt, & immensa pecuniarum copia, si quis illum facere posset mulierem: vt scribit Dion Chrysostomus oratione 21. Meminit quoque Philostratus, si rectè memini, in Iconibus.

Exempla præ amore decumbentium, & tabescentium.

Neq; in amorem.) De insano & furioso amore hæc dicuntur, vbi præ amore homines contabescunt etiam, & decumbũt: qualia ea sunt quæ leguntur de Antiocho Seleuci regis Syriæ filio: item vxore Boëtij, viri Romani & consularis: apud Galenum lib. 1. Prognosticon, itẽ lib. de Prænotione: & Valerium lib. 5. Seu etiam de seipsis crudelius statuunt: qualia apud poëtas, Theocritum & alios, leguntur exempla. Quia verò amor non Deus est, sed affectus perniciosus, & turbatio misera animæ, coërceri facilius ille furor debebat. Non (enim) Deus, vt perhibent, Amor est, sed amaror & error: quemadmodum Mantuanus alicubi scribit in Eclogis.

Amor non deus est, sed amaror & error.

Quisque debet temperare ab alterius coniuge, secundum Platonis etiam præceptum.

Sed dilige tuam.) Idem & Plato præcipit lib 8. de Legibus, cum ait: *μηδένα τολμᾶν, μηδενὸς ἅπτεσθαι, πλὴν γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικός:* hoc est, Nemo debet aliam attingere, præter legitimam suam vxorem. Consimilis locus est in Odyssea Homeri, vbi simile coniugium precatur Vlysses Nausicaæ, Alcinoi regis Phæacum filiæ. Et quæ ex Apollonide referuntur apud Clementem, & Stobæum, hoc loco commemoranda sunt:

Laus summa coniugij amici & concordis.

οὐ χρυσὸς, οὐ τυραννὶς, οὐ πλούτου χλιδὴ
τοσοῦτον εἶχε διαφόρους τὰς ἡδονὰς,
ὡς ἀνδρὸς ἐσθλοῦ καὶ γυναικὸς εὐσεβοῦς
γνώμη δικαία, καὶ φρονοῦσα ταὐτὰ.

Filiæ Scedasi stupratæ a duobus Spartanis adolescentibus.

Violenter puellas.) Quale est celebratum illud, quod Plutarchus scribit de filiabus Scedasi in Leuctricis habitãti, & duobus Spartanis, in Amatorijs narrationibus, in vita etiam Pelopidæ, & Pausanias in Bœoticis, vbi etiam quædam aliter narrantur.

Quid in coniugio spectandum.

μηδὲ γυναῖκα.) Non in coniugio dotes spectandas, sed probitatem, pietatem, & similes virtutes. iuxta præceptum etiam Xenophontis in Oeconomico, *οὐ τοῦτο δεῖ λογίζεσθαι, ὁπότερος ἄρα ἀριθμῷ πλείω συμβέβληται· ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖ εὖ εἰδέναι, ὁπότερος ἂν ἡμῶν βελτίων κοινωνὸς ᾖ.* Vide prouerb. Aequalem tibi vxorem quære. quemadmodum apud Ouidium Deianira quoque consulit,

Si qua voles apte nubere, nube pari.

Seruis

Seruis verò vxori.) Quemadmodum in Plauti Aulularia idem quoq; sentit Megadorus diues, dum ait:

> *Nam quæ indotata est, in potestate est viri:*
> *Dotatæ & damno & malo mactant viros.*

Indotata potius ducenda, quam dotata.

Quod quia pauci considerant, sequuntur Satyricum illud:

> *Protinus ad censum, de moribus vltima fiet Quæstio.——*

Et Plautinum illud: Dum dos sit, nullum vitium vortitur vitio. Puellæ quoq; contrà rectè scriptum putant, quod in versu vetere, qui refertur apud Pollucem lib. 9. dicitur:

ταὶ ἀρεταὶ καὶ ταὶ σοφίαι νικᾶντι χελῶναι. id est, pecunia. antiquitùs enim Peloponnesiorum nomisma insculptam habebat testudinem. Et apud Homerum in Odyss. *π. γήμαιθ᾽ ὅσκεν πλεῖςα πόροι.*

Dos prius quam mores consideratur.
Virtute præditus, sed inops, a puellis spernitur.
Peloponnesiorum numisma quale fuerit.

ἵππους ἢ εὐγενίας.) Eundem locum ijsdem propemodum verbis Theognis quoq; in suis Gnomis exposuit.

μηδὲ γάμῳ.) Polygamiam prohibet hic versus, quæ gentibus fuit vsitatissima, præcipuè regibus & principibus (quēadmodum Cicero alicubi scribit) quorum aliqui trecentas vxores habuisse leguntur, vt est apud Athenæum etiam lib. 13. vbi quoq; hæc Aristotelis verba leguntur, de eodem negocio: *οὐ εἰκὸς εἰς χρῆσιν εἶναι τὸ πλῆθος γυναικῶν, ἀλλ᾽ εἰς γέρας, ἐπεὶ οὐδὲ τὸν πολὺν οἶνον εἰς τὸ μεθύειν παρεσκευάζοντο.* Fuit autem polygamia legibus permissa gentibus, *διὰ σπάνιν τῶν ἀνθρώπων:* quemadmodum ibidem docetur. Laërtius quoq; in vita Socratis, idem similiter prodidit.

Polygamia veteribus vsitatissima.
Veteres reges ad quid tot vxores habuerint.
Polygamia quare permissa gentibus.

Liberis verò tuis.) Id est, non sis ipsius tyrannus, aut carnifex: sed mitis, humanus, placabilis: ita tamen quoq;, ne nimia mansuetudine & indulgentia neruos & vires ipsorum, quemadmodum Quintilianus loquitur, enerues & frangas, & ad vitia ipsorum nimium conniueas. Hebræi patrem אב vocant, ab אָבָה, quod desiderio & studio amicè, honestè & rectè consulendi suis liberis perpetuò flagret, non ipsorum odio ardeat.

Quid pater Hebræis significet.

Castiget filium mater.) Quòd natura matres filiorum amantiores sint quàm patres, leuiusq; ira accendantur, causæ tum notæ sunt, tum exponuntur etiam apud Athenæum & Quintilianum Declamatione 8.

Aut etiam seniores.) Seu præceptores, quòd & ij minus moueantur & turbentur, quàm ipsi parentes, quos liberorum peccata plus irritant & commouent.

μὴ μὲν ἐπ᾽ ἄρσιν.) Apud Lacedæmonios non turpe fuit comam alere, seu capillos gestare prolixos: nec cuilibet id licebat,

Comam alere apud quas gentes honestum fuerit.

cebat, nisi ingenuis: vt sæpè apud Plutarchum id scribitur. Prouerbio etiam apud Suidam ex Aristophanis versiculo idem indicatur: Seruus cum sis, comã geris. Vult autem poëta aliter ornari virum, aliter fœminam: quemadmodum & Xenophon id præcipit in Oeconomico suo. tametsi contrariũ obseruent tum in ornatu, tum alijs rebus multæ gentes. vt Galli quæ mulierum sunt, mulieres verò quæ virorum sunt, faciunt opera: vt Strabo indicat. Et Tibareni, qui populus sunt Asiæ, postquã peperit vxor, ipsi in lecto vbi puerperã quiescere conueniebat positi, ab vxore puerpera mollissimè cibo & balneis, puerperis conducentibus, tractantur: vt est apud Apollonium lib. 2. Argonauticæ historiæ.

Aliter ornetur vir, aliter fœmina.

Alicubi quæ mulierum sunt, viri faciunt, & contra.

Tibarenorum consuetudo in puerperijs.

Pueri verò formosi.) Præcipiunt hi quatuor versus parentibus vt sollicitè liberorum suorum pudicitiam custodiant, præcipuè formosorum. Forma enim etiamsi præclarum Dei donum sit, quemadmodum aliæ res bonæ, plerisq; tamen occasio est faciendi contra pudicitiam.

Cognatis.) Quòd cognati amandi, & cum eis concordia exercenda sit. Vide prouerb. Fratrum inter se iræ sunt acerbissimæ: item, Concordia fulciuntur etiam opes exiguæ.

Reueritor verò canos.) De senibus patris loco habendis & venerandis, quòd sint communes & quasi publici parentes, ij præsertim qui præsunt.

γαςρὸς.) De seruis humaniter tractandis, non contumelia afficiendis, non aspernandis, aut ruderum instar habendis, hi quinque versus præcipiunt. Notus est versus Hesiodi, quem Pitthea auum maternum Thesei semper in ore habuisse, & commendasse scribit Plutarchus in Theseo: *μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔςω.* Da seruo quantum sufficit, *τακτὰ* ordinata, dimensum, Græci *χοίνικα* vocabant (de quo in prouerbio, Chœnici ne insideas) *ἵνα τοι καταθύμιος εἴη*, vt tibi faciat omnia secundum animi tui sententiam: vt seruum, non hostem habeas, quemadmodum in prouerb. dicitur, Totidem hostes, quot seruos habemus.

Quem versum Hesiodi celebrarit Pittheus, auus maternus Thesei.

ςίγματα.) Vult cum modo puniri seruum delinquentem, non ludibrij aut contumeliæ gratia stigmatis vultum ipsius inuri, quod veteribus vulgatissimũ fuit seruorum ac mancipiorum supplicium: quemadmodum Atheniensium mancipia publica nota notabãtur, vt scribit Xenophon in lib. de vectigalibus. Captiui quoq; cauterio signabantur: quemadmodum Samij captiuis Atheniensibus noctuam in frontibus inusserunt: cum ante quoq; Athenienses Samiorum captiuis

Vulgatum seruorũ supplicium veteribus quod?

Atheniensium mancipia publica nota notabantur.

Captiuorũ frontibus signa inurebantur.

samænam,

samænam, hoc est, nauim inussissent: quemadmodum id scribunt Plutarchus in Pericle. & Aelianus lib.2. Variæ historiæ. Flagitiosis quoq; notæ inscribebātur & literæ, quemadmodum Seneca commeminit de Philippo Macedone, qui militis naufragi, & ingrati deinde hospiti rustico, qui eum amicè exanimem & miserū fouerat, fronti iussit inscribi, HOSPES INGRATVS. lib.5. de beneficijs. Quinetiam Thraciæ genti nobilitatis loco censebatur, prætulisse frontem notatā punctis, vt autor est Herodotus: quæ quia literarum formam quandoq; ostentarent, non stigmatici modò, seu stigmatiæ eiusmodi inusti, sed & literati dicebantur, & inscripti. Vnde inscriptos vultus apud Plin lib.18.ca.13. Vide prouerb. Samij literati: item, Samij mores: &, Thraciæ notæ. Cæterùm de seruis quo loco sint habendi, multa rectè quoq; præcipiuntur à Platone lib.6. de Legibus. Apud Athenæū quoq; lib.6. Macrobiū in Saturnalib. lib.1. cap 11. plurima plurib. de seruis dicuntur. Vide etiam prouerb. Nullum ociū seruis: itē, Omnis herus seruo monosyllabus: &, Sale emptum mancipium.

Flagitiosis notæ & literæ insculpebantur in facie.

Alicubi nobilitatis loco habebatur, præferre frontem notatam stigmatibus.

De autoribus qui monent, quomodo serui sint habendi.

Maledictis incessans.) Vel præcipit hoc alijs, ne seruum, quia seruus est abiectæ & contemptæ conditionis, sine causa deferant apud eum cui seruit, vt plagis afficiatur. Vel, ne dominus ipsum conuicijs laceret, & accuset apud magistratum, tantum vt miserum eo magis exerceat.

Accipe consilium.) Nullius consilium aspernandum. Vide prouerb. Rusticanum oratorem ne contempseris: item, Sæpè etiam est olitor valde opportuna locutus.

Castitas animæ tuæ.) Id est, Si ad hæc præcepta viues quæ tibi præscripsi, & animam & corpus purum seruabis ab omnibus peccatis & turpibus. Is enim finis doctrinæ de moribus, ac deniq; totius philosophiæ esse debet, vt homines honestatis & æquitatis amantes faciat, vt honestis & bonis lætentur, turpibus verò augeantur: qualem se puerum effecturum respondit, quem erudiendum susceperat, Laconicus ille apud Plutarchum præceptor.

Finis doctrinæ de moribus ac totius philosophiæ quis.

Præcepta.) Arcana autem ea vocat, quòd non passim omnibus talia præcepta nota sint, sine præceptore siue mysta.

περίδρομος.) Germani dicunt, Sie tregt das Heilthum herumb/ist haußhältig/ist selbs Magd. Notæ autē sunt voces prouerbiales, Frons occipitio prior: apud Catonem de Re rustica lib.1. cap.4. item Plinium, Frons domini plus prodest quàm occipitium: libro 18. capite 5. Et eiusdem libri capite sexto: Fertilissimum in agro oculus domini Et Aristotelem libro

Veterum aliquot oracula, quod domini præsentia plurimum semper prosit.

lem libro primo Oeconomicorum,& Plutarchum in Pædagogia,Xenophontem etiam in Oeconomico, si non fallor: ἵππον πιαίνει δεσπότου ὀφθαλμός. Et iterum ibidem: κόπρος ἀρίστη τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνια. Et Germanorum vetera & vera ista, Selbst ist der Mann. Et, Wer nicht zusihet / dem nimmer kein gut geschiehet. Non enim satis feliciter solent procedere, quæ oculis agas alienis: quemadmodum peruenustè dixit Liuius.

Agricultura aliarum artiũ mater & nutrix.

Indigens opibus.) Sunt commendatio agriculturæ, quam rectè quispiam (vt est apud Xenophontem in Oeconomico) vocauit τὴν ἄλλων τεχνῶν μητέρα καὶ τροφόν· εὖ μὲν γὰρ φερομένης τῆς γεωργίας, ἔῤῥωνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι ἅπασαι. ὅπου δ' ἂν ἀναγκασθῇ ἡ γῆ χερσεύειν, ἀποσβέννυνται καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι σχεδόν τι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.

Veterũ reges & principes agricolæ.

Hinc veteres non priuatos modò, sed reges & principes, agriculturæ studiosissimos fuisse legimus: quemadmodum ibidem Xenophon scribit de Cyro Persarum rege. Cicero quoque in Officijs, de multis heroibus agricolis idem testatur: Homerus de sene Laërte, Vlyssis patre: & Plutarchus cum Plinio, de suis Romanis principibus, qui vbi de causa vbertatis agrorum eius temporis inquirit, sic scribit: Quænam tantæ vbertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus Imperatorũ colebantur agri: vt fas est credere, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore. siue illi eadem cura semina tractabant, qua bella: eademque diligentia arua disponebant, qua castra. siue honestis manibus omnia lætius proueniunt, quoniam & curiosius fiunt. lib. 18. cap. 3.

Quare olim agri fertiliores fuerint quam nunc sunt.

Honestis manibus omnia lætius proueniunt.

Plurimos nobiles.) Idem docet, quod versus Horatij:

Et genus & formam regina pecunia donat. Et iterum:

Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.

IN PYTHAGORAE ET PHOCYLIDAE CARMINA, OBSERVATIONUM FINIS.

INDEX

IN PYTHAGORAE ET PHOCYLIDAE CARMINA, ET NEANDRI Annotationes

INDEX.

A.

ABortus grauidis cauendus 45
in Accusationib. audienda etiam altera pars 51.52
Adulatores cauendi 39
de Adulatoribus, ipsorum ingenio, moribus atq; nominibus 88.89
Aduena pari ciuibus honore digni. 35
Aduerbia cum articulis, pro nominibus 63
Aeneas Platonicus 11
Aequale diuturnum & stabile 94 (41
Aequabitas in omnib. optima
Aequalitas nō parit bellū 94
Aeschinis facundia 54
Aesopi fabellæ edisci à pueris solitæ 11
Aesopū nullū vnquā fuisse 55
an fuerit, dubium 84
Aetas fluxa 66
de Aetna carmen, an sit Virgilij 81
Affectus corrigendi 35
Affectus etiā pro dijs culti 70
Affectus rationi vt obtemperēt, philosophia summa 71
Agapeti parænetica sententia 10
Ager, copiæ cornu 49
Agri emolumenta ibid.
Agri quare olim fertiliores fuerint, quàm nūc sunt 104
Agricultura aliarum artium mater & nutrix ibid.
Agricultura cōmendatio. ibi.
Agricultura studiosi apud veteres, etiā reges & principes. ibid. (quale 18
Alcameni redditū oraculum
Alcibiadis incestus 98
Alexander M. alterā aurem reo seruare solitus 81
Alexandri M. de non excoriandis subditis apophthegma 88
Alexandri Seueri dictum 21
Altera etiā pars audienda ib.
Amalthea capra 48 (85
Ambitio malorum causa 84.
Amicitias silentio dirimi 20
Amici vitia noris, non oderis
Amici qui faciendi 27 (71
Amici quidam potus cibiq; causa 39
Amor nō deus, sed amaror et error. 100 cæcus affectus 45 (37
Amor turpis aut honestus qui
pra Amore decumbentiū & tabescentiū exempla 100
Anacharsidis dictum 83
scripta 13
Anacreon quo tempore floruerit. 24
Anima immortalis 39
Animæ immortalitatē principio omnes saniores ethnicos docuisse. 78.79
& qualiter ea à veteribus asserta 92
Anima in mortuis incorrupta 39
Animarum gubernator Deus ibid.
Animus, Dei radius 78
Anthologici & ἀνθολογίας titulo editi à Neandro libelli 11
Antigoni ad vetulā, felicem se prædicātē, respōsum 86
Antiochi regis amor 100
Aoristi secundi vsus pro futuro 41 (studiū 43
Apis industria & laborandi
Apum historia à quib. descripta 97
Apitij Romani luxus 74
interitus ibid.
Apollinis oraculum de animæ immortalitate, & quòd ea vitæ domina sit 79
Apollinis oracula quanti habita veteribus 17
Apollinis templi vestibulo inscriptum carmē quale 73
Apollini etiam vsurpati, Hesiodi, Phocylidæ, &c. versus 17
Apollinem Homero dictasse sua carmina 80.81
Apollonius à Neandro expositus. 96 (tiones 23
Apollonij Tyanæi peregrinaApostolis quid potiss. studio fuerit 15
Appion Grammaticus Homeri manes ab inferis euocat in colloquium 82
Aqua intractabilis 39
Aquā cribro hausisse Tutiam

virg. Vestalem 82
Aquas veneno inficientium exempla 95
Arati carminis principiũ 76
Aratũ Solẽsem XXXVIII. annos impendisse apum considerationi 97
Arboreis fructibus quondam homines victitasse ante vsum frumenti 36
Arcanum continendum 33
Arcana pracepta 103
Archaologium Neandri 36
ἀργὴς, ἀργίπους 40
Argus canis Vlyssis ibid.
Aristologia titulo confecti à Neandro libelli 11 (10
Aristotelis de virtutib. libellus
Aristotelis Elegia 13
Arsenius Monẽbasia archiep. 13 (pta 98
Arsinoe Ptolemao fratri nude Artib. indicẽt artifices 88
ἄρουρα, ἀροῦν, ἄρος 42
Asinini lactis balneo vsa Poppea 74
Assiduitatẽ nihil nõ posse 20
Astrologia quãtũ tribuẽdũ 77
ἀταῦαλον, αταῦαλία 93
Athenagoras 11
Athenai Dipnosophista, cornucopia 48
Athenai locus 50
Atheniensibus captiuis noctua frõtib. inusta a Samijs 102. 103 (nesius. 92
Atheus philosophus Proco-
ἄδευκτος 74
ἄφρατον 43
Auaritia hominibus malorum causa 18. 34 omniu iniustitia mater 35
Audacia nimia ibid.
Aues non simul omnes è nido auferenda 37
Augustinus Steuchus 16
Augustini librorum de ciuitate Dei prastantia 48
Aureum pro pretioso 26
Aurea carmina Pythagora, quale scriptum 24 cur sic dicta 26
Aure altera seruanda reo 81
Aurum qua mala comitentur in Aurũ inuectiua 35 (85
Aurum, malorũ dux, vita pe-
αὐθαίρετα 77 (stis 35
αὐτόχυτος 39
αὐτὸς ἔφα 76
Axiochus Platonis liber an γνήσιος 93 (64
Axiochi Platonis argumẽtum

B.

Babyloniorum mulieres publicè prostitui solita 98
Basilius cur Magnus dictus 10 cur varius ethnicorum testimonijs vsus 53
Basilij M. Moralium summarum liber 10 (ibid.
Basily imperatoris paraneses
Bellum non accersendum 96
Ben Syra sententia 8
Benefactores beneficijs vincendi 88. 37
Beneficium asperè datũ, panis lapidosus 83 (los 41. 96
Beneficiũ nõ cõferendũ in ma
Beneficiũ tardũ ingratũ 87
Biblia serius in Graecũ translata 80
Bibliandri liber de Ratione communium omnium linguarũ 8
βιοφθίγε 34 (guarũ 8
Bis dat, qui citò dat 87
Boëtij vxoris amor 100
Bona omnia parari laboribus 96. 97 (na 35
Bonarum rerum imitatio bo-
Boni viri officium 75
Bonum virũ quomodo Deus sibi praparet 72
Bonum virum vtramq; fortunam rectè ferre 92
Bonorum apud veteres pracipua, eorumq; ordo 73
Bonis rarò mala accidere 72
Bonos post hanc vitam in calo versaturos ibid.
Bouem aratorem cur veteres non mactarint 94
βρέφος 44
βρυτὸν 80
Bruma vnde dicta 44
Bruta pro dijs culta 70

C.

Cacus ducẽdus 33 (luit. 35
Cades etiã iusta manum pol-
Calattis nullus deus cultus 70
Calanus Indus 91
in Calecutia diabolũ coli pro deo 70 (72. 75
Calumnijs ne perturbemur
Cambysa incestus 98
Camelos ab incestu abhorrere. ibid. (45
Capilli pueris non crispandi
Captiui cauterio signari soliti 102
Caracalla incestũ recusanti, quid respõsũ a nouerca 98
Caro vel putrida, vel à feris adesa, nõ vendenda, nec ad edendũ apponenda 95
Carnium vsum cur Pythagoras prohibuerit 78

Cardani de Rerum varietate libri 48. 96
Carpatij episcopi κεφάλαια parænetica 9 (da 82
Castitas in omni vita seruan-
Castrandi adolescentes formosos mos apud veteres 99
interdictus duodecim Tabularum legibus ibid.
Catinus argenteus liber 8
Cato quomodo eruditus euaserit 75
Catonis apophthegma 96
Catonis Distich[a], & Valla de ijsdem iudicium 21
Causæ arcanæ cur ethnicis vocatæ, & quæ 72
Cebetis tabula 57
Celij Rhodigini Antiquarum lectionum præstantia 48
Celtiberis innominatus deus cultus 70
quæ Certa, sequenda 21
χαριγλωτίζοντες 88
χεὶρ χεῖρα νίζει 64
χιλιῶναι nummisma 101
Chilonis Lacedæmonij elegia
χοῖνιξ 102 (12
χρεὼν 28
χρυσὸς 87. 88
χρυσολόγοι 89
Christomystes 80
Christus, fons omnis sapientiæ, quali docendi ratione vsus maximè 15
Chrysippi iustitiæ imago 81
χρυσοῦς aureus vnde dictū 26
Chrysostomus cur rarius ethnicorū testimonijs vsus 53
Cibum apud Homerum à sacrificijs auspicantur 76
Ciceronis peregrinationes 23
Ciuitas quomodo felix esse possit, oraculum 18
Cleōbroti Ambraciotæ mors
Cleopatræ luxus 74 (90
Cœlibatus inglorius 43
Cognati amandi 102
honorandi 27
Colchi suos mortuos ab arborib. suspendere soliti 90
Comā alere apud quas gētes honestū fuerit 101 102
Communio Platonica 84
Conatus exitiosus qui 37
Concordiæ studendum 84
Condimentorū optimū ignis 64 (lam summa 100
Coniugij amici & concordis
Coniugio concordi nihil dulcius 45 (tentia 97
de Coniugio, ethnicorum sen-
in Coniugio honestè viuendum 99 (100
in Coniugio quid spectandum
à Coniuge alterius abstinendum 100
Coniugiorum leges quædam apud gētes turpissimæ 98
Conscientia etiam metuenda mali quid facturo 71
Consentientes improbis sæpe vnà perire 41
Consilium malum ipsis consultoribus plerunq; pessimum 19. 20 (20 103
Consiliū nullius aspernandum
Consilio melius vincere quàm iracundia 87
Consultandum ante opus 29
Continentiæ cōmendatio 71
Cōuiuari veteres nō soliti, nisi dijs prius placatis 76
in Conuiuio quæ agenda 30
Cor à lingua ne dissentiat 35
P. Cornel. Scipio 65
Corpus hominum è terra, in puluerem redire 39
Corpus in terram verti, spiritum alta petere 91
Cretes semper mendaces 21
Crœsi in vinculis exitus 83
Crœso redditū oraculū quale 18 (goras 23
Crotone commoratus Pytha-
Crucis bonorū causas ethnici quia ignorāt, arcanas vocāt
Curia, messis aurea 81 (72
Curiositas γλυκόπικρος 73
Cylindrus, κυλινδεῖν 29
Cypris cur dicta Venus 36
Cypri virgines prostitutione sui dotalem pecuniam parare solitæ 36. 98 (104
Cyrus agriculturæ studiosus
Cyrus diē semper à dijs, ipsorumq; laudibus auspicari solitus 76
Cyrus infans expositus 99
Cyri mors calamitosa 83

D.

Dæmones veterib. Genij 50. (51
δᾶε, δάε 46
δῆλε 28
Deliberandum diu 73
Delphici templi forib. inscripta septem Sapientū sententia 14. 46 (eruerit 91
Democritus cur sibijpsi oculos
Demosthenes seipsū cur necarit 91 (inuentum 55
Demōstratiuum genus à quo
Deus ante omnia inuocandus 75. 76 inprimis colendus 33 (rerum omnium 69
Deus initium, finis & mediū

 Deus

Deus innominatus Celtiberis cultus. 70
Deus nō est malorū autor 77
Deus verus quo nomine 18
Deus vnus sapiens, potens, et perfectè felix 35
Deus volēs benefacere vrbi, dat bonos viros: malè verò, aufert eosdem 87
Dei exemplum homo 78
Dei genus homines sumus 78
Dei in omnibus & ante omnia ratio habenda 19
à Dei inuocatione & cultu res omnes semper exordienda 20
Dei verbum hominis arbitrio & volūtati praeferendū 71
Deo inseruiēdū pro virib. 89
de Deo vno testimonium Pythagorae 30
sine Deo nihil homines posse 76
Dij gentilium, cum eorum ope est opus, non sunt domi, vel dormiūt, &c. 70
Dij gentium ex hominibus facti 69. 70
innumeri, & quales 70
Dij gentium variè culti 69
Dij inprimis colendi 27. 81
secundum legem & verbū ipsorū colendi 70. 71
Deorum auxilio homines omnes egere 77
Deorum gentilium triginta milia Hesiodo 70
Deorum ignotorum ara Athenis ibid.
de Deorum cognominib. Lilij Gyraldi doctiß. liber 36
à Deorum cultu, res omnes exordiendae 69
Dijs gentium etiam homines mactati 69
Dijs conuiciati ferè omnes malè perierunt 92 eorumq́; exempla ibid.
inter Deos nulla inuidia, aut contentio 37
cum Dijs colloqui se cur veteres sapientes finxerint 76 (Deo coli 70
Diabolum in Calecutia pro
Diem veteres semper à sacris & deorum laudibus auspicari soliti 76
Dimensum 102
Dimidium plus toto, quid 16
Dionis Chrysostomi oratio de Regno 57
Doceat, qui didicit 88
Doctrinae de moribus finis quis esse debeat 103
Dodonaei oraculi responsum Atheniensib. datū de supplicibus, exulib. &c. 18
Domini praesentiā plurimum prodesse, multis apud veteres oraculis testatū 103. 104 (vsi 29. 42
Dorica dialecto qui potißimū
Dormientibus poenam minatus oraculo Deus 19
Dormituro, prius opera diei reputanda 29
δός τι, καὶ λάζε τε 64
Dos virginibus prostitutione sui parari apud Cyprios solita 36. 98
Deteus prius quàm mores spectari in ducenda vxore 100. 101
Dosones 89
Draconis legislatoris scripta, siue ὑποθῆκαι 12
Dromoclidis dictum 81
Duodecim tabularum leges, bibliotheca omnium philosophorum 82
E.
Ebrij de rebus grauißimis cōsultantes 20
Ecclesia subiecta cruci 72
Egenti mox succurrendū 33
ἔμβρυον 44
Empedoclis opinio de genijs vnicuiq; homini attributis 43
ἐν pro ἐνεστι 38
ἐνήλυδες 34
ἔφυ pro ἐστί 35
Epicharmus comicus, eiusq́; scriptorum interitus 57
Epicharmi dictum 31. 64. 91
de nō temerè credēdo 87
Epicteti enchiridion 10
Epicurus diaboli praeco 98
Epidaurus, & templi ibidem Apollinis inscriptio 17. 46
Epigrammatum Graecorum liber 16
Epimenidis de Oraculis liber 21 eiusdem versus à D. Paulo citatus ibid.
ἐπίμετρον 33
Equi incantationibus in rabiem acti 82
Erasmus ter maximus 13
Erasmi Chiliadum praestantia 48
Erranti viam non monstrare, etiam Athenis execrabile habitum 94
Errantem hominem non auersandum. 41

ἐπάγυμα

ἐπίτομα 32
Ethnici crucis honorum causas quia ignorant, arcanas appellarunt 72
Ethnici scriptores historiæ de Christo & veri Dei ignari 80
Ethnici vnde sumpserint, quæ bene & rectè dixerūt 80
Euclionis sordities 74
Eunuchorum vsus apud veteres quis 99
Euphorbi mollicies 45
Euripidis peregrinatio 23
Eusebij Chronica latinè tantum hactenus extare 24
Exactor 87. 88
Excessus noxius 37
Excessus vitiosi, nec bona cōmoditas mortalibus 35
Execrabilis 82
Exponere infantes vsitatissimum veteribus, eiusq; exempla 99
Extemporalis facundiæ exempla, & inuentores 54
Exules amicè tractandi 18
recipiendi 33
de Exulib. crebra apud Homerum mentio 83
F.
Fabarum esum cur Pythagoras suis interdixerit 78
Factum fieri infectum non (posse 35. 86
Fatum 28
Felicitas humana instabilis
Felicitas, prauitas 59 (33
à Feris adesa caro non proponenda in cibo 41
Fides seruanda 33
etiam hosti 94
Flagitiosis notæ inuri in faciè solita 102
Fontes corrumpentium exempla 95
Forma puellarum difficilis custoditu 47
Forma occasio sæpè lædendæ pudicitiæ 102
Formicarum industria, & laborandi studium 13
de Formicis qui authores præcipuè scripserint 97
Fortuna leuis & inconstans 20. 83. 84. 72
Fortunæ sorores 77
Fortunam suos cuiq; mores fingere ibid.
Frontem stigmatibus notatā præferre, nobilitatis loco habitū Thracibus 103
Frugalitatis cōmendatio 74
Fur execrabilis 33
Fures magni, tutiores 21
Furtiuum depositum non recipiendum 41
G.
Galenus cur nunquam de venenis scribere voluerit 95
Galenus medicorum coryphæus 52
Galeni peregrinationes 23
Galenum in suis lib. Mosis & Christi meminisse 80
apud Gallos, mulieres virorum officia, & viros mulierum obire 102
Gemisti Plethonis de virtutibus libellus 10
Genij bini singulis à natiuitate attributi 50. 51
contra Gētes qui ex veterib. theologis scripserint 51
Con. Gesneri Animalium historia, admirandū opus 97
Glaciei ad æstatem pro vini refrigerio conseruandæ ratio & vsus 61
Gladij vsus 33
Glauci Spartani periuri interitus. 82 eidem quale redditum oraculum 17
γλωσσογράφοι 88
Gnomologia Neandri ex Latinorum poëtarum sententijs confecta 22 item philosophorum, historicorum & oratorum ibid.
Gnomologiarum titulo inscripti à Neandro libelli 11
Gnomologia latina 22
Gnomologiæ præcipua veterum sapientia 82. 83
Gnomologiam absolutam paraturo qui autores euoluendi 53
Gorgias Leontinus 64 eiusdem extemporalis facundia 54 Helenæ encomium. ibid.
Græci scriptores veteres Hebræorum fures 51
Græcorum superstitio 70
Græcos sua ex Hebræorum fontibus hausisse 21
Grāmatici, & poëtarum interpretes præcipui 52. 53
Grauidis parcendum 45
Gyraldi de Hercule syntagma 59
H.
Hadriani Iunij Animaduersorum thesaurus 74
Hannibal seipsum cur necarit 91
Hauoda Zara liber ibid.

Hebræi scriptores coniugij patroni præcipui 97. 98
Hebræorum quinquaginta sententiæ liber 8
Hebræorum veterum docendi ratio 15 (ter 8
Hebraica lingua aliarum ma-
Hectoris cadauer à Priamo ad sepulturã redemtũ 90
Hecuba querela de rerũ humanarum incõstantia 72
Helena nunquã Troiam abducta 55
Helenæ encomium Gorgiæ et Isocratis 54
Heliæ dictum de mundi duratione 19 (um 61. 74
Heliogabalus luxus mancipi-
Hercules Xenophonticus, à Neandro quoq; expositus 25 (luptate cõgressus 57
Herculis cum virtute & vo-
Herculis parentes, & qui præcipuè de eius rebus scripserint 59
Herculi apud Dionẽ Basileis & Tyrannis oblata 57
Hermon Clazomenius 92
Herodotus historiæ parens 17. 27
Heroes colendi 29 pro dijs culti & inuocati 70 vnde dicti 69. 70
Hesiodus sententiarius, Musarum sacerdos 11
Hesiodi dij triginta M. 70
Hesiodi locus 94
Hesiodi sententiæ edisci à pueris solitæ 11 versus inter oracula relatus 17 frequentiss. Pytheo vsurpatus 82. 83. 102
Hieremiæ prophetæ nepotis sententia 8
Hieroclis commentaria in aurea Pythagoræ carmina 75 (tia 97
Hieroclis de nuptijs senten-
D. Hieronymi peregrinationes 23
Hippocratis, de conseruantibus sanitatem, sententia 71 (latini 52
Historici præcipui græci &
Homerus, poëtarum rex 27
Homeri manes ab inferis reuocati in colloquium ab Appione grammatico 82
Homeri poëmata in solennibus cõgressibus publicè recitari atq; edisci solita 12
Homero carmina sua dictasse Apollinem 80. 81
Homericæ poëseos autorem quidam Solonem Salaminium faciunt 12
Homo Dei exemplum 78
Hominis arma, sermo & sapientia 92
Homini omnia expectãda 76
Hominem ad calamitates nasci 93 (soli erecti 67
Homines cur inter animãtia
Homines dijs gentilium mactati 69 exempla ibid.
Homines omnes ad mala procliues 47
Hominum epitheta, miseriã & ærumnas indicãtia 76
Hominum origo diuina 31
Homines Dei genus esse 78
Homines omnes deorum auxilio egere 97
Homicidium, etiam licitum, horribile 84
Honesta & bona à teneris imbibenda 50
Hordeum & triticum opt. Plutus 21
Horæ, Prodici liber 54
Hospes ingratus quali supplicio à Philippo rege mulctatus 103
de Hospitibus cur tam crebra apud Homerũ mentio 83
Hospites amicè tractandi 18. 37
Hosti etiã seruanda fides 94
Hostem amicum reddere studendum 41
Humani generis præ alijs animantib. excellentia 67

I.

Iamblichus philosophus 23
Iesu Syracidæ πανάρετον 9
Ignis intractabilis 39
Ignis optimũ cõdimentũ 64
Imbecillitas nostra cognoscenda 85
Imitatio bona aut mala quæ 35 (dum 37
Imperiti iudicium auersan-
Impiorũ interitus exẽpla 92
Improbus vir nõ tuendus 41
Incãtatione etiam feminæ ex agris auerti 82 equi in rabiem acti ibid.
Incãtationes quid possint 96
Incestus cauendus 45
ab Incestu abhorrere etiam bruta animalia, & eiusdẽ exempla aliquot 98
Indulgentia nimia pueros corrumpi 101
Infantes non exponendi 45 non lædendi 96

Inimi-

Infinitiuus pro imperatiuo 27. 33.
Inimicis etiam benefacien- (dum 94
Iniuria iure propellenda 37
Iniuriam pati quàm inferre satius 16
ab Iniuria abstinendum 33
Iniuriæ non repellendæ iniu- (rijs 87
Insania quid 34
Inscripti vultus 93 (90. 91
Interficientiū seipsos exēpla
Inuidia abstinendum 37
inuidia cauenda 29
Ioach. Camerarij de ratione conseruandæ valetudinis versiculi 73 (ciuales 96
Ioan. Langi Epistolæ Medi-
Ioan. Reuchlinus 8
Ira cohercenda 35
frenanda 86
Iræ dominandum 27
Ira quomodo iracundiam pariat 35
Isocratis ad Nicoclem præcecepta 10 item ad Demonicum ibid. (54
Isocratis encomium Helenæ
Italica vrbs 65 (gema 95
Iubæ regis sceleratum strata-
Iudicare tum demum homines, cum peccati pœnitet 74 (recipiendum 37
Iudicium imperitorum non
Iudicium iustè faciendum 33
Iudicum statuæ apud Thebanos, quales 81
Iugurtha fontes & pabula veneno corrumpit 95
Iumentum hostis etiam, si ceciderit, alleuandum 41
Iumenta, veterum opes ibid.
Iupiter infans expositus, à sue & leonib. educatus 99
Iouis in Creta simulachrum absq; auribus 81
Ioues trecenti Varronis 70
Iurare quomodo soliti philosophi veteres 75
Iusiurādum venerandum 27
Iusticia exercenda ibid.
Iusticia virtutum summa 21
Iusticiæ imago ex Chrysippo
Iuuenum officium 20 (81
Iuuentutis commune vitium garrulitatē quomodo coër cere veteres conati 15

K.

κάλλος 46
καθύπερθεν 30
κυρσδομοῦσα 42
κνισσοκόλακες 88
κνισσόλοιχοι ibid.
κέρυμβος 45
κριτὴ 42 (ctum 41
κτῆνος *iumentum vnde di-*

L.

Labor tranquillæ & iucundæ vitæ autor 96. 97
Laborare volenti non defuturum opus 43
Laboris commendatio ibid.
Labori incumbendum ibid.
Laborib. omnia nobis dij vendunt 57. 61
ad Labores exhortatio, Apollinis versu ex Phocylide vsurpato 17 (103
Laconici præceptoris dictum
Lactu asinini balneo vsa Poppea 74 (la 104
Laertes Vlyssis pater agrico-
Lapides pro dijs culti 70
Lapsus humanæ vitæ omnis in tribus consistit 74. 75
Lapso manus porrigenda 33
Latinos sua pleraq; ex Græcorum fontibus hausisse 21 (cissimum 63
Laudes suas audire lōgè dul- μιλλασίαι 34
Lex naturæ idem quod recta ratio 31 (71
Lex summi Iouis recta ratio
Liberorum pudicitia sollicitè custodienda 102
Libidines cauendæ 33
Libra in ponderando non impellenda ibid.
Ligone fodiendum ei qui nullam artem didicit 41
Ligtastadu cognomen 13
Lilij Gyraldi de dijs gentium liber 36 eiusdem symbola Pythagoræ 23
Lis fugienda 41
Lis litem gignit 37
Literati, pro literis fronti inustis signati 103
Locuples propriè quis 41
λόγος, *ratio, vnde dicta 71*
Logothetæ Magni sententiosæ obseruationes 11
de Loquentibus aliud, aliud sentientibus, versiculi Homeri 85
Luciani C L X X. opuscula 52 eiusdem Menippus à Neandro expositus 45
Luxuriei dominandum 27
Luxus nimius vitandus, eiusque exempla 35. 74

M.

De Magia incantatrice qui potiss. scripserint 95. 96
Magia nomen olim non infame 95

Magi

Magi qui fuerint apud Persas, Aethiopas, Chaldaeos & Indos 95
Magi, qui stella duce ad Christum venere, quales ibid.
à Magicis libris abstinendum 41. 95 (obnoxia 86
Magna magnis calamitatib.
μαινόμενον mel 43
Malefici auersandi 41
Malum bene conditum non mouendum 18
Mala ineuitabilia patienter ferenda 72
Malis nõ benefaciendum 96
Malorum autorem non esse Deum 77
Malos post hanc vitam apud inferos versaturos 72
Mancipia apud Athenienses publica nota notari solita 102
Manus manum fricat 64
Manus infantum non cõprehendenda violenter 41
Manus non temerè cuiuis inferenda 41
Manibus honestis omnia prouenire laetius 104
Marci heremitae ἀποθέγματα 9
Matris incestus Epicuro etiã probatus 98
Matres filiorum amantiores natura, quàm patres 101
Mausoleum Cariae 54
Maximi de Charitate centuria 9 (da 74
Medicorum loco tria habenda
Medicorum principes Galenus & Hippocrates 52
Media vita tutissima 86
in Medio cuiq; manendum, extrema fugienda 84
Mediocriũ cõditio optima 50
Mel in Sardinia amarũ 43
Mellis variae species ibid.
μέλισσα vnde dicta ibid.
μέναν δρος virgo Graecis dicta cur 46
Mendacia aliorum quomodo ferenda 27
Mendacia cauenda 33
Mendico statim dandum 33
de Mendicis cur tam crebra apud Homerũ mentio 83
μῆνις 34
Mens in lingua habenda 33
Mensipeta 88. 89
Mensurae iustae tribuendae 33
Mercenario soluenda merces μισθὸν vnde 76 (ibid.
μάγειν 84
Milo Crotoniata 23
Mimnermus Smyrnaei scripta 13 (bibenda 33
Misericordia erga inopes exhibenda 33
Mithridates aquas veneno corrupit 95
Mnesarchus Pythagorae pater 23 (σωφροσύνη 36
Moderatio, modestia, σωφρο-
Modus in omnibus bonus 33
in omnib. optimus 33. 35. 37 seruandus 87
Modus quid ibid.
Mollicies & corpori & animo noxia 57
Mores cuiq; sui fortunam fingunt 77
de Moribus doctrinam cur veteres breuibus sentẽtijs plerunq; includere soliti 7. 14. 15
Moriendum omnibus 71
subinde Pindarum inculcare 91
Morientes nihil secum huius vitae auferre 51
Mors vitae tantum commutatio, non interitus, etiam veteribus existimata 90
Morti nullum remedium inuentum 92. 93
Morti templa dicata 70
Mortem aequare quos pecunia separauit 91
post Mortem bonis benè, malis male futurum, ethnicorum etiam saniorum sententia 71. 72
Mortui omnes pares 39. 91
Mortuorum corpus in puluerẽ abire, spiritum aethera suscipere 39
Mortuorum reliquiae non violandae ibid.
cum Mortuis nefanda peragentium exempla 90
de Mortuis sepeliendis praeceptum 89
Moses magus 95
Mulierum genus ex quibus factum 49
Mulierum officia alicubi à viris obiri, & contrà 102
de Mundi duratione versus oracularis 19
Munera placere & deos & homines. 20
μυχός, μύω, μῦς, μυστήριον 43
μυσταγωγός 30
μυστήριον 46

N.

ναὶ μὰ 28
Naturae humanae prauitas 77
Nauem sapientia agi, non valentia

valentia 93
Naufragorum miserandũ 33
de Naufragis crebra apud Homerum mentio 83
Nauigantes quantum à morte distent ibid.
Nauigatio dubia 33
Naumachij scripta 13
Nazianzenus per excellentiam Theologus dictus 9 eiusdem Carminum liber. ibid. cur rarius ethnicorum testimonijs vsus 53
Nazianzeni Sanctimonia & Tẽperantia colloquiĩ 57
Neandri Archaeologium 36 eiusdem Gnomologia ex Latinorum poëtarum sententijs confecta 22 item ex philosophorum Latinorum, historicorum & oratorum sententijs. ibid. nondum edita 22
Neandri in Apollonium Annotationes 96 item Pindarus Graecolatinus eiusdẽ 42 item in Theocritum Annotationes 41. 42. 63. 82 in Theognidem 85
Neandri libelli aliquot Sententiarij editi hactenus & posthac edendi 11
Necessitati parendum 92
Nemo est qui non aliquando peccet 71
Nero cloaca sathanae 62. 98 eiusdem organum 100 sub canicula in piscinis niue refrigeratis lauare solitus ibid. 74
Neronis eunuchus Rhodogune 100
Neronis incestus 98
Nihil agendo, homines male agere discunt 96
Nihil necesse fieri, quod non potest fieri 71
Nili Paraeneses 9 nunc primùm à Neandro graecolatinae editae ibid.
Ninus Assyriorum rex luxui deditus 51
Niuis ad vini per aestatem refrigerium cõseruandi ratio & vsus 61
Nobiles plurimi gratia destituti 49
Nonni paraphrasis in Ioannis euangelium 34
Nouerca quatenus vt mater colenda 43
Numae cum nymphis & Musis colloquia & congressus 76 (nium 80
Numenij de Platone testimo-
Numeri Pythagorici 75
Numeri qui apud veteres maiore in honore ibid.
Numerorum an aliqua efficacia ibid. (45
Nuptijs nuptiae non addendae
in Nuptijs contrahendis diuitiarum magis quàm bonitatis haberi rationẽ ibid.

O.

Ocium, dulce malum 85 vitiorum occasio 96
Oculis alienis quae agas, nõ satis feliciter procedere 104
Ogygia ins. 42
Olla amici 89
Onosandri de officio Imperatoris libellus 10
Opibus non parcendum 39
Opulentia nimia inflati 35
Opulentia veterum in iumentis potissimum 41
Opus non defuturum ei qui laborare velit 43
Oraculorum aliquot versus sententiosi 18
Oratio sapiens optima, & Dei donum 41
Origenes cur Adamantius dictus 91 seipsum castrat ib.
Ornatus alius viri, alius foeminae 102 (facultas 55
Orphei cãtus & persuadendi
Orphei carmẽ de Deo 19. 69
Orphei dij CCCLX. 70
Orphei sententia de piorum fine optimo futuro 72
Orphea nullum vnquam fuisse 55

P.

Pabula veneno inficientium exempla 95
Pannonius eunuchus 99
Parca maris filia cur 28
Parentes honorandi 27 proximè post Deum colendi 33
Pars etiam altera audienda in accusationibus 51. 52
Parsimonia non ad finem differenda 39
παρθένος vnde dicta 46
παρθένιοι ibid.
Pastoris boni, tondere pecus, non deglubere 88
Pastores populorũ cur veteribus appellati principes. ib.
Pater quid apud Hebraeos 101
Patris appellatio cũr principibus apud veteres indita 88

Patrum capitula, liber Hebraus 8
Patienter ferenda, quæ vitari nequeunt 72
Patientia & studium bonarum artium causa 57
Paulus Fagius 8
Pauper non asperius exigendus 37 non spernendus 33 nec affligendus ibid.
Pauperes amicè tractandi 18
Paupertatis expostulatio cum Pluto 60
Pausaniæ cornucopiæ 48
Peccans sponte aut inuitus quid differant 29
Pecunia à pecudibus dicta 41
Pecunia omnia expugnari 18
Pecunia, semper dolus hominibus 35
Pecuniæ studium hominibus noxium 18
Pecuniam quæ mala comitē(tur 85
non Peierandum 33
πέλαγος vnde dictum 37
Pelopis sceptro diuini honores tributi 70
Peloponnesiorū numisma τεφύνη 35
περιμάνν 62
Peregrinationes discēdi causa à veteribus suscepta 23
Periandri Corinthij scripta 12. 13
Periclis facundia extemporalis 54 oratio funebris 90
Periurium Deo exosum 33
Periurij pœna diuinitùs inflicta cuiusmodi 82
Persarum regum lex, licere regi quæ libeat 93
Persuasio vtilis 32
Persuasione capiendi homines, non vi (studo 101) 87
φάρμακον pro veneno & remedio, eiusq; etymon 41
φυγοφάγοι 36
φύγω, φυγός ibid.
Pheræus Pamphilus 92
Philippi Maced. regis apud inferos miserrima cōditio 91 eiusdē memorabile in ingratum militem supplicium 103
Philippo Maced. regi editum oraculum quale 18
Philo Iudæus, alter Plato 80 eius libri: & eidem attributa Salomonis sapientia 9 eiusdem locus de virtute & voluptate 57
Philologi autores quales, & qui præcipuè 52
Philosophi multi & præclari pauperes & serui 72
Philosophi scriptura sacra fures 80
Philosophi veteres quomodo iurare soliti 75
Philosophis veteribus omnib. quid maximè studio fuerit 15
Philosophia summa in quo (consistat 71
Philosophia totius finis quis esse debeat 103
Philostrati librorum de vita Apollonij epitome 23
eiusdem locus 57
Phocylides Milesius quo tempore floruerit, deq; eius paranesi 24
Phocylidæ κεφάλαια è Sibyllarum scriptis deprompta ibid.
in Phocylida encomium, versus 91
Phocylidæ præcepta qualia 24 eius versiculi apud diuersos autores citati, extra præsens poëma 50
Phocylidæ versus Apollini in oraculo vsurpatus 17
Picorum scripta contra astrologiam 77
Pierij Hieroglyphica 48
Pietas tutißima virtus 81
Pigrum omnem de furto viuere 41
Pindarus Græcolatinus Ne(andri 42
Pindarus infans expositus 99 ab apibus altus ibid.
Pindari integritas 92
Pij in hac vita cruci subiecti 72
Piorum finis optimus, Orphei (sententia ibid.
Piorum posteritati etiam Deum benefacere 17. 82
Piscina in canicularibus niue refrigerari solita 74
Pisistrati incestus 98
Pittaci Mitylenæi scripta 12
Pitthei dictum 82 eidem vsurpatus frequenter Hesiodi versiculus 83
Plato an Mosis libros legerit 80
Plato Atticus Moses ibid. ex Hebræis philosophus ibid.
Platonis de Deo sentētia 69 de Virtutibus libellus 10 Elegia 13
Platonis locus 50
Platonis peregrinationes 23
Platonis schola inscriptio 46
Platonica communio 84

Plinij

Plinij elegans dictum, cur agri olim quàm nunc fertiliores fuerint 104
Plinij locus ex Platone desumptus 64
Plinij naturalis historia Amalthea cornu 48
Plutarchus polyhistor 15
eiusdem operum præstantia 48
Pœnitentia, iudicium 74
Poëtæ cur Musas & Dei auxilium in Operum suorum initijs inuocare soliti 76
Poëta, scripturæ sacræ fures 80 (95
Poëtæ veteres plerique Magi
Poëtarum versus à dijs etiam vsurpati, vt hominibus cõmendarentur 17
è Poëtis qui sententias scripserint 11.12
πολιοκρόταφος 47
Polus Agrigentinus 64
Polycrates Samius tyrannus 23 *eiusdem miserabilis exitus* 83 (missa 101
Polygamia cur gentibus per-
Polygamia veteribus vsitata, prohibetur ibid.
πολύπλαγκτος 34
Polypragmosyne dulcis amaritudo 73
Polypus piscis 85
πολύτροπος 40
Ponti mel quale 43 (74
Poppeæ Neronis vxoris luxus
Porphyrius philosophus Christianorum hostis 23
Possessiuũ pro primitiuo 46
Postelli liber de Originibus 8
ποτὶ *pro* πρὸς 42
πρακτέον 31
Præcipitantia vitanda 73
Præsentia curanda & boni consulenda 21 81
Prauitas, felicitas 59
Priamus redimit ad sepulturam cadauer Hectoris 90
Priami calamitates 83
Primitiua pro possessiuis 33
Principes cur veteres patres & pastores appellarint 88
Principijs obstandum 20.94
Prodici Hercules 57
Horæ 54
Prodici Sophistæ vita ibid.
Prodicum gratis docuisse neminem 64
Prophetis quid maximè studio fuerit 15
Prouerbiorum scriptores 52
Prudens vir inter ciues voluptas 37
Prudenter omnia agenda 73
Prudentia robore præstantior 93
Ptolemæus Philadelphus sororem Arsinoem vxorem ducit 98
Publij Mimi 22
Puellæ apud Athenienses vrsæ appellatæ cur 46
Puellarum forma difficilis custoditu 47
Pueri adhuc, honesta & bona docendi 50
Pueri non castrandi 45
in Pueros qualem esse parentem deceat 101
πυρὸς *triticum vnde dictum* 42
Pythagoras ab esu carnium abstinuit 94
Pythagoras quem potiss. versum discipulis suis familiarem esse voluerit 74.75
Pythagoræ ænigmata 30
Pythagoræ de Platone testimonium 80
Pythagoræ memoria ab omnibus ferè scriptoribus celebrata 23 (24
Pythagoræ præcepta qualia
Pythagoræ peregrinationes, discendi causa susceptæ 23
de Pythagoræ studijs & disciplina qui autores scripserint ibid. (15
Pythagoræ symbola quid 14.
de Pythagora philosopho, & aureis ipsius carminibus 22. 23. 24
de Pythagora qui authores scripserint 94
Pythagoreorũ iuramentũ 75
Pythagoricæ scholæ inscriptio
Pythagorici numeri 75 (46
Python Byzantius 54
Pyttheus Thesei auus maternus 14 *eius sententia* ib.

Q.

Quaternio sacra animæ fons 75
Quaternionis iusiurandũ ib.
Quintilianus in Germania repertus 65

R.

Ratio ad quid homini data 31
Ratio in homine, quod Deus in mundo ibid.
Ratio λόγος, *vnde dicta* 71
Ratio recta quid 17 *idem quod lex naturæ* 31. 81
ipsa vox Dei 87
summa Iouis lex 71

Rationi affectus vt obtemperent, philosophiæ summa 71 (habuerint 101
Reges veterũ cur tot vxores
Regum & potẽtum apud inferos miserrima conditio 91 (stantia 72
Rerum humanarum incon-
Rerum proprietas approbata 84
Rhetores græci & latini 52
Rhodogune eunuchus Neronis 100
Risui templa dicata 70
Romulus & Remus expositi 99

S.

Sacrificanda dijs moderata
Salomon magus 95 (39
Salomonis prouerbia, & Ecclesiastes 7 parabolæ & carmina 8
Salomonis sapientia à quibusdam Philoni tributur
Samij mores 103 (8. 9
Samiorum captiuis samæna frontibus inusta ab Atheniensibus 102
Sanhedrin liber 19
Sanitas optimum condimentum 64
Sanitatis cura habenda 29
Sanitatis, inter summa bona, prima habenda ratio 73
Sanitatem conseruantia 71
non Sapere, non bene institutos 37 (donum 41
Sapiẽs oratio optima, & Dei
Sapiẽs robusto præstãtior ibi.
Sapientia antiqua in veritate peruestigãda perspicacior, quàm postera ætas 14.15
Sapientia omnia gubernari
Sapientia vis 93 (41
Sardanapali luxus 51
Sardinia mel amarum 43
Scedasi filiarum à Spartanis violatarũ exemplum 100
Sceptrum pro Deo cultũ 70
Scholarum foribus qualia inscribi solita 46
Sciluri L X X X. filij 84
Scipio Africanus minor 65
Scriptoribus veteribus omnibus quid potiss. studio fuerit 15
Securis causa quotannis agi solita Athenis in Prytaneo, eius quæ primo bouem mactasset 94
Seditio fugienda 41
in Seditione etiam improbum ad honores euehi 20
Seipsos interficiẽtium exempla 90. 91
Semina ex agris auerti incantationibus 82
Senariorum libellus 11
Sentẽtiæ ad quid cõducãt 22
Sententiæ veterum sapientum hinc inde collectæ, apud quos potiss. autores reperiantur 16
Sententiarum aliquot libelli à Neandro editi, & deinceps edendi 11
Sententiarum scriptores apud latinos 21. 22
cur Sentẽtijs breuioribus veteres præcepta de morib. ac virtutib. includere soliti 7.14.15
Sententias de moribus breues ex scriptorum libris colligere, veteres cur tanta cura soliti 16
Sententiarij apud Hebræos libri 8 item apud Græcos 9.10.11.12
Sententias qui scripserint ex poetis 11.12
Senectuti nullum remedium inuentum 92.93
Senes honorandi 47 patrum loco venerandi 102
Senum officium 20
Septem sapientum sententiæ 14 pro templorũ foribus inscribi solitæ. ibid. templi Delphici foribus inscripta 46
Sepulchri violati actiones 90
Sepulchra mortuorum non aperienda 39.90 eadem aperientiũ exempla. ibid.
in Sepulchris thesauri abscõdi solit ibid. (da 39
Sepultura mortuis impertiẽ-
Sepulturæ ceremonias quãta cura veteres coluerint 90
Sepulturæ magna apud veteres habita ratio 89
propter Sepulturam mortuis negatam bella etiam mota 90 (editum 18
Serapidis oraculum Thulidi
Sermo, hominis armatura 39.93
Sermo optimus quis 41
Sermo sapiens, salutaris 93
Serui humaniter tractandi 102 (puniendus ibid.
Seruus delinquẽs, cum modo
Seruorum apud veteres supplicũ vulgatũ quale ibid.
Seruis debitũ præstandũ 47

de Seruis tractandis qui scripserint 103
Sibylla nurus Noha, seruata cum ipso in diluuio 24
Sibyllæ Ecclesiæ reliquiæ 80
Sibyllarum voces & oracula, patrum Ecclesiæ reliquiæ 24
Silentiū amicitias dirimit 20
Silij Italici vita paucis descripta 65 eius opera quando reperta ibid.
σίμβλον 42
Simonides Lyricus 47 quo tempore floruerit 24
Simplicij in Porphyrium de Pythagoræ vita commentarij 25
Socrates cur nihil scripserit (86
Socratis dæmonium 76
Socratis dictum 85 iuramentum 75 mors 95
Solonis elegia 12 à pueris in deorum celebritatibus recitari iussa à Platone. ibid. eidem quosdam etiam Homericam poësim asscribere ibid.
Solonis peregrinatio 23
Soloni editum oraculū quale (18
Somno dominandū 27
Somnum apud Homerum à sacrificijs auspicantur 76
Sordities vitanda 74
à Sororis lecto abstinēdū 43
cum Sorore coniugium apud Persas quatenus concessum 98
Sotadis in Ptolemæum scomma: 98 eiusdem interitus ibid.
Spartani, Tyrtæi poëmatis vti soliti, cum hoste cōgressuri 13. 14 item in conuiuijs 14 (39
Spiritus hominis, Dei imago
Spiritum alta petere, corpus in terram verti 91
Stigmatiæ, stigmatici 103
Stigmatis seruorum ora signandi mos apud veteres 102
Stipites pro dijs culti 70
Stratoclis dictum 81
Studium & patientia bonarum artium causa 57
Studium nihil non posse 20
Suauiloquentia studendū 39
Subditi non deglubendi 88
Sudor ante virtutem positus à dijs 96. 97
Suidas multiscius 9
Suidæ Philologium, cornucopia 48 eiusdem commendatio 94 (29
Sumptus intempestiui cauēdi
non Superbiendum sapientia, robore, aut opibus 35
Supplices amicè tractandi 18
de Supplicibus crebra apud Homerum mentio 83
de Supplicibus non lædendis oraculum 83
συνώαιμας 35
συγκαταπυρσιφάγοι 89
Synesii Dion 80
σύστασις 76

T.

τακτά 102
Teletis comparatio virtutis & diuitiarum 57
τέλος pro τιμαῖς vel φόρῳ 35 τὸ τέλος aduerb. 40
non Temerè credendum omnibus 87
Temeritas vitanda 73. 86
Temperantia exercenda 37
Temperantia σωφροσύνη 36
Templorum foribus qualia inscribi solita 46 cur Septem Sapientum sententiæ inscribi solitæ 14
Tempus volatile 66
Tempori seruiendum 39
Tempore alio alia fieri conuenit 21
Tēpora capitis vnde dicta 47
τέρμα aduerb. 40
Terra alia alijs rebus felix 18 testimonium falsum fugiendum 33
Testudo Peloponnesiorum numisma 101
τέτως 48
τετρακτὺς Pythagorica 75
θα paragoge Aeolica 42
θάλαμος 46
Thalassij sententiarum Hecatontades 9
Thaletis Milesij versus 12
Thamyræ citharœdi excæcati studium 55
Themistoclis mors 91
Theoctisti gnomæ 11
Theodori Metochitæ Sententiosæ obseruationes 11
Theologi græci vbi sua scripta retulerunt ethnicorum testimonijs 53
Theognis Pythagoræ cōtemporaneus 24 eiusdem qui veterum potissimum meminerint 12
Theognidis, præter Gnomas quæ habentur, etiam Paræneses scriptæ olim extabant 12

bant 12 quòt eiusdem carmina adhuc iam desiderentur ibid.
Theognidis versus Apollinis vestibulo templi inscriptus 18
in Theognidem Annotationes Neandri 85
Theophrasti Characterum sive Notarum libellus 10
Theopompo redditum oraculum quale 19
Theramenis mors 95
Thesaurus vnde dicatur 26
Thesauri in monumentis abscondi soliti 90
Thraciae nota 103
Thracibus nobilitatis loco habitum, frontem praeferre punctis notatam ibid.
Thrasiae dictum 71
Thulidi redditum oraculum quale 18
Tibarenorum consuetudo in puerperijs 102
Tiberij Caes. dictum 88
Tibicinis vita 89
Timori templa dicata 70
Tribunal mensis aurea 81
Trithemij Epistolae familiares 23
Triticum & hordeũ opt. Plutus 21
Troia nunquam capta 55
Turpe nihil nec dicẽdum nec faciendum 73
à Turpibus operibus abstinendum 37
Tutia Vestalis virgo aquam cribro haurit 82
Tyrtaeus Atheniensis poëta 13
eius scripta ibid.
Tyrtaei poëmatis Spartani cum hoste congressuri, vti soliti 13.14 item in conuiuijs 14
Tyrtaei scripta in pub. congressibus recitari atq; edisci solita 11

V.

ου in ω mutari Doricè 26.37
Valetudinis habenda ratio 73.74
Valetudinem conseruantia etiam vulgi sermonibus celebrata 73
Vallae de Catonis disticbis iudicium 21.22
Varronis Iones CCC. 70
Veneno tollere condemnatos, vsitatum supplicij genus apud Athenienses 95
Venena non paranda 41
à venenis abstinendum 95
de Venenis cur nũquam scribere voluerit Galenus 95
Veneficia quantum possint 82
Venerius amor turpis 37
Ventis non repugnandum 39
Ventri imperandum 27
Venus cur Cypris dicta 36
Venus in pleno corpore 86
in malè saginato, non item ibid.
Venus qualia Paridi pollicita 59
Verbum non suo tempore dictum, euertere vitam 93
Veritatis simplex oratio 21
Versus veterum poëtarum, &c. apud diuersos autores citati ex operibus iam pridem deperditis 52
Vesperi cogitandum, quid per diem egerimus 75
Vinum, lac Veneris 86
Virginitas custodienda 33
Virgo domi custodienda vsq; ad nuptias 46.47
Vir bonus commune bonũ 87
Viri boni seduliq; officium 75
Virorum officia alicubi à mulieribus obiri, & contrà 102
Virtus cum voluptate expostulat 66
Virtus inops contempta 20
Virtus, medium 84
Virtus post nummos quaerenda 50
Virtutis amor honestus 37
Virtutis comites 67
Virtutis cum Hercule colloquium 59.61
cum Voluptate expostulatio 61.63
Virtutis deae encomion 62
Virtutis effigies 57
Virtutis & diuitiarum comparatio Teletis ibid.
Virtuti sudor a dijs praepositus ibid.
Virtutem vincunt testudines 101
Virtutum summa, iustitia 21
Vita circulus 33
Vita, malorum plena 77
Vita media, tutissima & trãquillissima 86
Vita ac doloris cognatio 89
Vitae humanae breuitas 39
miseria 93
Vitae humanae lapsus omnis in tribus consistit 74.75
Vitia qui odit, homines odit 71

Vitia

Vitia virtutum loco haberi solita 59
Vitijs nemo hominum non obnoxius 71
Vnius scelus sæpe luere vniuersos 93
Voluntas cogi nequit 85
Voluntas cuiusq; spectāda 35
in Voluntate totam rem de vitijs & virtutibus consistere 85
Voluptatis comites 67
Voluptatis commendatio 66
Voluptatis deæ graphica descriptio 61. 63 inde ex Silio Italico 65
Voluptatis effigies 59
cum Hercule colloquium ibid. (67
Voluptate nihil perniciosius
Voluptates & corpori & animo noxia 57
Votorum ordo solennis apud veteres quis 73
de Votis bonorum versiculus Apollinis templo inscriptus 17
Vrsæ cur puellæ apud Athenienses appellatæ 46
Vulgus fortunam sequi 89
Vulgus mutabile & intractabile 39
Vulgo non credendum. ibid.
Vxor indotata potius ducenda quàm dotata 101
Vxor infamia non afficienda 45 non prostituenda 43
Vxor, præcipuè grauida, non inclementer tractanda 99
Vxor quare ducenda, ex Platonis sententia 97
Vxoris cum marito consensu nihil dulcius 45
Vxori non seruiendum dotis causa ibid.
Vxorum multitudo veteribus vsitata, prohibetur 101

X

Xenocratis libellus de morte, &c. 11
Xenophontis Colophonij scripta 13
Xenophontis Hercules à Neandro expositus 25
apud quos autores celebretur 56
Xenophontis in Prodicum, studium 54
Xysti philosophi Gnomæ 10. 11.

F I N I S.

ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΜΕΓΑΡΕ-ΩΣ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ

Γνῶμαι ἐλεγειακαὶ ἑλληνικολα-
τίνας.

THEOGNIDIS MEGA-RENSIS POETAE SICVLI

GNOMOLOGIA GRAECOLATI-
na, conuersa & expo-
sita à

Michaële Neandro Sorauiense.

CVM LOCVPLETE RERVM ET
VERBORVM MEMORABI-
lium Indice.

LIPSIAE,

CVM PRIVILEGIO.

CLARISS. VIRIS, VIRTVTE, DOCTRINA ATQVE PRVDENTIA PRÆSTANTIBVS, CONSVLIBVS atq; Senatoribus in inclyta BREMA Saxoniæ, ſuis dominis atque patronis perpetua obſeruantia colendis & obſeruandis,

S. D.

VETERES, qui nihil non egerunt, vt à primis mox annis iuuentus ad ſtudium virtutis, probitatis atque honeſtatis optimis præceptis imbuta, ac exemplis etiam melioribus excitata, aſſuefieret: aut legibus, à ſapientibus viris ſapienter & rectè ſcriptis, quæ publicè etiam in feſtiuitatibus & ſolennibus conuentibus recitabantur, facienda monere ac contrà fugienda præcipere ſolebant: aut etiam propoſitis virorum ſapientiſſimorum ſapientiſſimis ſcriptis, poëtarum inquam, Heſiodi, Tyrtæi, Phocylidæ, & aliorum qui Gnomas, hoc eſt ſententias, ſeu conſilia de vitæ ac morum gubernatione ſcripſerunt. poſtea addiderunt aliorum etiam ampliora & prolixiora ſcripta, vt Homeri, Euripidis, Sophoclis & Aeſchyli: quæ, quia in ijs extare ſciebant doctrinas & commonefactiones de omnibus quæ in vita accidere poſſunt, ſapienter cogitatas & ſcriptas, parænefeon ipſa voluerunt eſſe exempla luculentiora: & quæ à Gnomologis paucioribus dicta, pluribus explicarent: ac ſic optimorum exemplorum commemoratione, virtutis, probitatis ac honeſtatis amorem omnibus inſinuarent. Ideoque, quia ipſi nec Biblia, nec alia etiam ſacra ſcripta habebant, ex quibus ſuo tempore homines docentur de Dei voluntate, ac omnibus denique alijs, de quibus homines doceri neceſſe eſt: quos ſequerentur, ac imitandos ſibi proponerent, quàm eos qui ſapientiæ, virtutis

Veteres in eo ſeduli fuerunt, vt mox ab initio homines rectè aſſuefierent: & quomodo id conati ſint.

Athenæus lib. 14.

ac eruditionis opinione apud eos clari esse putabantur, alios non habebant. Pleraq; autem poëtarum poëmata commonefactiones continebant de vitæ moribus, atq; studiorum honesta institutione: ac fuerant multæ ipsorum sententiæ ex ipsa lege naturæ, seu potius ipsius Dei, desumptæ, quales pleræq; sunt omnes quæ de moribus ab ipsis sunt perscriptæ.

Cum poëtas itaq; optimos morum atq; vitæ formatores putarent, ac præceptores sapientissimos, quos in omnibus quæ rectè & laudabiliter fieri solent, tutò etiam sequerentur: eorum monitis ac consilijs obtemperare decreuerunt. Quare & Agamemnon ad Troiam profecturus, domus ac familiæ custodē constituit poëtam: qui quamdiu ipse moderabatur omnia in ædibus, pleraq; rectius fiebant, quàm postea, cum eo expulso Clytemnestra Agamemnonis vxor, Aegisthi impudicos amores sectaretur: qui exitium postea attulere vniuersæ Agamemnonis familiæ.

Homerus Odyss. γ. Pausan. in Atticis, vbi alia simi lia, & hue pertinentia reperies.

Ideoq; veteres ipsi sapientiores vltima hac mundi turbulenta immundaq; amurca (κρείττονες γὰρ ἐγένοντο ἅμα καὶ ἐγγυτέρω θεῶν) cum id semel statuissent, id etiam postea efficere omni studio sunt conati, vt eam poëtarum sapientiam, omnibus quo posset fieri maximè notam familiariter facerent. Ideoq; præceperunt, ac lege etiam decreuerunt, vt tum aliorum sapientū virorum scripta, tum poëtarum, ac Homeri præcipuè poëmata, edíscerentur, legerentur, canerentur, ac in festiuitatibus mercalibus, templis, Olympijs, & omnibus alijs solennibus congressibus publicè in magna frequentia recitarentur: vt quisq; veluti ex concionibus, de rectè ac secus factis admonitus, ad suos postea melior ipse effectus discederet: moribus etiam deinde & vita exprimeret, quæ recta ac sequenda esse didicisset.

Plato in Philebo.

Homeri scripta. Euripidis & Sophoclis, quo loco habita, & quando lecta fuerint, Lycurgus in oratione contra Leocratē: Plato in Hipparcho: Heraclides in Allegoriis Homericis: Athenæus lib. 14. Dion orat. 27. Plutarchus in Crasso, & Lysandro.

Vt autem alio etiam pacto ad amorem carminum poëtarum (quibus præcipuam sapientiam tribuebat

antiqui-

antiquitas) adolescẽtes, deniq; omnes homines Græci excitarent: ac significarent etiam porrò, quo loco ipsorum oracula ac sapientissima monita haberent, in templis ea, aureisq; literis, in aurea etiam materia describi curabant, quemadmodum de Homeri ac Pindari scriptis proditum à veteribus nouimus: ac passim præ templorum foribus horum carmina, tanquam Deo dignas voces, inscribebant. quemadmodum etiam ex eadem causa sparserunt, quòd Homerus sua poëmata ex ore Apollinis sibi dictata descripserit. idq; hoc versu, quem Apollinis oraculum esse asserebant, indicare voluerunt:

Zonaras Tom. 3. historiarum suarum. Gorgon Pindari scholiastes in 7. hymno Olympiorum.

Aristot. 1 libro Moral ad Eudem.

Apud Synesium in Dione, seu de vitæ suæ ratione.

ἤειδον μὲν ἐγών, ὁ δ᾽ ἀπέγραφε δῖος Ὅμηρος. "

Ac fuerunt equidem multa à veteribus sapienter scripta: quod puto nemo ibit inficias vnquam, nisi ipse prorsus sit à literis alienus, ac de ipso planè scriptum etiam sit Pindari dulcissimi ac sapientissimi vatis, illud quod τυγχάνοντως ἔχει admodum. est autem idipsum tale:

Multa a veteribus sapienter scripta esse.

Hymno 1. Pythiorum.

ὅσσα δ᾽ μὴ πεφίληκε "
Ζεύς ἀτύζονται βοὰν "
Πιερίδων, ἀΐοντα "
γᾶν τε καὶ πόντον κατ᾽ ἀμαι- "
μάκετον. "

Quos Iupiter non charos habet, ij oderunt literas.

Ideoq; & barbaræ etiam gentes seu admiratione Homeri ductæ, de quo tam multa sparsa per orbem audiuerant, seu dulcedine eius carminum commotæ, seu etiam optimarum rerum expositione impulsæ, scripta eius in suam linguam transtulerunt: quemadmodum Indos id, aliasq; quasdam barbaras nationes similiter fecisse legimus. Ac legitur etiamnum hodie Homerus in vulgari seu barbaro græca lingua, in latina, germanica, & forte multis alibi alijs.

Homerus in Indica etiam lingua legitur. Dion oratione 53.

Eum magni etiam principes assiduè legerunt, ac vt monitorem & consiliarium sapientissimum reuerenter habuerunt: quemadmodum de Alexandro Phi-

Alexander quanti fecerit Homerum.

Plutarchus in Alexandro. libro item 1. de virtute ac fortuna Alexandri. Plinius lib. 7. cap. 29.

lippi Macedonum regis filio, ac Ptolemæis Aegypti regibus ſcriptores veteres id ſcriptum reliquerunt. tametſi alia quoque aliorum ſapientum virorum ſcripta interea non negligerent: quemadmodum alij alijs rationibus ducti, alios authores aſſiduè legebant. Scipio Africanus Cyropædiam Xenophontis de manibus nunquam deponebat. Demoſthenem rhetorem octies Thucydidem, Græcorum inter ſe ipſos bella ſcribentem, deſcripſiſſe, ſunt qui memorent. Sic Ioannes Chryſoſtomus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, Ariſtophanē comicum tanti feciſſe legitur, vt duodetriginta comœdias eius ſemper haberet in manibus, adeò vt pro puluillo etiam dormiens vteretur: hinc itaq; & eloquentiam & ſeueritatem, quibus eſt mirabilis, didiciſſe dicitur. De Fronsbergio etiam, inſigni ac celebri exercituum Germanicorum duce, audiuimus, quòd quòcunque pergeret, Liuij Romani decadas ſecum duceret: quod eius conſilijs in aciebus inſtruendis, in hoſtibus adoriendis, plurimùm ſe adiuuari diceret.

Cic. 2. lib. Tuſc. quæſt.

Refertur a Luciano πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.

Theognidis Megarenſis ſcripta.

Cæterùm etiam Theognis Megarenſis (cuius carmina à multis veteribus ac magni nominis authoribus, vt oracula quædam Delphica celebrantur) ad eorum poëtarum claſſem pertinet, qui ſcriptis ὑποθήκαις, hoc eſt, moralibus Sententijs, doctrinam de moribus, hoc eſt, de ſingulis quæ in vita rectè atque honeſtè fiunt, breuibus ſententijs vno ſeu altero verſu concluſerunt. Quia namque alij, tum Plato etiam, docuerunt, præcipuam doctrinæ partem in eo conſiſtere, vt quamplurima poëtarum ac ſapientum virorum dicta habeamus in promptu: plures etiam extitere, qui ſeu de re eadem, ſeu alia diuerſa, paræneſes ſcriberent. verba autem Platonis ſic habent:

Præcipua doctrinæ pars in quo conſiſtat.

In Protagora, ſeu Sophiſta.

» ἡγοῦμαι ὦ σώκρατες ἐγὼ, ἀνδρὶ παιδεί-
» ας μέγιστον μέρος εἶναι, περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι. ἐστὶ δὲ τοῦτο, τὰ
» ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεγόμενα, οἷόν τ' εἶναι ξυνιέναι, ἅτε ὀρθῶς πε-
ποίηται.

ποιῆται. καὶ ἃ μὴ καὶ ἐπίστασθαι δηλῶν τε, καὶ ἐρωτώμενον λόγον δοῦναι.

In eo Theognide multa fuerunt obſcura, intricata & perplexa: quæ quantum quidem in nobis fuit, à bonis ac eruditis viris de eo admoniti, plana ſtuduimus facere, adoleſcentibus eam operam gratificati. Id verò in ea re conati ſumus ſedulò, vt & verba cum rebus ipſis ex Græco fideliter exprimeremus: & quæcunque expoſitionem deſiderarent, vnà etiam exponeremus.

In Theognide multa obſcura.

Eam expoſitionem ex optimis Græcis atque Latinis autoribus parauimus, vbi plerunque id ſumus ſecuti, vt primò noſtris verbis mentem autoris explicaremus. deinde verò locum, vnde expoſitio ſingulorum locupletior peti poſſet, oſtenderemus. Quæ ratio, quemadmodum nobis bona ac vtilis eſſe viſa fuit, ita adoleſcentes etiam ad legendos veteres authores exuſcitabit, cum non rarò monſtret quid maximè ex vnoquoq; ſcriptore, quorum teſtimonijs vtimur, ſit petendum, aut in quo argumento exponendo ipſi ſint occupati. Quod ſi cui etiam librorum bonorum copia inſtructo, libuerit ingenij ſui vires pluribus periclitari, ac exercere, ſeu prælegendo Theognidem alijs: non deficient eum occaſiones, materia etiam non deerit indicata & monſtrata, ex quibus locis illa ſit depromenda. Noſtram verò coniecturam, tum vertendo tum exponendo authore, coacti etiam, quandoque ſumus ſecuti: exiſtimantes licere in dubijs diuinare cuiq;: eumq; vatem meliorem, qui melius coniectet, quemadmodum in veteri verbo dicitur.

Expoſitio Theognidis qua ratione ſcripta, & ex quibus authoribus confecta.

Speramus autem noſtram operam, quam ei authori impendimus, gratam ac vtilem diſcentibus futuram. Petent autem inde adoleſcentes, tum linguæ Græcæ cognitionem, tum maximè præcepta de moribus ſapienter ſcripta: admonitiones etiam ſalutares, vt & turpia fugiant, honeſta contrà ac laudanda

Quæ adoleſcentibus ex Theognide ſint petenda.

quanto

quanto possunt studio omni contentione sectentur. Quod quemadmodum in omni vita sedulò est studendum, ita adolescentes scire oportebit, eum studiorum finem esse solum & vnicum, vt moratiores scilicet homines efficiant: & vt deinde libenter, quæ sui sunt muneris faciant: quod studia vbi non præstiterint, in longum illa valere iubeamus. Quid enim emolumenti afferant hominum vitæ eruditio, prudentia, eloquentia, & huiuscemodi alia, si ea ab improbitate, turpitudine, contumacia, crudelitate, impuritate, cædibus, luxuria, & alijs id genus vitijs ac vitæ pestibus non quàm longissimè fuerint separata? Quid profuit Dionysio Syracusano, ter ad se in Siciliã naui profectum venisse Platonem, virum sapientissimum, philosophorum principem, ac quasi Homerum, & philosophiæ lumen amplissimum? quid profuit audiuisse eiusdem tot sapientissimas orationes, de iusticia, regno, ac eius commoda administratione, ac multis alijs quæ regem & scire & perpetuò obseruare conueniebat: cum ipse nihil de tyrannide sua remittens, sibi similis ad eum vsq; diem quo in exiliũ est eiectus, esse non destitit? cum, quemadmodum Aristonem philosophum ferunt dicere solitum, οὔτε βαλανείου, οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελος εἶναι οὐδέν. hoc est, quòd neque balnei vlla sit vtilitas, neq; orationis, vnde non prodeas purior.

Finis studiorũ quis.

Plutarchus in Dione, Laertius in Platone.

Plutarchus in libro περὶ τοῦ ἀκούειν.

Semper itaq; ob oculos positum habeant adolescentes boni & modesti, id quod à Latino etiam poëta sapienter de ea re est scriptum:

Ouid. lib. 1. de Ponto.

" *Artibus ingenuis* —

" *Pectora mollescunt, asperitasq; fugit.*

Ac nota ipsis etiam debet esse vox Laconici præceptoris, qui cum indicare cuperet, in qua re præcipuè consisteret studiorũ ac rectæ institutionis fructus? respondit: se effecturum, ὥστε τὸν παῖδα τοῖς καλοῖς ἥδεσθαι, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς αἰσχροῖς. Quibus planè similia sunt,

Plutarchus in libro περὶ ἠθικῆς ἀρετ.

quæ

quæ non dissimiliter veterum quispiam rogatus, quid fructus ex studijs perciperet: respondit, " τὸ ἀνεπιτάκτως ποιεῖν, ἅ τινες ἄλλοι διὰ τὸν ἐκ τῶν νόμων φόβον ποιοῦσιν. " id est, vt iniussus ipse faceret, quæ alij legum metu faciunt.

Maximus in oratione περὶ φιλοσοφίας.

Cæterùm quamuis adolescentes abundè satis ex alijs libris, in quib. Spiritus sancti oracula proponuntur, instrui possent, de pietate, de fide, timore Dei, omnibus deniq; virtutibus Christiano homine dignis (in Decalogo summa illa & ineffabili Dei sapientia expositis) veluti ex Salomonis sapientissimi regis Prouerbijs, ac similibus eiusdē libris, ex Psalmis Dauidicis, aut etiam Prophetarum, Euangelistarum ac Apostolorum, denique ipsius filij Dei dictis ac concionibus (vbi multa dicuntur quæ Theognidi nostro, alijsq; similibus Ethnicorum scriptoribus, ne in somnijs quidē suspicari, videre verò ac audire nunquam contigit, propterea quòd arcanam illam sapientiam ex sinu æterni Patris per Filium ad nos allatam ipsi ignorarint) vel Syracidæ etiam sententijs, vbi plurima præcepta de plerisq; virtutibus piè, sobriè & sapienter scripta referuntur, ac quomodo tandem vita Deo placens ac honesta sit instituenda, adolescentes vitæ ac morum regulam petere possent: tamen quia ita à maioribus institutum, legibus quoq; principum, virorum præstantium ac sapientum sancitum nouimus, vt gentilia etiam scripta in scholis exponantur, & iuuentuti discenda proponantur: quod ne Græcos vnquam Theologos, apud quos minùs errorum fuit, improbasse videmus, Clementem inquam, Iustinum, Basilium, Nazianzenum, Theophilum, Eusebium, Theodoritum, & Synesium Cyrenæ in Libya Episcopum, (Iosephum namq; & Philonem cum his non numeramus, quòd Iudæus vterq; fuerit) quod ea res vtilitates complectatur infinitas, sicut alij iam olim etiam pluribus id ostenderunt: non pœnitebit sat

Collatio literarum cum Scriptura.

Græci Theologi non improbarunt Ethnicorum scriptorum lectionem.

ſcio optimos adoleſcentes, ſi in hoc etiam autore legendo & diſcendo aliquid ſtudij poſuerint. Intelligent namq;, ex ipſo plurimum emolumenti ad ſe venturum, cum ſemper ſuos lectores à ſe doctiores ſoleat dimittere. Poteſt namq; id præſtare, & quidem multo etiam melius, longeq; facilius, quàm Protagoras ſophiſta ille: qui, quẽadmodum Plato meminit, maiori etiam cum iactantia id ſuis auditoribus ſolebat promittere. Ita namq; Protagoram, Hippocrati adoleſcenti à Socrate ſibi commendato loquentem introducit· ὦ νεανίσκε, ἔσαι τοίνυν σοὶ, ἐὰν ἐμοὶ συνῇς, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐμοὶ συγγένῃ, ἀπιέναι οἴκαδε βελτίονι γεγονότι, καὶ ἐν τῇ ὑστεραίᾳ ταὐτὰ ταῦτα, καὶ ἑκάστης ἡμέρας ἀεὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι.

In Protagora, seu Sophiſtis.

Nec probandum eſt id quod Heraclitus dicere ſolebat, σκοτεινότατος ille philoſophus & doctrina & moribus, quemadmodum id à Plutarcho refertur: ſtupidi ingenij eſſe, ex quouis ſermone quærere velle quod diſcat.

Plutarch. in lib. περὶ τοῦ ἀκούειν.

βλὰξ γὰρ ἔφη ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ παιδεύεσθαι φιλεῖ.

Ea quin probanda potius ſunt, quæ à Plinio rectius dicuntur, & melius: Nullum eſſe tam malum librum, qui non aliquid boni ſimul habeat: id eſt, ex quo non diſcas aliquid quod placeat, quod iuuet, quodue de multis te admoneat. Quo nomine etiam proſunt monachorum libri, in ipſa quamuis barbarie ſcripti, eoq; orationis genere elucubrati, vt rugitum potius ac infernalis barathri boatum te audire, quàm hominis vocem putares, quales ſunt ipſis etiam nominibus horrendi & formidabiles, Vade mecum, Rapiamus totum, & ſexcenti alij: qui tamen, ſi quibus probè erant lecti & cogniti ſuperioris temporis miſerrima caligine ac miſeria, næ reddebant hos apud omnes conſpicuos, claros, & vulgò admirandos.

Refertur ea vox in Epiſtolis Plinij Cæcilij, qui Plinij Secundi (de quo loquimur) erat auunculus.

Vade mecum, Rapiamus totum, libri monaſtici.

Proderunt autem ea monſtra, ac portenta nunc quoque, ſi ea conferentes cum præſentis temporis luce

luce ac facilitate, maiorum nostrorum calamitosissimam miseriam miserati, Deo gratias egerimus pro eo lumine, quod nobis ex paterna sua bonitate in hac vltima mundi senecta, reliquias adhuc seruare volens, tum in sui verbi doctrina, tum quoq; honestis literis extinctum prorsus monasticis ac idololatricis delirijs, superioris temporis, in quæ vniuersus mundus fuerat propter peccata abiectus, iterum reaccenderit: id bonum reuerẽter etiam habentes, discendo ac legẽdo assiduè scripta bona ac vtilia. Id verò quia frigidè ac vix obiter etiã pleriq; persequimur, quisq; in suo genere, quod alij alijs rationibus moti, stoliditatem quandam esse existiment, in hac luce in bonorum ac vtilium autorum lectione diligentius, aut diutius etiam immorari: auferet id lumen, id bonum, à nobis Deus postea, de quo nemini debet in dubium venire quicquam: ac redditurus est nobis tenebras superioribus longè tristiores. quandoquidem plerique lucem exosi, eas sua ingratitudine ac ocio suo, quo turpissimè abutuntur ad res quibus id tribuere non conueniebat, iampridem desiderare ac requirere, anxieque expectare videntur. Nec enim Deus, nec eius beneficia quibus hominum vitam suo tempore ornare solet, impunè vnquam spernuntur: ἔχει γὰρ ἔκδικον ὄμμα. Homerus in Batrachomyomachia.

Quia verò, clarissimi viri, præstantissimi ac sapientissimi consules & senatores, Domini atque patroni colendi, Theognidem à me conuersum & expositum edere propter adolescentes cupiebã, quibus in ea re placere studuimus: ac Mecænates & patronos eius meæ lucubrationis, viros bonos, eruditione, sapientia atque iudicio præstantes quærerem, quòd hos optimè de hoc nostro labore pronunciare posse viderẽ: vobis eum autorem, vestræ scholæ ac iuuentuti, vestris dilectis filijs, & alijs honestis adolescentibus, qui simul cum ijsdem vbicunq; etiam rectè ac honestè in

 literis

literis honestis erudiuntur, dedicare ac inscribere volui. Id verò vt faceremus, non nostro quodam iudicio aut consilio temerario sumus impulsi: verum ab amicis, optimis viris, vt id aliquando susciperemus, iam olim persuasi. Commendarunt enim illi nobis aliquoties incredibilem vestram humanitatem, prudentiam, virtutem, beneuolentiam & liberalitatem singularem, qua honesta studia & Musarum σεμνὰς θεράποντας ornare, iuuare, omnibusque pietatis, honestatis & humanitatis & beneficentiæ studijs prosequi semper soletis. quæ laus, quamuis illa multo maxima fuisset: tamen etiam illam insuper ipsi addebant, quòd quia scholam, Ecclesiam & Rempublicam vestram tantum doctissimis & præstantissimis viris committeretis, æqui postea iudices & censores essetis lucubrationum, quas publicæ vtilitatis gratia elaboratas haud obscurè cognouissetis: ipsi quoq; iudicio, sapientia & doctrina eximia insignes & illustres.

Habet namque Respublica vestra, vt de schola & Ecclesia nunc taceam, tum alios sapientes & præstantes viros, quorum autoritate, prudentia atq; industria, tum Ecclesia, tum quoq; Respublica vestra optimis consilijs suauissime regitur ac iuuatur: tum maximè clarissimos viros, virtute, prudẽtia, eloquentia, & eruditione præstantes, DANIELEM à Beuern, IOANNEM Hoffemannum, LVDERVM à Belmar, TETMARVM Kenckel, omnes Consules: clarissimum præterea virum IOANNEM Rhædarium, vtriusq; iuris doctorem eximium, vrbis ac politiæ vestræ syndicum sapientissimum.

Daniel a Beuern, Ioannes Hoffmannus, Luderus a Belmar, Tetmarus Kenckel, consules Bremenses. Ioannes Rhædarius vtriusque iuris doctor, syndicus Bremensis.

Tantam felicitatem, Amplissimi viri, vobis gratulor: ac Filium Dei, vnicum ac solum nostrum sufficientem saluatorem, μεσίτην καὶ ἱκέτην apud æternum suum patrem, oro, vt & scholam & Ecclesiam vestram ita regat & gubernet, vt semel agnitam veram

ram & ſolam ſaluificam doctrinam de filio Dei noſtro IESVA, conſtanter retineat, doceat ac tueatur. Porrò etiam eundem oro, vt veſtras quoque præſtantias, diu ſaluas & incolumes eſſe velit: pacem etiam veſtræ vrbi perpetuam concedat. Porrò concordiam vobis retineat inter vos ipſos quoque: quam magno ſtudio, nec etiam ſine laude defenditis hactenus, & retinetis: rectè dictum exiſtimantes, quod Plato philoſophorum omnium facile princeps, ex veteri poëmate his verbis repetitum retulit· οὐ χρυσὸς ἀγλαὸς σπανιώτατος ἐν δὲ τῷ ἀνελπίστῳ βίῳ, οὐδ' ἀδάμας, οὐδ' ἀργύρου κλῖναι πρὸς ἀνθρώπων δοκιμάζομεν, ἀστράπτει πρὸς ὄψεις, οὐδὲ γαίας εὐρυπέδου, γόνιμοι βρίθοντες αὐταρκεῖς γύαι, ὡς ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις. Id eſt: Non auri fulgor in vita miſera mortalium rariſſimi non adamas, non argenteæ menſæ, quæ apud homines habentur in precio, ita in oculis coruſcant, neque lati fundi, aut pinguia culta, tantum valent ad vitam, quantum mens bonorum virorum inter ſe conſentientium. Plato inquam ille, qui ſapienter in Republica ſua id etiam à multis autoribus grauiſſimis multum ſemper celebratum dixiſſe viſus eſt: Niſi philoſophi ciuitatibus dominentur, vel hi qui nunc reges potentesq; dicuntur, legitimè ſufficienterq; philoſophentur, in idemque ciuilis potentia & philoſophia concurrant, neque (quod nunc fit) à diuerſis duo hæc tractentur ingenijs, non erit ciuitati, vel etiam hominum generi requies vlla malorum. Græcè ſic: Ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς γε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν, οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει.

Sententia de concordia, a Platone epiſtola 1. ex veteri poëmate relata.

Sententia Platonis, quomodo Reſpublicæ felices ſint futuræ: lib. 5. de Repub.

Valete viri clariſſimi ac ornatiſſimi, Domini atq; patroni nobis ſemper colendi: ac noſtra ſtudia ornare, iuuare, noſq; vobis commendatos habere non

 defini-

desinite. Munus etiam nostrum literarium æquo ac benigno animo accipite. Id verò vos facturos, non est quare nobis in dubium venire debeat. Valete iterum: 5. Martij, Anno 1559.

V. Excellent.

deditißimus

Michaël Neander Sorauiensis.

ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΤΟΥ ΜΕΓΑΡΕΩΣ βίος ἐκ τῶν Σουίδα.

Θέογνις μεγαρεύς, τῶν ἐν σικελίᾳ μεγάρων, γεγονὼς ἐν τῇ νθ'. ὀλυμπιάδι, ἔγραψεν ἐλεγείαν εἰς τοὺς σωθέντας τῶν συρακουσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ, γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη βω. καὶ πρὸς κύρνον τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων, καὶ ἑτέρας ὑποθήκας παραινετικὰς, τὰ πάντα ἐπικῶς. καὶ παραινέσεις μὲν ἔγραψε θέογνις: ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων παρεσπαρμέναι εἰσὶ μιαρίαι, καὶ παιδικοὶ ἔρωτες, καὶ ἄλλα ὅσα ὁ ἐνάρετος ἀποστρέφεται βίος.

THEOGNIDIS MEGARENSIS VITA, EX SVIDA.

Theognis Megarēſis, ex Megaris vrbe Siciliæ, natus Olympiade quinquageſima nona, ſcripſit Elegiam in eos Syracuſanos qui ex obſidione euaſerant, & ſententias Elegiaco carmine, duobus verſuum millibus. Item ad Cyrnum, puſionem ſuum, ſententiarum ſyluam, etiam Elegiaco carmine. aliaq; argumenta admonitoria, omnia numeris aſtricta. Et admonitiones quidem ſcripſit Theognis, ſed quibus ſparſim inſerti ſunt improbi & cynædici amores, necnon alia à quibus abhorret vita virtute prædita.

ΜΙΧΑΗΛ.

ΜΙΧΑΗΛ ΝΕΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΣΩΡΑνέως, περὶ Θεόγνιδος.

Θεόγνιδες πλείους γεγονέναι ἀναγινώσκομεν. τὸν μὲν ἕτερον, ὃς βιβλία τινὰ γεγραφέναι λέγεται περὶ τῶν Συσιτῶν ἐν ῥόδῳ, νόσῳ τῇ ὑπὸ τοῦ πινδάρου καθ' ὑπερβολὴν ἐπαπιθείσῃ, ἐξ ὧντινων ἀθλίαιος πολλάκις μαρτυρίοις τισὶ κεχρημένος εὑρίσκεται. ἄλλον δὲ τραγῳδοποιὸν, ἀλλὰ καταδεέστερον τὴν φύσιν, καὶ πάνυ ψυχρόν· ὅθεν χιόνα αὐτὸν, ἐσχηματισμένης δῆτα τῆς λέξεως ἀπὸ τοῦ χιόνος, ἐπωνομάσθησαν οἱ κωμικοί. οἱ τὸν αὐτὸν (κατὰ τὸ ἔθος ἐν τῇ παλαιᾷ κωμῳδίᾳ τότε εἰθισμένον) διὰ τὴν τῶν ποιημάτων αὐτοῦ ψυχρότητα προσέτι ἐσκωφέναι λέγονται. ἄλλου τινὸς πρὸς τούτοις μνείαν ποιεῖται σωκράτης ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ αὐτοῦ, ἐπισκόπου δηλονότι, ὃς μιμητὴς ἐπαινέτης τε καὶ ὑπερασπιστὴς τοῦ ἀσεβοῦς τῶν ἀρειανῶν δόγματος ἐγένετο.

Ἀλλὰ μὴν περὶ τοῦ παρόντος τούτου ἡμῶν Θεόγνιδος, ἄλλοι μὲν ἄλλην διάνοιαν ἔχουσι, καὶ οὐ μὴν τῶν αὐτῶν συγγραφέων γνωμῶν τετυχηκότες, ταῖς δόξαις ἀλλήλων διαφέρουσι. στέφανος γὰρ, καὶ μετὰ τούτου ἁρποκρατίων (ὅταν πλείω μέγαρα ὦσιν, ἓξ δηλαδὴ ὅλον τὸν ἀριθμὸν) αὐτὸν ἐκ μεγάρων τῶν τῇ ἀττικῇ προσχωρούντων γεγονέναι εἰπεῖν ἔχουσι. πλάτων δὲ αὐτὸς θειότατον καὶ λαμπρότατον τῆς φιλοσοφίας φέγγος φησὶν, ἅμα τοῦ Σουίδα, ἐκ μεγάρων τῶν ἐν σικελίᾳ κειμένων· ἕκαστος οὕτως ἰδίοις τεκμηρίοις κεχρημένος, τοῖς δὲ μὲν ἐκ τῶν ἐπῶν τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ ἀποδεδειγμένοις καὶ προσενεχθεῖσι, τοῖς δὲ ἐξ ἄλλων τινῶν φαινομένων ἀποδείξεων, ὥσπερ ἄλλοι καὶ διὰ πλειόνων τὸ ἀληθῶς δοκούμενον ἀποφῆναι ἐπιχειρήσαντες ἐσπούδασαν.

De Megaris vide prouerbia apud Erasmũ, Megaricum machinamentum, Megarensiũ lachrymæ, & Megaricæ sphinges.

Οὐδὲν δὲ ἔχομεν σαφῶς εἰπεῖν περὶ τῶν γονέων αὐτοῦ, οὔθ' ὃν κατὰ χρόνον εἰς τὸν βίον ἐπῆλθε, οὔθ' ὅπως τὸν αὐτὸν μεταλλάξας ἀπέθανε, ὅταν οὐδεὶς (ὅπερ μὲν ἡμεῖς οἴδαμεν) τῶν πάλαι μέχρι οὗ εὑρέθη περὶ τούτων σαφηνιζόμενος, ἤτε παραδιδόμενος. αὐτὸν δὲ ἠνθηκέναι ἱστοροῦσι τῇ ἑξηκοστῇ ὀλυμπιάδι, καὶ ἐπιτετακέναι τοῖς χρόνοις ἕως τοῦ σόλωνος τοῦ σοφωτάτου καὶ φρονιμωτάτου τῶν ἀθηναίων νομοθέτου, ἀνακρέοντος μετὰ ταῦτα καὶ σιμωνίδου ποιητῶν τῶν λυρικῶν μουσικωτάτων καὶ ἐξοχωτάτων, φερεκύδου πρὸς τούτοις τοῦ τραγῳδοῦ, ὃς ὀλίγῳ χρόνῳ ὕστερον φθειριάσει καταληφθεὶς καὶ διαφθαρεὶς τὸν βίον αὐτοῦ διετελεύτησε, ὃ ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ πλάτωνος ἔνιοι ἱστοροῦσι. τοῦτ' ἐστὶ, ἤκμασε Θέογνις ὁ μεγαρεὺς μετὰ τὴν ποίησιν τοῦ κόσμου τούτου, ἔτει τρισχιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ· τοῖς αὐτοῖς γὰρ χρόνοις ἑξηκοστὴ ὀλυμπιὰς ἐμπίπτειν ὑπὸ πλειόνων παραδέδοται. καὶ τὸ ἐναντίον ἄλλοι τινὲς εὑρίσκονται. οἳ δῆλον ποιοῦντες φέρουσι, τὸν αὐτὸν οὐ μὴν κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν, μᾶλλον δὲ πεντηκοστὴν καὶ ἐνάτην ὀλυμπιάδα βεβιωκέναι.

Ἔγραψε δὲ ἐλέγειαν εἰς χάριν συρακουσίων, τῶν μάλιστα ἐκ πολιορκίας συρακουσῶν διασωθέντων, αὐτῇ ἴσως τοὺς διαφυγόντας ἢ προσηγορῆσαι βουλόμενος, ἢ καὶ αὐτὸν τῆς σωτηρίας αὐτῶν, καὶ τῆς ἐκ τῶν κινδύνων ἀπαλλαγῆς τε καὶ συμφορῶν ἀποτροπῆς συγχαίρειν ἐνδεξάμενος. συνέγραψε πρὸς τούτοις καὶ παραινέσεις πλείστας, ὅσας μιαρίας τε καὶ ἀσελγεῖς καὶ αἰσχροὺς ἔρωτας

MICHAELIS NEANDRI SORAVIENSIS, DE THEOGNIDE.

THeognides plures fuiſſe legimus. Theognidem quendam, qui de ſacrificijs in Rhodo, in inſula illa à Pindaro valde celebrata, libros aliquot ſcripſerit, ex quibus teſtimonia petit † Athenæus. Alterum etiam tragicum, ſed * illepidum prorſus & frigidum: vnde & Chiona, à niue videlicet, eum cognominarunt Comici, qui cauillis etiam eum inſectati leguntur (vt fuit id ipſis in veteri Comœdia vſitatiſſimum) propter eius poëmatum frigiditatem, ineptiaſque. Alterius etiam Theognidis Socrates meminit in Eccleſiaſtica ſua hiſtoria, Epiſcopi ſcilicet, qui partes Arrianas fuerit tutatus & ſecutus.

7. Olymp. hy- [illegible]

† Libro 8. Δειπνοσοφιστῶν.

Lib. 1. cap. 8.

Cæterùm de hoc noſtro poëta Theognide, alij aliter ſentiunt, non eaſdem eorundem ſcriptorum opiniones ſecuti. Stephanus namque & Harpocration (cum plura ſint Megara, ſex ſcilicet toto numero) Megarenſem eum faciunt, ex Attica. Plato verò cum Suida, philoſophiæ lumen illud ampliſsimum, Megarenſem in Sicilia, quiſque ſuas rationes ſequuti, eas adepti tum ex ipſius poëtæ verſibus, tum etiam alijs occaſionibus: quas alij pluribus etiam oſtendere, conciliare atq; exponere ſunt conati.

In Lexico in decem Rhetores.
In commentario de Vrbibus.
1. de Legibus.

De parentibus eius, quandoue natus, ſeu mortuus etiam fuerit, nemo eſt veterum, quod quidem memini, qui id prodiderit. Floruiſſe verò tradunt Olympiade ſexageſima, attingentem adhuc tempora Solonis, Athenienſium legiſlatoris ſapientiſsimi: Anacreontis præterea, & Simonidis, Lyricorum præſtantiſsimorum: ac Pherecydæ tragœdi, qui pediculari morbo poſtea interijt: quemadmodum idem de † Platone ſunt qui prodiderunt. Hoc eſt, vixit Theognis Megarenſis poſt conditum mundum, anno ter milleſimo quadringenteſimo vigeſimo quinto: in id namque tempus ſexageſima Olympias incidit. tametſi etiam ſint, †† qui non ſexageſima, ſed quinquageſima nona Olympiade eum floruiſſe tradant.

Plutarch. in Sylla. tametſi cõtrarium ſcribat Plinius lib. 7 cap. 51.
† Diogenes in Platone. vide etiam prouerb. Pediculi Platonis.
†† Suidas in Theognide.

Scripſit verò Elegiam, in gratiam Syracuſanorum, qui ex obſidione Syracuſana ſeruati euaſerant: qua eos forte & cõſolari, & liberationem à periculo gratulari ijſdem voluit. Scripſit item paræneſes, quas nonnunquã obſcœnis amori-

R bus

* Meminit eius Suidas in Theognide, & Ariſtophanes in Cereris ſacra celebrãtibus. de eo loco hæc ferebantur: εἰ μὴ κατένιψε τὴν Θρᾴκην χιόνι πολλῇ, καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον ὅταν Θέογνις ἠγωνίζετο.

ἔρωτας παρεσπαρμένους καὶ ἐμμιχθέντας ἐχούσας. τοιγαροῦν καὶ ὁ ἀθλιώτατος
αὐτὸν ἐν τούτων χώρᾳ κατέθηκεν, οἱ ταῖς ἡδοναῖς σχολάζοντες αὐτῶν μόνων πᾶ-
σαν καὶ σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν ἐποίησαν, καὶ διὰ παντὸς ἐν ἡδυπαθείᾳ διαθλεύ-
οντες τὸν βίον διετέλεσαν· ὅπερ καὶ ἐξ αὐτῶν ἐπῶν αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ κατα-
φανὲς πᾶσι ποιεῖται. αὕται δὲ παραινέσεις, καθάπερ καὶ ἐλεγεία περὶ τῶν συ-
ρακουσῶν πολιορκηθεισῶν, ἀφανισθεῖσα τῷ χρόνῳ κακῶς ἀπώλετο: ὥσπερ καὶ
πλεῖστα ἄλλα μυρίων ἄλλων ὠφελιμωτάτων καὶ σοφωτάτων συγγραφέων συγ-
γράμματα, διὰ τῶν πολέμων ἀπώλωλε, καὶ ἢ πυρί, ἢ καὶ τῶν προγόνων ἡμῶν ἀ-
μελείᾳ, ἀμουσίᾳ, ῥαθυμίᾳ τε καὶ αἰτίᾳ καὶ ὁμοίοις ἄλλοις τισὶ τῶν ἐλευθέρων
γραμμάτων λοιμοῖς, λοίμαις τε καὶ φθοραῖς πανολεθρίᾳ οἰκτροτάτῃ οὕτως ἠ-
φανίσθη, ὥστε μηδέ τι ὀνόματα αὐτῶν καταλειφθῆναι.

Ἔγραψε πρὸς τούτοις ἐλεγείαν εἰς τὸν φίλον αὐτοῦ, ἥπερ γνωμῶν ἢ καὶ
γνωμολογίας ἐπιγραφὴν ἔχει, διὰ τὸ ἤγουν περιέχειν καὶ παρατίθεσθαι διὰ
βραχειῶν γνωμῶν καὶ ὑποθηκῶν πλεῖστα ὅσα παραγγέλματα, διδάγματά
τε καὶ καλλίστας διδασκαλίας, περὶ τῆς ἀρετῆς μάλιστα, καὶ παντὸς τοῦ
βίου καὶ τῶν τρόπων διοικήσεως γεγραμμένας, καὶ τὸ τέλος περὶ παντοίων εὐ-
χρηστῶν καὶ πολυωφελῶν διδαχῶν, πάνυ συνεχόντως καὶ σοφῶς ἐχουσῶν,
ὅπως ἀθρόως ἐκπονηθείσας. αὕτη μέχρι οὗ πρὸς ἡμᾶς ἐσώθη. πρόδηλον δέ, αὐ-
τὴν οὐ μὴν ὅλην οὕτως ὑπὸ τοῦ θεόγνιδος πεποιημένην, καὶ εἰς αὐτὸν ἀνα-
φέρεται, καὶ τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ ἐπιγραφὴν ἔχει. μετρίως γὰρ μόνον πεπαι-
δευμένος, καὶ ὁπωσοῦν ἐμπειρίαν τινὰ περὶ τὴν τῶν παλαιῶν συγγραφέων ἀ-
νάγνωσιν ἠσκηκώς, καταυτίκα κατανοήσει ταύτην τὴν γνωμολογίαν πλεί-
στων ὅσων διαφόρων ποιημάτων ἅμα συναθροισμὸν ὑπάρχειν, ἅμα καὶ πάμ-
πολλα ἄλλων τινῶν ποιητῶν ἔπη ἐμμιχθέντα ἔχειν, τοῦ σόλωνος δῆτα, τοῦ
τυρταίου, τοῦ καὶ εὐήνου, ὅτι δηλαδὴ πολλοὶ στίχοι ὑπὸ τοῦ ὀνόματος αὐτῶν
παρὰ τοῖς συγγραφεῦσι ἐξενήνεγκται, οἱ ἐν τοῖς θεογνιδείοις ὁμοίως ἔγκεινται.
εἰ μή τις μᾶλλον ὑπολήψεται ἄν, θέογνιν τοῖς ἔπεσιν ἐκ τῶν ἄλλων γνωμολό-
γων παραιρεθεῖσι αὐτόματον ἀντὶ τῶν ἰδίων κεχρῆσθαι, ὅτι μάλιστα αὐτῷ ἔ-
δοξε τῇ πραγματείᾳ αὐτοῦ ὁμοφρονεῖν, καὶ μεγίστην τῷ ὑποκειμένῳ συγγέ-
νειαν ἔχειν. καθάπερ καὶ παρὰ τῷ ὀρφεῖ καὶ ἡσιόδῳ ἔπη τινὰ κεῖται, ἃ τοῖς
αὐτοῖς ῥήμασι καὶ ταῖς αὐταῖς ἅμα συλλαβαῖς, ἐν τοῖς τοῦ ὁμήρου εὑρίσκονται,
οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντα. καὶ μὴν τούτῳ πάνυ ὁμοίως ἔχει τὸ αἰσχύλειον τοῦ-
το, ὃς εἰπεῖν εἴωθε, τὰς τραγῳδίας αὐτοῦ εἶναι μικρά τινα τεμάχια τῶν με-
γάλων δείπνων τοῦ ὁμήρου. δηλαδὴ ἑκάστους τῶν πάλαι ἐκ τῶν ποιημά-
των τοῦ ὁμήρου, ὡσανεὶ πηγῆς καὶ πρωτοπάτορος τῶν ἁπασῶν διδαχῶν
καὶ ξυμπάσης τῆς ἀρχαιότητος, καὶ πλείστων ὅσων καλῶν καὶ παλαιῶν πρα-
γματειῶν γραφέως σοφωτάτου, καὶ ἀρχιτέκτονος θαυμασιωτάτου, ὕλην καὶ
ὑπόθεσιν τοῦ γράφειν, ὥσπερ ἐκ ταμιείου, ὡς ὅτι πλουσιωτάτου ἀκενώτου φη-
μὶ τινὸς βαθίστου, λαμβάνειν, καὶ αὐτὸν ἅπασιν ἀρκούντως πάντα παρασκευ-
άζειν, ἀλλοτρίων δὲ οὐδεμίαν χρείαν ἔχειν, μηδέ τι παρ' ἄλλοις ἐλλείπειν. καὶ δὴ
ἕως οὗ οὐδεὶς εὑρέθη, δυνάμενος τοῦτο δῆλον ποιήσασθαι, οὐ μεμπτὸς αὐτὸς γενέ-
σθαι ἂν δυνήσαιτο, μετὰ ταῦτα καὶ συνάθροισις καὶ σύνταγμα τῶν γνωμῶν καὶ
ὑποθηκῶν.

bus inquinauit. vnde & Athenæus ipsum inter eos connumerat, qui voluptatibus se totos manciparunt. Atque eius quosdam etiam versus affert, hoc idem qui comprobent. Parænefes verò istæ, quemadmodum & Elegia de Syracusarum obsidione, temporis iniuria sunt amissæ: quemadmodũ infinita millia * alia optimorum autorum, bellis, incendijs, aut etiam maiorum incuria, inscitia ac barbaria, similibusq́; literarum pestibus, similiter malè perierũt, vt ne nomina quidem horum supersint amplius.

Scripsit etiam Elegiam ad Cyrnum amicum, quæ γνῶμαι seu γνωμολογία inscribitur, quòd breuibus sententijs præcepta tradat de virtute, de vitæ atq; morum honesta gubernatione. Ea autem adhuc extat: tametsi manifestũ sit, quòd ea non sit tota Theognidis, quamuis ei tribuatur, ipsius etiam autoris inscriptionem habeat. Mediocriter namq; exercitatus, ac in veterum authorum lectione versatus, mox iudicabit, quòd multæ aliorum poëtarum sententiæ ei Gnomologiæ sunt insertæ: vt Solonis, Tyrtæi, Eueni: quòd sub horum nomine apud authores plerique versus, qui apud Theognidem reperiuntur, referantur. Nisi quis velit, vltrò sic à Theognide pro suis, ex aliorũ Gnomologijs, eos versus esse vsurpatos, quòd suo instituto conuenire viderẽtur. Quemadmodum & apud Orphea & Hesiodũ versus reperias, qui ijsdem verbis, ac etiam syllabis, apud Homerũ legantur. Nec ab re est, quod Aeschylum dicere solitum accepimus, suas tragœdias particulas esse quasdã de magnis cœnis Homeri: quòd scilicet ab eo, tanquam primo doctrinarum ac omnis antiquitatis parente, ac sapientissimo multarum bonarũ rerum pictore, mirabiliq́; architecto, quisq; scribendi materiam & argumentum sumeret: ipseq; omnibus suppeditaret, peteret verò à nemine. quem namq; ipse imitari potuerit, hactenus nemo est qui id scripserit. Præterea ipse etiã cõtextus & ordo

Apud Athenæum lib. 8. Δειπνοσοφιστῶν.

R 2 senten-

* Alexandriæ, in bello priori Alexandrino, perierunt in vna bibliotheca septingenta millia volumnum: Gellius lib. 7. capite 17. Seneca libro 1. de tranquillitate vitæ. Sic sub Zenone Cæsare, Constantinopoli in vna bibliotheca conflagrarunt centum viginti librorum millia: Suidas in Malcho, & Zonaras tomo historiarum suarum tertio. Sic perierunt sex librorum millia Origenis, & tria millia quingenti Didymi Grammatici, quorum Hieronymus, Quintilianus & Seneca meminerunt. Nec extant Liuij decades quatuordecim: nec etiam reperiuntur Varronis librorum septuaginta heptades, quarum Gellius meminit, & alij aliorum plurimorum, male perditorum.

ὑποθηκῶν ἀσυνάρμοστον, καὶ ἀσυντάκτως τε καὶ συγκεχυμένως ἔχον σαφῶς ἐνδείκνυσι, πλεῖστα ὅσα ἔπη ἐκ τῆς γνωμολογίας ἐκείνου ἀποβεβλῆσθαι ὁποίας γε αἰτίας ἕνεκα, ἢ διὰ τὸ πλεῖστον αἰσχρολογίας ἔχειν δοκεῖν, ἢ καὶ διὰ τὰς μιαρίας παρεμπαρμένας, ἃς αἱ τῶν ἐπιεικῶν καὶ τῶν παίδων καλῶν ἀκοαὶ ἀποστρέφονται. ἀντὶ δὲ τῶν ἄλλα τινὰ πολὺ καὶ σεμνότερα καὶ ὠφελιμώτερα ἐκ διαφόρων ἄλλων τινῶν γνωμολόγων ποιημάτων ἐμπεποιῆσθαι. ὡς ἐκ τῶν τοῦ σόλωνος, τυρταίου τοῦ ἀθηναίου, χίλωνος τοῦ λακεδαιμονίου, θάλητος μιλησίου, πιττάκου τοῦ μιτυληναίου, περιάνδρου τοῦ κορινθίου, καὶ ἀναχάρσιδος τοῦ σκύθου· οἱ γὰρ ἅμα πάντες ὑποθήκας, γνώμας, ἐλεγείας τε καὶ νόμους μέτρῳ συνέγραψαν. αὐτὰς δὴ οἱ πάλαι ἄνδρες σοφώτατοι γενόμενοι, καὶ διαπαντὸς τιμηθησόμενοι, διὰ αἰδοῦς τε καὶ ἐπαίνου πλείστου ἀεὶ ἀχθησόμενοι, περὶ τοσούτου πεποιηκέναι λέγονται, ὥστε τοῖς παισὶ αὐτῶν ἐντείνασθαι δημοσίᾳ αὐλαῖς καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώπων συλλόγοις καὶ πανηγύρεσιν ἀπαριθμουμένους σπουδαίως ἕκαστα ὑμνοῦντας ἀείδειν.

Καὶ μὴν ἀθηναῖος ἱστορεῖ, τὸν θέογνιν, σόλωνα καὶ φωκυλίδην, ξὺν ἄλλοις τισὶ ποιηταῖς, γνώμας αὐτῶν μέτροις καὶ ἀριθμοῖς διὰ τοῦτο μάλιστα περιειληφηκότας, ὅτι τοῖς πάλαι ἐν ἔθει γέγονεν αὖ, δημοσίᾳ αὖ ἀπομνημονεῦσαι ᾄδοντας ποιήματα αὐτῶν, ὥσπερ διδασκαλίας τυγχάνοντα, καὶ κηρύγματα ὄντα νόμου τοῦ ὑπὸ θεοῦ ταῖς καρδίαις πάντων ἀνθρώπων ἐγγραφέντος, καὶ οἱονεὶ ἐγχαραχθέντος, μᾶλλον δὲ φωνὰς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ αὐτὰς ἐν πάντων καρδίαις φωνούσας, περὶ ἁπάντων δηλαδή, ἃ χρὴ καὶ μανθάνειν καὶ σαφῶς εἰδέναι τοὺς ἀνθρώπους· καθάπερ τοῦτο ἄλλοθι που περὶ τῶν τοῦ ὁμήρου καὶ εὐριπίδου, καὶ ἄλλων τινῶν, διὰ πλειόνων διεξεληλύθαμεν, οἷον ἐκ τῶν παλαιῶν διηγημάτων καὶ βεβαίων ἐνδείξεων.

Πρὸς τούτοις ἅμα πρόδηλον ἐκ χωρίου τινὸς ξενοφῶντος, ὑπὸ τοῦ ἑλληνικοῦ γνωμολόγου προσενεχθέντος ἐκ βιβλίου τινὸς τοῦ αὐτοῦ ξενοφῶντος, ἀλλ' ἀπολωλότος, ἄλλην τινὰ πάντως τὸ πάλαι ἀρχὴν τῆς παρούσης πρὸς τὸν κύρνον ἐλεγείας ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ πεποιημένην γεγονέναι· ὥστε καὶ ἤδη ἐκ τοῦ αὐτοῦ τεκμηρίου, καὶ τῶν ἄλλων ἀνωτέρω εἰρημένων, φανερὸν εἶναι, ἀντὶ τῶν περιαιρεθέντων ἐπῶν, ἐκ ταύτης ἐλεγείας, ἄλλα τινὰ ἐκ διαφόρων γνωμολόγων ποιημάτων ἐκλεχθέντα, καὶ αὐτὰ πάμπολλα, ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἐμβληθέντα παρεμπεποιῆσθαι· καθάπερ ἡμεῖς ἐν τοῖς κάτω τὰ τοῦ ποιητοῦ χαλεπώτερα διασαφιζόμενοι, ἰδίοις χωρίοις σαφέστερον ἐνδείξασθαι ἐπιχειρήσαμεν.

Ἀλλὰ μὴν ποιητὴν αὐτὸν ἐν πλείστῃ ἀξίᾳ γεγονέναι παρὰ τοῖς προγενέσι καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν γεγενημένοις, δῆλον ἐκ τούτων μάλιστα, ὅτι πλεῖστοι ἔστοι συγγραφέες περιβόητοι, καὶ μεγίστην δόξαν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ κεκτημένοι ἔχοντες, ἐξ ἴσου μεγίστης τιμῆς τοῖς στίχοις αὐτοῖς κέχρηνται, ὡς ἀξιώμασι καὶ χρησμοῖς ὑπ' αὐτοῦ ἀπόλλωνος παραδοθεῖσι καὶ ἐξαγορευθεῖσι· πλάτων φημὶ, καὶ ἀριστοτέλης, ξενοφῶν, καὶ πλούταρχος, ἀθηναῖός τε, δίων χρυσόστομος, καὶ φίλων ἰουδαῖος. καί γε ἐκ τῶν ἑλληνικῶν πατέρων, κλήμης ὁ ἀλεξανδρεύς, καὶ βασίλειος τὴν ἐπίκλησιν μεγάλος. καὶ μὴν καὶ ὑπὸ ἀριστοτέλους παραδιδομένον ἴσμεν τῶν θεόγνιδος ἐπῶν ἐν προθύρῳ τοῦ ἱεροῦ ἀπόλλωνος τοῦ ἐν δήλῳ ἓν προσγεγραμμένον, ὅπερ αὐτὸς ἐν χώρῃ καὶ τάξει τῶν εὐχῶν καταριθμού-

ſententiarum, qui nullus eſt in Theognide, manifeſtè docet, multos verſus paſsim ex tota illa Gnomologia eſſe abiectos, à quocunque etiam: quòd ſeu laſciuiores, ſeu impuriores eſſent, quàm vt coram honeſtis ac puerilibus auribus ſe probare poſſent: ac in horum locum alios eſſe ſuffectos modeſtiores, caſtigatiores, & vtiliores etiam, ex aliorum Gnomologorum libris: vt Solonis, Tyrtæi Athenienſis, Chilonis Lacedæmonij, Thaletis Mileſij, Pittaci Mitylenæi, Periandri Corinthij, Anacharſidis Scythæ. & hi enim omnes, gnomas, hypothecas, elegias, & leges verſibus comprehenſas ſcripſiſſe leguntur: quas etiam veneranda ac ſapiens vetuſtas tanti feciſſe legitur, vt eas publicè recitari ac cani à pueris in publicis celebritatibus præceperit.

Autoribus Laërtio & Suida.

Athenæus li. 14. Νηστευσοφιστῶν.

Ideo namq; Athenæus ſcribit, Solonem, Theognidem, Phocylidé, &c. præcepta & ſententias ſuas ad numeros, metrorumq; ſeriem feciſſe: quòd ipſorum verſus recitarentur ac canerentur tanquam doctrinæ & conciones legis naturæ, ſeu potius ipſius Dei, de omnibus, de quibus docendi ſunt homines: quemadmodum id de Homeri, Euripidis, ac aliorum ſcriptis, alibi pluribus ex veterum narrationibus retulimus.

Plato in Hipparcho, Lycurgus in oratione contra Leocraté, Plutarchus in Nicia.

Ac apparet ex Xenophontis etiam quodam loco, à Græco Gnomologo ex quocunque etiam eius autoris libro, qui perijt, adducto, aliud olim fuiſſe præſentis ad Cyrnum elegiæ initium. vt tum ex eo, tum alijs ſuprà memoratis rationibus, ſatis conſtet, ſublatis inde plurimis verſibus, quacunque etiam de cauſa, à quocunque etiam, ſuffectos in horum locum alios, ex aliorum Gnomicorum ſcriptis decerptos: quemadmodum nos id etiam in margine textus, in aliquot locis conati ſumus oſtendere.

Cæterùm quòd eum authorem maximi fecerint veteres, manifeſtum fit inde maximè, quòd multi magni ſcriptores, non ſine honoris præfatione, eius verſus, veluti axiomata & oracula ab ipſo Apolline edita, frequenter vſurparint: Plato inquam, Ariſtoteles, Xenophó, Plutarchus, Athenæus, Dion Chryſoſtomus, Philo Iudæus: ac de patribus Græcis, Clemens Alexandrinus ac Baſilius Magnus. Quin Ariſtoteles etiam prodidit, in veſtibulo templi Apollinis, q; eſt in Delo inſula, ſcriptum fuiſſe verſum Theognidis, qui ab eodem

Lib. 1. Morall. ad Eudem.

τοῦ διωνύμου τυγχάνει, περὶ ὧν καὶ πλάτων καὶ ἄλλοι τινὲς οὐ συμφωνοῦντα ταῖς τῶν ἄλλων γνώμαις γράψαντες ἔτυχον. ἔχει δὲ αὐτὸ τὸ ἔπος οὑτωσί πως· κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν. Καθάπερ ἀλλαχοῦ καὶ περὶ τῶν ἐπῶν ἡσιοδείων καὶ φωκυλιδείων ὁμοίως μεμνήμεθα, ὅτι καὶ ἀπόλλων ὑπ' ἀνθρώπων ἐρωτηθεὶς, τοῖς αὐτοῖς χρηστηρίοις ὢν ἀποκρίνασθαι εἴωθε, ὥσπερ ταῖς αὐτοῦ, εἰ καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τοῦ θεοῦ φωναῖς ὀρθῶς καὶ καλῶς ἐχούσαις· ὡς αὖ καὶ τοῦτον τὸν τρόπον τοῖς ἀνθρώποις τοῖς τότε γενομένοις, αὐτὰ καθὼς εὐσεβῶς καὶ ὠφελίμως εἰρημένα, κεχαρισμένα ἀπεργάζεσθαι, καὶ οὕτως ἐν στόματί τε καὶ καρδίαις πάντων αὐτὰ ἀποκατατίθεσθαι.

Κύρνος δὲ, πολυπαίδας, σιμωνίδας, ὀνομάκριτος, κλεάριστος, δημότιμος, δημοκλῆς, ἀκάδημος, τιμαγόρας, ἄργυρις, ὀνόματα τυγχάνει ὄντα κύρια, καὶ πρόσωπα, ἃ ποιητὴς πλεονάκις πρὸς αὐτὰ τὸν λόγον καταστρεφόμενος, ὥσπερ φίλους προσφωνεῖται, περὶ οὗ μνείαν ποιεῖσθαι ἐν τῷ νῦν ἡμῖν ἔδοξε. τὸ δὲ τῶν ὀνομάτων ἐτυμολογικὸν, μετρίως ἐν τοῖς στοιχείοις ἑλλάδος γλώττης πεπαιδευμένος, ῥαδίως κατανοήσει, καὶ ἄνευ ἄλλων τινῶν ἑρμηνείας καταμαθήσεται. κλεάριστος, σχηματισθὲν ἀπὸ τοῦ κλέους τοῦ ἀρίστου, ἄριστα εὐκλεέστατον καὶ ἐξαίρετον, καὶ λαμπροτάτην ἐπὶ τῷ ὀνόματι δόξαν κεκτημένον ἀποφαίνει. οἱ γὰρ τὸ πάλαι γινόμενοι μηδὲ εἰκῇ, μηδ' ἀβούλως, μηδὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς αὐτίκα γενέσεως ἡμέρας, ἄλλοι δὲ ἄλλῳ καὶ πολυχρονίῳ ὕστερον τοῖς τέκνοις αὐτῶν ὀνόματα ἐπέθηκαν. καί γε οἱ μὲν ἀπ' ἄλλων αἰτιῶν καὶ πραγμάτων, οἱ δὲ ἀπὸ ἀρετῶν κακιῶν τε καὶ σπουδῶν, τρόπων τε καὶ ἐργμάτων καλῶς ἢ κακῶς πεπραγμένων, καὶ ἄλλων τούτοις ὁμοίων, ἐπωνυμίας εἶχον· καθάπερ τοῦτο ἐκ πλείστων ὅσων παραδειγμάτων δηλεῖν ἔστιν, ὡς ἐκ τῶν τοῦ πινδάρου, περὶ τοῦ ἰάμου· καὶ προσέτι τοῦ αἴαντος τοῦ τελαμωνίου, ὃ ὁσαύτως κεῖται παρὰ σοφοκλεῖ· καὶ μετὰ ταῦτα ἐκ τοῦ περὶ τοῦ ὀδυσσέως παρὰ ὁμήρῳ, καὶ ἐξ ἄλλων παρὰ ἄλλοις τισὶ ποιηταῖς, καὶ τῶν αὐτῶν ἑρμηνευταῖς καὶ σχολιασταῖς. αἱ δὲ θυγατέρες ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἀπὸ τῶν πατέρων ἐπωνυμιασμέναι ἐπεκαλοῦντο. ὥσπερ τοῦτο σαφῶς ἐκ τῶν τοῦ πάλαι ἔργου καταμαθεῖν τις δύναται, σημεῖον ποιησάμενος τὴν τοῦ καίσαρος πομπηΐαν, καὶ ἰουλίαν τὴν τοῦ πομπηΐου γυναῖκα, κορνηλίαν προσέτι τοῦ σκιπίωνος, τουλλίαν τοῦ κικέρωνός τε, καὶ τὴν μετέλλαν τοῦ μετέλλου.

Ὡς δὲ μὴ πόρρω τῆς ὑποθέσεως ἀποπλανώμεθα, συμβέβηκε ἐπὶ τούτοις τῷ θεόγνιδι, ὁμοίως μὲν πλείστοις ὅσοις ἄλλοις παλαιοῖς συγγραφεῦσι ὥστε τύχῃ οὐ καλῇ πάνυ χρώμενον, πολλῷ χρόνῳ πάνυ ἀδιορθώτως καὶ ἐλλείπως ἔχοντα, καὶ πολλοῖς ἐν χωρίοις κακῶς λελωβημένον ἐν σκότει ἀπολανθάνεσθαι, καὶ φθορεῦσι καὶ εἰδεχθείᾳ προστετριμμένον, ἄνευ τῶν φιλομούσων κενοφελείας ἀποκεκρυμμένως ἀποκεῖσθαι· αὐτὸν δὲ ὡς ἀποτεθνεῶτα καὶ πρὸ πολλοῦ ἀπολωλότα, πάλιν εἰς φῶς ἀνήγαγε, καὶ πρὸς βίον ἐπισταμένως διορθωσάμενος αὐτὸν νόστιμον οἱονεὶ ἐκ νεκύων, χθονίους κευθμῶνας ἐάσαντα (καθάπερ παρὰ ποιητῇ τὶς τοιουτοτρόπως λέγων τυγχάνει) ἀνιστάμενος ἐποίησε λαμπρότατος ἀνὴρ ΙΩΑΧΕΙΜΟΣ Ο' ΚΑΜΕΡΑΡΙΟΣ, ὃς εὖ καὶ καλῶς πρὸς τοὺς περὶ τὰ τῶν τεχνῶν καὶ ἐλευθέρων γραμμάτων ἐπιτηδεύ-

de ordine votorum refertur: de quo Plato ac alij aliter senserunt. est autem is iste:

κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν. Quemadmodum de Hesiodi, Phocylidæque versibus alibi scripsimus, quòd ab Apolline, vt suæ, Deique voces, instar oraculorum fuerint vsurpati: vt fortè hac ratione eos, eius temporis hominibus commendatos redderet.

Herodotus lib. 6.

Cyrnus autem, Polypædes, Simonides, Onomacritus, Clearistus, Theotimus, Democles, Academus, Timagoras, Argyris, nomina sunt propria, & personæ ad quas orationem conuertit sæpe poëta, eos vt amicos compellans: quod semel monere hoc loco voluimus. Quid verò illa nomina significent, mediocriter in initijs saltem Græcæ linguæ versatus, ipse facilè videbit, sine expositione. Clearistus, virum præstantem, celebri nominis gloria illustrem significat. veteres namque liberis suis non temerè nomina imponebant: nec ab ipso mox natiuitatis die, sed alij alio tempore, longeque post, ac ab alijs causis, studijs, moribus, virtutibus, vitijs, & similibus: quemadmodum apud Pindarum † sunt exempla de Iamo: apud eundem etiam, quemadmodum & Sophoclem, de Aiace Telamonio: apud Homerum *, de Vlysse: apud alios poëtas, horumque interpretes, de alijs alia. Puellis autem plerumque patrum nomina indebantur: quemadmodum ex Plutarcho id colligere licet, de Pompeia Cæsaris, Iuliaque Pompeij vxore: de Cornelia Scipionis, Tullia Ciceronis, Metellaque Metelli filia.

De eo vide Plinium lib. 18. cap. 3. Plutarchum in vita Coriolani, Suidam in voce ἀμφιδρόμια, Platonem in Cratylo, & Quintilianum lib. 1. cap. 7.

† Hymno 6. Olymp. de Aiace vero, 6. Isthmiorum, & apud Sophoclem in Aiace flagellifero.

* Odyss. lib. τ.

Suo verò quodam fato Theognidi, quod veterum etiam plerisque alijs, accidit, vt longo tempore mutilus, lacerus, ac plerisque in locis perditissimè corruptus, in angulis abditus iaceret, sine publico discentium vsu, quocunque etiam casu miserrimè ac desperatissimè deformatus. Eum quasi amissum & mortuum, luci ac vitæ tandem restituit clarissimus vir IOACHIMVS CAMERARIVS, de re literaria longo tem-

ἐπιτηδεύματα φιλοσοφοῦντας διακείμενος, ταῖς τέχναις πλεῖστον ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀπέδωκε εἰς πολλὴν εὐπορίαν. οὐκ ἀνωφελῆ προσέτι καὶ ἄχρηστον σπουδὴν περὶ τὸν ποιητὴν ἐσχήκασι ἄλλοι τινὲς ἐλλογιμώτατοι καὶ σοφώτατοι ἄνδρες, ὧν ἐπιμέλεια καὶ ἡμᾶς πλεῖστον ὠφέλησε. καὶ ἡμεῖς δὴ οὐδὲν ἀποροῦντες, ἀλλὰ μεγίστην ἡμῖν ἐλπίδα περιποιούμενοι διατελοῦμεν, ἡμέτερον ἅμα πόνον καὶ σπουδὴν, ἣν περὶ τὸ μεταφράσασθαι καὶ μεθερμηνεύσασθαι τὸν Θέογνιν σπουδάζοντες ἐπιμελῶς ἐποιήσαμεν, τοῖς νεανίαις φιλομούσοις προσφιλῆ ἅμα, καὶ μηδαμῶς ἀνωφέλιμον, ἀλλὰ μᾶλλον λυσιτελεστάτην γενήσεσθαι.

Πρὸς ταύτην δὲ ἐπιμέλειαν καὶ πόνον ἡμᾶς ἐπώτρυναν πολλοὶ ἀγαθοὶ φίλοι, ὀνομαστότατοι καὶ σοφώτατοι ἄνδρες γενόμενοι, εἰπόντες πλεῖστα ἔτι ἐν τοῖς Θεογνιδείοις ἔπεσι εὑρεθῆναι ἀδιανόητα, καὶ ἀσαφέστερον πῶς ἔχοντα, ἃ καὶ τοῖς παισὶ ταραχὰς ἐμποιεῖσθαι δύναιτο, καὶ ἅμα τοῖς ἀναγινωσκομένοις, παντάπασι περὶ τούτων ἀμφισβητήτως ἔχουσι, ἐμποδὼν γίγνοιτο· καὶ διότι ἐξηγήσεως ἐπιμελοῦς καὶ ἑρμηνείας σαφεστέρας χρείαν ἔχοιτο, οἷς περ καλῶς καὶ ὀρθῶς περὶ τούτων πάντα διανοηθέντων (ὅτι καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ μέχρι τότε δεδογμένον ἐφαίνετο) οὐκ ἔχειν μάχεσθαι ἀλόγως.

Οὕτω δὲ ἡμεῖς σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν εἰς τὰ τοῦ Θεόγνιδος ἔπη καταναλίσκοντες τετυχήκαμεν, εἰ καὶ αὐτὰ εὐξυνετά ῥάδιά τε καὶ φανερὰ πεποιηκότες ὑπάρχομεν. διεξελθεῖν ἡμῶν ἔργον οὐκ ἐστι. τοῦτο ἄρα ἐπιμελέστατα ἐπιχειρήσαμεν, καὶ μόνον ἐκ πάντων περὶ ταύτην τὴν πραγματείαν κατὰ τὸ δυνατὸν παντὶ σθένει διετρίψαμεν, ὥστε τὴν νεότητα ὠφεληθῆναι, καὶ ἅμα πάντες τοὺς τῶν πάλαι σοφῶν λόγους ἐμφιλοχωροῦντας ἐκ τοῦδε τοῦ συγγραφέως ἐπικαρπίας τινὰς καὶ ὠφέλειαν λαμβάνειν δύνασθαι. καθάπερ γὰρ καὶ ἄλλως τι διὰ παντὸς, τοῦτο ἐπιμελῶς σπουδάζοντες τυγχάνομεν, ἵνα μόνον χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα καὶ ἀναγκαῖα λέγωμεν· ὥσπερ περὶ Ἐπιχάρμου τοῦ σικελιώτου γέγραπται ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ, ὅτι τοῖς παισὶ χρήσιμα εἶπεν. ὁμοίως καὶ ἐνταῦθα παντὶ σθένει, οὐδενὶ πόνῳ φειδόμενοι, ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοῦ πρὶν ὑφ' ὑμῶν ἐφιγμένου τέλους σπευσάμενοι οὔποτε ἀπηναισάμεθα, ὅσον περ ἀπ' ἄλλων τινῶν περὶ ὧν διατριβὴν ὡσαύτως ἀσχολοῖμεν. σχολὴν ἄγειν ἡμεῖς οἷοί τε γεγόναμεν, ὅταν ἤδη πρὸ πολλοῦ τὰ πάντα ἡμῶν τῇ κοινωφελείᾳ οὐδὲν ἀπόθετον ἢ καὶ ἀταμίευτον ποιησάμενοι ἀνατεθείκαμεν.

Ταύτην δὲ ἐξήγησιν εἰς Θέογνιν συγγεγραμμένην, ἐκ βελτίστων καὶ χρησιμωτάτων ἑλληνικῶν ἅμα καὶ ῥωμαϊκῶν συγγραφέων συμπαρασκευάσαμεν, καὶ προσέτι ἐξ ἑλληνικοῦ ἑρμηνέως, καὶ τῶν τοῦ Ἐράσμου χιλιάδων συγκομισάμεθα· παρ' ὧ οὐ μὴ μόνον τοῦ παρόντος ποιητοῦ πλεῖστα ὅσα ἔπη ἐξερμηνεύονται, ἀλλά γε καὶ πλείστων ἄλλων συγγραφέων πολλοὶ ὕποπτοι ἄδηλοί τε καὶ ἀδιέργαστοι τόποι ἐκτίθενται. ταύτην δὲ ἐξήγησιν οὕτω μὲν ἐξεπονήσαμεν, ὅπως μὴ μόνον νοῦν ἑκάστων ἐπῶν κατὰ τὸ δυνατὸν, ἁπλούστατα καὶ σαφέστατα ἐνδειξαίμεθα, ἀλλ' ὁμῶς ἐμφηναίμεθα καὶ τὰ βιβλία ἄλλων συγγραφέων, ἅμα τῶν χωρίων καὶ κεφαλαίων ἐξ-

ὧν

go tempore præclarissimè meritus. Præstiterunt etiam ea in re alij docti ac eruditi viri, non inutilem operam, quorum opera nobis quoq; profuit. Speramus autem, nostrum etiam laborem, quem vertendo exponendoque Theognidi impendimus, non inutilem futurum prorsus discentibus.

Eum vt susciperemus, ideo nos monuerunt amici, boni ac eruditi viri, quòd dicerent, multa adhuc in Theognide passim reperiri, quæ & adolescentes perturbarent, lectorem remorarentur, dubium ac suspensum tenerent, ac expositionem desiderarent: quorum sententiæ, quòd idem nobis etiam hactenus visum esset, reclamare non debuimus.

Quid verò nos in Theognide præstiterimus, an faciliorem eum discentibus effecerimus, nostrum non est dicere. Id certè conati sumus sedulò, vt nostra quoque opera adolescentes, etiam in hoc autore adiutos se esse intelligerent. quemadmodum enim alias semper, id maximo studio habemus, vt quæ vtilia, bona atque necessaria sunt dicamus: veluti de Epicharmo Siculo scriptum legimus, quòd pueris vtilia dixerit. Ita vt id hoc loco quoque assequeremur, quantum quidem per alia negocia licuit, omni studio sumus conati: cum iampridem, quicquid est nobis ocij, ingenij atque industriæ, publicæ vtilitati id omne desponderimus.

Theocritus in Epigrammatis his quidem verbis: πολλὰ γὰρ ποτὶ τὰν ζωὰν τοῖς παισὶν εἶπε χρήσιμα, μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Expositionem autem, quam in Theognidem conscripsimus, ex optimis quibusque Græcis atque Latinis veteribus autoribus, parauimus, Græco quoque interprete, ac Erasmi adagiorum Chiliadibus: vbi non modò huius authoris plerique versus, verùm aliorum etiam authorum multi loci felicissimè exponuntur. Eam autem expositionem sic temperauimus, vt non solum sensum singulorum, quantum quidem fieri à nobis potuit, indicaremus: verumetiã vnà monstraremus aliorum autorum libros, locos atq; capita, ex qui-

S bus

ὧν σαφεστέραν καὶ ἱκανωτέραν ἔκφρασιν παρασκευάσθωμαι καὶ προλαμβάνωμαι αὖ καταννοησαίμεθα. διὰ τοῦτο καὶ ἅμα ἐκ τῶν τοῦ Ερασμου χιλιάδων πάσας σχεδὸν παροιμίας ὧδε προσεγράψαμεν, ἐν αἷς αἱ Θεογνίδειοι ἅμα γνῶμαι ἐκτίθενται, καὶ ἅμα ἄλλα τινὰ ἐξ ἄλλων συγγραφέων προσφέρονται, τὰς γνώμας Θεογνιδείας φανερὰς καὶ ῥαδίας ποιῆσαι δοκούμενα.

Αὐτὸ γὰρ ξύγγραμμα τῶν παροιμιῶν, περὶ οὗ τινος καὶ οὐδεὶς μέχρι τούτου τοὺς ἐπαίνους οἵους χρὴ ἀρκούντως ἐποίησε, καί τοι ἐγκωμιάζων πως καὶ ὑμνούμενος αὐτὸ ὑπερβαλλόντως, ὅταν ἑλληνικῆς ἅμα καὶ ῥωμαϊκῆς γλώττης ἀναριθμήτατος ἀνεξάντλητός τε καὶ πολυανθέστατος θησαυρὸς τυγχάνῃ, καὶ δίκην ὑπομνημάτων πολυαρκεστάτων εἰς πλείστους ὅσους ἀδήλους καὶ ἀδιανοήτους τόπους πάντων σχεδὸν τῶν ἔξω καὶ πάλαι συγγραφέων συγγεγραμμένων, καλῶς ἡμᾶς πεποιηκέναι ἡγούμεθα, εἰ τοῦτο τὸ βιβλίον τοῖς φιλομαθέσι προσφιλές τε καὶ ἐπαινετὸν ποιεῖν ἐπειράθημεν, πλεονάκις δῆτα ἐντεῦθεν παροιμίας ὧδε ἐξηγηθέντες· εἰς ὅπερ Ερασμος, περίβλεπτος ἀνὴρ ἐκεῖνος, καὶ οὐ μὴ τυχούσῃ, ἀλλὰ τετελεσμένῃ καὶ πάντα ἀριθμὸν λαβούσῃ τῶν σεμνῶν καὶ ἐλευθερίων τεχνῶν ἐπιγνώσει κεκοσμημένος, καὶ πολλοῖς παντοίων ἀρετῶν τε καὶ καλῶν μαθήσεων εἴδεσι κεκαλλυμμένος, ταῦτα πάσῃ σπουδῇ καὶ ἐπιμελείᾳ συναγαγεῖν καὶ συναθροῖσαι ἐσπούδασε, ὅσα αὐτὸς πολυΐστωρ θαυμασιώτατος, παντοιογραφώτατος, καὶ ἅμα πολυγραφώτατος ἐκ ξυμπάσης παλαιότητος ἐμεμαθήκει, καὶ ἅπερ χρησιμώτατα, ἀξιολογώτατα, γνωμικώτατα, ἀποφθεγματικώτατά τε καὶ σοφώτατα ἐνενομίκει. οὐ γὰρ μόνον ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ παροιμίας κοσμιωτέρως καλλίστῃ τάξει συντεταγμένας συντέθεικεν, ἀλλὰ πλεῖστα ἄλλα προσέθηκε, ἅπερ αὐτῷ ἐξήγησίν τινα καὶ ἔκφρασιν παροιμιῶν τινῶν περιέχειν ἐδόκει. καθάπερ εἰσὶ στίχοι οὐκ ὀλίγοι παλαιῶν, ἑλληνικῶν ἅμα καὶ ῥωμαϊκῶν ποιητῶν, οὓς μὲν ἐξ ὄχλου τῶν ἄλλων ἀφανεῖ καταταφέντας, εἰς τάξιν κατ' ἀξίαν διακοσμούμενος συνήγαγεν. πρὸς τούτοις ἐν τῇ αὐτῇ βίβλῳ συμβάλλεται πολλὰ τὰ ὑπὸ τῶν ἑλληνικῶν τε καὶ ῥωμαίων σοφῶς λεχθέντα, καὶ καλῶς ἔχοντα, καὶ δοκούμενα τῆς αὐτῆς πραγματείας καὶ ὁμοίας τινὸς πως ὑποθέσεως ὁμολογούμενα δῆτα καὶ σύμφωνα ὑπάρχειν. διὰ τοῦτο μὲν εὐχρηστότατον τῆς φιλολογίας πεδίον αὐτὴ ἡ βίβλος ὑπάρχει, ἐν ᾗ τινι πολυμερεστάτῃ ὀπίσιμα πεφυλαγμένη καὶ συγκεκλεισμένη διασώζεται, ἅμα μὲν τῶν ξυνταξάντων μὲν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ἀρχαίων πάντων τε καὶ φρονίμως εἰρημένων, καὶ τουντυχόντως τε καὶ καλλίστως ἐχόντων· ὅπου δηλαδὴ καὶ πάρεισι αὐταὶ αἱ χάριτες σεμναί τε καὶ φιλανθρώπως βλέπουσαι, ἀφροδῖται γλυκισταί, καὶ ταῖς αὐταῖς ἑπόμενα διαπαντὸς σύμπαντα τῶν ῥημάτων φέγγη, μοῦσαι τε ἀττικαί, καὶ τὸ τέλος πλουσιωτάτως εὐπορώτατον τὸ τῆς καλουμένης ἀμαλθείας κέρας, καὶ μετέπειτα ὡς ἔπος εἰπεῖν αὐτοτάτη παντοδαπῶν ἀγαθῶν ἰλιὰς ἐκεῖ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι καὶ ξυνελθεῖν ἐθέλουσαν, τοῖς φιλολόγως φιλομαθέσι πάντα εὐπόρως χαριζόμενα.

Αλλά μὴν περὶ τούτων οὐ μὴ διὰ μακροτέρων λόγοις ἐπιτεινόμενος διαλεχθείην ἄν, εἰ μὴ σαφῶς εἰδείην, ξύγγραμμα τοῦτο πολυωφελέστατον.

bus vberiorem plerorumque expositionem peti posse obseruaueramus. Ideoq́ ex Erasmi Chiliadibus pleraq́ adagia asscripsimus , in quibus seu Theognidis sententiæ explicantur, seu etiam alia ex alijs scriptoribus afferuntur, quæ Theognidis gnomis non parum lucis atque facilitatis afferre posse nobis visa sunt.

Opus namq́ istud Adagiorum, nunquam satis laudatum, cum vtriusq́ linguæ thesaurus sit incomparabilis, ac commentariorum instar amplissimorum in plerosque veterum autorum obscuros locos: rectè puto fecimus, si crebra prouerbiorum inde citatione, adolescentibus commendatum efficere studuimus id opus: in quod ipse author congerere studuit, quicquid ex vniuersa antiquitate reconditum ac memorabile, sententiosum, breue ac sapiens, ipse polyhistor admirabilis obseruatum eruerat. Non solum enim prouerbia in eo congessit, sed multa alia, quibus prouerbia exponi posse ipse mirabili ingenij acumine præditus intellexit: vt reconditos poëtarum Græcorum & Latinorum versus, quos ex reliqua turba quasi sepultos, in ordinis sui dignitatem aliunde erutos collocauit. Conferuntur præterea in eo volumine ex plurimis vtriusque linguæ authoribus, varia testimonia, quæcunque ad rem eandem & simile argumentum exponendum pertinere videntur: ita vt amplissimus in eo opere philologiæ campus sit, eruditio multiplex, omnia pulchra, vetera, sapienter dicta & elegantia, ipsæq́ Græciæ veneres, ioci, sales, gemmæ, lumina, Atticæ Musæ, denique Copiæ cornu, ipsaq́ bonorum Ilias ibi simul & semel conuenerint, ac lectoribus philomusis vltrò se ibi offerant.

Ea non dixissem pluribus, nisi scirem à quibusdam volu-

σατον, καὶ ἐκ πάντων καλλίστων καὶ μηδαμῶς τυχόντων συγγραφέων συμπερασκευασθὲν πολλῷ χρόνῳ, σπουδῇ ἀκριβεστάτῃ, ἐπιμελείᾳ τε καὶ ἀγρυπνίᾳ πλείστῃ, καὶ κρίσει τελεωτάτῃ, τοσαύτην ὅμως μόγις τιμὴν καὶ δόξαν κεκτημένην ἔχειν, ὅσην τὸ πάλαι ἔλαβεν μοναστικὰ καὶ βαρβαρικά τινα λεξικά, οὐγουτικίων, καθολικὸν, μαμμοθρεπτὸς, ἐσαδι μίκον, ἐραπίαμις τῆτον, καὶ πλεῖστα ἄλλα τούτοις ἀδελφὰ, καὶ μηδαμῶς χρήσιμα, πολὺ δὲ μακρῷ κακίω, αὐτοῖς καὶ ὀνόμασι ξένα φοβερά τε ἀπότροπα καὶ βδελυχθησόμενα, ὧν καὶ νυνὶ πλεῖσται μοναστικαὶ βιβλιοθῆκαι σμήνων δίκην μεσταί τε καὶ εὐπορωτέραι οὖσαι τυγχάνουσι. ἅπερ ἐκ πάντων θαυμάζεσθαι καὶ διαπαντὸς περὶ πλείστου ποιεῖσθαι, αὐτοῖς ἀντέχεσθαί τε καὶ ἅμα χρῆσθαι εὐχόμεθα πᾶσιν, οἷς κῆποι αὐτοὶ ἐρασμικώτατοι εὐωδέστατοί τε καὶ μελιωδέστατοι τοῦ Ἐράσμου ἀπήχθησαν, καὶ ὁμοίως τῆς ἀρχαιότητος κοσμιότητός τε καὶ παλαιῶν σοφῶν ἡδύσματα, καὶ λαμπρότατοι μαργαρῖται ναυτίαν ἐμποιεῖν δοκοῦσι. καὶ τοῦ θεοῦ δεόμεθα ἵνα οὔποτε ἄλλως ἰόν τι νοῦν τά τε ὄμματα διακείμενοι τοῦτο ἐπὶ μάλιστον χαιρόμενοι διαπράττοντες διατέλωσι.

Νεανίσκους δὲ καὶ πάντας σπουδαιοτάτους ἐν ταῖς τέχναις ὄντας, καὶ πᾶσαν σπουδὴν ἐν τῷδε βίῳ εἰς καλῶν γραμμάτων καὶ ἀγαθῶν μαθήσεων φιλονεικίαν ἀναλίσκοντας, παρακαλοῦμεν καὶ παρακελευόμεθα, ἐς χιλιάδας Ἐράσμου, ὄντα ἐρασμικώτατον καὶ πλείστας ὠφελείας περιλαμβανόμενον, πλειστάκις πλείστην σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν περὶ τὰς αὐτὰς ποιουμένους ἐπιμελῶς ἀναγινώσκειν. καὶ τὰ χρησιμώτατα καὶ ὠφελιμώτατα ἅπερ πάμπολλα ἐκεῖ πάρεισιν εὖ ἐρρωμένως καταμαθεῖν, καλῶς εἰδότες, οὔποτε μεταμελήσαντες μετέπειτα μεμψάμενοι γενήσονται, τῷ συμβουλεύσαντι ἀτυχῶς πεποιθέναι.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΠΕΡΙ ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ, παρὰ Στοβαίῳ ἐν λόγῳ, ὅτι δυσγενεῖς οἱ ἀπὸ χρηστῶν πατέρων, ἢ δυνατῶν ἢ ἐνδόξων γενόμενοι.

Hic locus Xenophontis de Theognide, non reperitur, in iis eius operibus & libris, qui adhuc hodie bene multi extāt: sed citatur a Stobæo ex libro quodam alio, quocunque etiam, nobis amisso.

Θεόγνιδός ἐστιν ἔπη τοῦ Μεγαρέως. οὗτος δὲ ὁ ποιητὴς περὶ οὐδενὸς ἄλλου λόγον πεποίηται, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀνθρώπων. καὶ ἔστιν ὁ ποιητὴς σύγγραμμα περὶ ἀνθρώπων, ὥσπερ εἴ τις ἱππικὸς ὢν συγγράψειεν περὶ ἱππικῆς. ἡ οὖν ἀρχή μοι δοκεῖ τῆς ποιήσεως ὀρθῶς ἔχειν. ἄρχεται γὰρ πρῶτον ἀπὸ τοῦ εὖ γενέσθαι. ᾤετο γὰρ οὐδ᾽ ἄνθρωπον, οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν ἂν ἀγαθὸν εἶναι, εἰ μὴ τὰ γεννήσοντα ἀγαθὰ εἴη. ἔδοξεν οὖν αὐτῷ παραδείγμασι τοῖς ἄλλοις ζώοις χρήσασθαι, ὅσα μὴ εἰκῇ τρέφεται, ἀλλὰ μετὰ τέχνης ἕκαστα θεραπεύεται, ὅπως γενναιότατα ἔσονται. δηλοῖ δ᾽ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι.

κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθοῦ
κτήσασθαι· γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἤν τις χρήματα πολλὰ διδῷ.

οὐδὲ

men id præclarum, ac ex optimis quibuſque, non protritis authoribus, ab ipſo authore, humanioris literaturæ primo reſtauratore, multo tempore labore, lectione atque obſeruatione, ſingularique iudicio confectum, à quibuſdam vix eo loco, aut nondum etiam haberi, quo habuerunt veteres ſua quædam monaſtica ac barbara dictionaria, Huguicionem, Exquo, Breuiloquium, Catholicum, Mammotrecum, Vade mecum, Rapiamus totum, & ſimilia, ipſis etiam nominibus portentoſa, horrenda & abominanda: in quorum complexu vt perpetuò hæreant, illiſque ſe omnibus oblectent, aut etiam pluribus alijs, quibus adhuc hodie tanquã portentoſis examinibus pleræque monachorum bibliothecæ ſcatere videntur, iſtis nihilo meliores, optamus illis, quibus horti iſti Eraſmici fragrantes, ac ſimiles antiquitatis, puritatis atque elegantiæ, veterumque ſapientum deliciæ ac gemmæ lucidiſsimæ ſordere, nauſeamque creare videntur: precamurque, vt id ipſis ſit proſperum & bonum.

Adoleſcentes autem monemus, vt id Adagiorum eruditiſsimum ac politiſsimum opus ſæpè legant: ac familiariter ſibi nota, quæ in eo inſunt, faciant: nec pœnitebit eos deinde, ſat ſcio, recta monenti obtemperaſſe.

XENOPHONTIS, DE THEOGNIDE, APVD STOBAEVM IN ORATIONE, Nobiles illos eſſe qui parentibus bonis aut potentibus aut claris orti ſunt.

Extant Theognidis Megarenſis carmina, in quibus poëta ille nulla de re alia ſermonem inſtituit, quàm de virtute & malicia hominum, ita vt rectè liber ille de vita hominum inſcriberetur: quẽadmodum ſi quis bonus eques, de re equeſtri librum conſcriberet. Et rectè ſanè initium libri factum videtur à bono genere. Iudicabat enim, non hominem, non aliud quicquam bonum futurum, niſi ex bonis parentibus prognatum. Itaque exempla adhibere voluit ab alijs animalibus, quæ non temerè aut negligenter aluntur, ſed arte diligentiaque, vt maximè generoſa ſint procurantur. proponit autem rem hiſce verſibus: †

Carmina Theognidis quid proponant.

Quale fuerit olim initium carminum Theognidis.

Arietes, aſinos, & equos ô Cyrne quærimus
Generoſos, & vnuſquiſque cupit hæc animalia ex bono genere
Parare ſibi: vxorem verò malam, malique generis ducere paruifacit:
Vir bonus, ſi modo pecuniarum addatur copia.

† Iidem verſus apud Stobæũ etiam in alia quadam oratione, & in Camerarij exẽplari, quod nos ſecuti ſumus, paulo aliter legũtur.

οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις
πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
χρήματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ πλοῦτος ἔμιξε γένος.

Ταῦτα τὰ ἔπη λέγει, τοὺς ἀνθρώπους ὅτι ἐπίστασθαι γεννᾶν ἐξ ἀλλήλων καταγίγνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων κάκιον, ἀεὶ μιγνύμενον τὸ χεῖρον τῷ βελτίονι. οἱ δὲ πολλοὶ ἐκ τούτων τῶν ἐπῶν οἴονται τὸν ποιητὴν πολυχρημοσύνην τῶν ἀνθρώπων κατηγορεῖν, καὶ ἀντὶ χρημάτων ἀγένειαν καὶ κακίαν ἀντικαταλλάττεσθαι εἰδότας. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἄγνοιαν κατηγορεῖν τῶν ἀνθρώπων περὶ τὸν αὐτῶν βίον.

Ἰσοκράτους πρὸς Νικοκλέα.

Κἀκεῖνό μοι πρόδηλον ἦν, ὅτι τὰ συμβουλεύοντα καὶ τῶν ποιημάτων, καὶ τῶν συγγραμμάτων, χρησιμώτατα μὲν ἅπαντες νομίζουσιν, οὐ μὴν ἥδιστά γε αὐτῶν ἀκούουσιν· ἀλλὰ ταὐτὸ πεπόνθασιν, ὅπερ πρὸς τοὺς νουθετοῦντας. καὶ γὰρ ἐκείνους ἐπαινοῦσι μὲν ἅπαντες, πλησιάζειν δ' οὐ βούλονται, ἀλλὰ μᾶλλον αἱροῦνται συνεῖναι τοῖς ἐξαμαρτάνουσιν, ἀλλ' οὐ τοῖς ἀποτρέπουσι. σημεῖον δ' ἄν τις ποιήσαιτο, τὴν Ἡσιόδου καὶ Θεόγνιδος καὶ Φωκυλίδου ποίησιν. καὶ γὰρ τούτους φασὶ μὲν ἀρίστους συμβούλους γεγενῆσθαι τῷ βίῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων, ταῦτα δὲ λέγοντες, αἱροῦνται συνδιατρίβειν ταῖς ἀλλήλων ἀνοίαις μᾶλλον, ἢ ταῖς ἐκείνων ὑποθήκαις. ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε, καὶ τῶν προεχόντων ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας, ἐφ' αἷς ἐκεῖνοι μάλιστα ἐσπούδασαν, ὁμοίως ἂν καὶ πρὸς ταύτας διατεθεῖεν. ἥδιον γὰρ ἂν κωμῳδίας τῆς φαυλοτάτης, ἢ τῶν οὕτω τεχνικῶς πεποιημένων ἀκούσαιεν.

Ἐκ τῶν ἀφθονίου σοφιστοῦ προγυμνασμάτων.

Κατηγορεῖσθαι τὴν ποίησιν οὐκ ἀφῆκεν ὁ Θέογνις, ἀντὶ μύθων ἀντιστήσας παραίνεσιν. ὁρῶν γὰρ ποιητὰς τὸ μυθολογεῖν περὶ πολλοῦ ποιουμένους, τοὺς μύθους ἀφεὶς, ὑποθήκας ὡς χρὴ ζῆν ἐν τῷ μέτρῳ συνήγαγεν, ἅμα τοῦ μέτρου τὴν χάριν τηρῶν, καὶ τῆς ὑποθήκης ἐπεισφέρων τὸ κέρδος.

Δίωνος τοῦ ἐπονομαζομένου χρυσοστόμου, λόγος β. περὶ βασιλείας.

Ἤρετο Ἀλέξανδρον ἤδη ὁ Φίλιππος πατὴρ, ἐν τῇ συνουσίᾳ· διὰ τί ποτε, ὦ παῖ, σφόδρα οὕτως ἐκπέπληξαι τὸν Ὅμηρον; ὥστε διατρίβεις περὶ μόνον τῶν ποιητῶν. ἐχρῆν μέν τοι μηδὲ τῶν ἄλλων ἀμελῶς ἔχειν, σοφοὶ γὰρ οἱ ἄνδρες. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος

Neq; mulier viri mali recusat nuptias,
Modò sit diues : Bono enim præfert opulentum.
Adeò coluntur opes, vt illarum gratia bonus mali generis vxorem ducat,
Et malus bonum sibi genus asciscat.

Hæc carmina reprehendunt homines, qui nulla ratione circa liberorum procreationem vtantur : hinc enim genus humanum deterius subinde fieri, cum mali coniuges bonis admisceantur. Sunt qui à poëta his versibus nihil quàm auaritiam hominum incusari putent, vt qui ignobilitatem ac malitiam non declinent, dummodo pecunias accumulent. At mihi potius videtur, hominum circa vitam suam ac prolẽ suscipiendam ignorantiæ aduersari.

Isocratis ad Nicoclem.

Illud quoq; mihi sat notũ fuit, cum & poëmata & alia scripta, quæ suasione constant, omnes vtilissima esse iudicent, ea tamen non libentissimè audire. sed eodẽ erga illa esse animo, quo erga monitores : quos vt vniuersi laudant, sic eorũ congressus fugiunt, & eorum consuetudinẽ qui socij delictorum sint, non eorum qui à vitijs dehortentur, expetunt. quod vel ex Hesiodi & Theognidis & Phocylidæ poësi cognoscitur. Nam hos fatentur optima consilia reliquisse vitæ mortaliũ : sed quamuis hoc dicant, malunt mutua stulticia tẽpus perdere, quàm in illorum præceptionibus versari. Præterea si quis è præstantibus poëtis, eas quas sententias vocant, in quibus illi potissimùm elaborarunt, excerperet : illis etiam nihilo plus delectarentur. Mallent enim comœdiam aliquã nequissimam audire, quàm ea quæ artificiose composita sunt.

Quo animo sint homines erga omnes scriptores, qui à vitijs ad virtutem expetendã dehortantur.

Ex Aphthonij sophistæ Progymnasmatis.

Non passus est diutius accusari poësin Theognis : pro fabulis enim parænescs introduxit. Videns namq; poëtas fictas fabulas plurimi facere, eas ipse negligens, sentẽtias quomodo rectè & honestè viuere oporteat, versu conscripsit : cum carmine simul gratiam seruans, ac vnà etiam præceptorum de vitæ gubernatione vtilitatem introducens.

Dionis qui Chrysostomus cognominatur, in oratione secunda de Regno.

Rogabat Alexandrum filium Philippus pater, in congressu : Qui fit, ô fili, quòd ita tibi vehementer stupori est Homerus ? nam illi vni ex poëtis incumbis. oportebat siquidẽ neque alios negligere : sunt enim viri sapientes. Et Alexander:

ξανδρος ἔφη· ὅτι δοκεῖ μοι, ὦ πάτερ, οὐ πᾶσα ποίησις βασιλεῖ πρέπειν, ὥσπερ οὐδὲ στολή. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ποιήματα, ἔγωγε ἡγοῦμαι, τὰ μὲν συμποτικὰ αὐτῶν, τὰ δὲ ἐρωτικά, τὰ δὲ ἐγκώμια ἀθλητῶν τε καὶ ἵππων νικώντων, τὰ δ' ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι θρήνους, τὰ δὲ γέλωτος ἕνεκεν ἢ λοιδορίας πεποιημένα· ὥσπερ τὰ τῶν κωμῳδοδιδασκάλων, καὶ τὰ τοῦ παρίου ποιητοῦ. ἴσως δέ τινα αὐτῶν καὶ δημοτικὰ λέγοιτ' ἄν, συμβουλεύοντα καὶ παραινοῦντα τοῖς πολλοῖς καὶ ἰδιώταις· καθάπερ οἶμαι τὰ φωκυλίδου καὶ θεόγνιδος· ἀφ' ὧν τί ἂν ὠφεληθῆναι δύναιτο ἀνήρ, ἡμῖν ὅμοιος, πάντων μὲν γὰρ κρατεῖν ἐθέλων, πάντισι δ' ἀνάσσειν; τὴν δέ γε ὁμήρου ποίησιν, μόνην ὁρῶ πρὸς ὄντι τὴν γενναίαν καὶ μεγαλοπρεπῆ καὶ βασιλικήν, ᾗ πρέπει τὸν νοῦν προσέχειν, τὸν ἀνδρῶν μάλιστα μὲν ἄρξειν μέλλοντα, τῶν ὅποι ποτὲ ἀνθρώπων· εἰ δὲ μή, τῶν πλείστων καὶ φανερωτάτων, ἀτεχνῶς γε ἐσόμενον κατ' ἐκεῖνον ποιμένα λαῶν. εἰ δὲ μή, πῶς οὐκ ἄτοπον, ἵππῳ μὲν μὴ ἐθέλειν ἢ τῷ ἀρίστῳ χρῆσθαι τὸν βασιλέα· τῶν δὲ ποιητῶν καὶ τοῖς ἥττοσιν ἐντυγχάνειν, ὥσπερ σχολὴν ἄγοντα; σὺ ἴσθι, ἔφη, ὦ πάτερ. ἐγὼ οὐ μόνον ποιητὴν ἕτερον, ἀλλ' οὐδὲ μέτρον ἄλλο, ἢ τὸ ὁμήρου ἡρῷον ἀκούων ἄχθομαι. πάνυ οὖν αὐτὸν ὁ φίλιππος ἠγάσθη τῆς μεγαλοφροσύνης· ὅτι δῆλος ἦν, οὐδὲν φαῦλον, οὐδὲ ταπεινὸν ἐπινοῶν, ἀλλὰ τοῖς τε ἥρωσι καὶ τοῖς ἡμιθέοις παραβαλλόμενον.

Πλουτάρχου, ἐν τῷ βιβλίῳ περὶ τοῦ ἀκούειν τί ποιεῖν δεῖ ἐν τῷ ἀναγινώσκειν τὰς τῶν ἔξω καὶ πάλαι σοφῶν ἀνδρῶν βίβλους.

Διὸ δεῖ τὸ πολὺ καὶ κενὸν ἀφαιροῦντα τῆς λέξεως, αὐτὸν διώκειν τὸν καρπόν, καὶ μιμεῖσθαι, μὴ τὰς στεφανοπλόκους, ἀλλὰ τὰς μελίσσας. αἱ μὲν γὰρ ἐπιοῦσαι τὰ ἀνθηρὰ καὶ εὐώδη τῶν φύλλων, συνείρουσι καὶ διαπλέκουσιν ἡδὺ μέν, ἐφήμερον δὲ καὶ ἄκαρπον ἔργον· αἱ δὲ πολλάκις ἴων καὶ ῥόδων καὶ ὑακίνθων διαπετόμεναι λειμῶνας, ἐπὶ τὸν τραχύτατον καὶ δριμύτατον θυμὸν καταίρουσι, καὶ τούτῳ προσκάθηνται, ξανθὸν μέλι μηδόμεναι, καὶ λαβοῦσαί τι τῶν χρησίμων, ἀποπέτονται πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον. οὕτω

δὴ

der respondit: Ideo pater, quòd non quæuis poësis regem decere mihi videtur, sicut neq; quoduis vestimentum. Cætera quidem poëmata ego arbitror partim esse conuiuatoria, partim amatoria, partim autem laudatoria athletarum & equorum, qui victoriam sunt adepti. alia etiam continent lamentationes super defunctis, alia autem risus aut conuiciorum & salium facta sunt gratia: vt sunt poëtarum comicorũ, & ea quæ Parius poëta fecit. Nonnulla forsan etiam popularia dici possent, consilia & admonitiones vulgò adeoq; priuatis hominibus præscribentia: quemadmodum sunt (opinor) Phocylidis & Theognidis. Ex quibus quid vtilitatis capere posset vir, qui nobis similis sit, cunctisq; præstare velit, atq; omnibus imperare? Homeri autem poësin solam video ingenuam esse, & magnificam, & verè regiam: cui animum aduertere decet eum virum, qui maximè quidem imperaturus sit omnibus qui vbiq; sunt hominibus: quod si autem fieri non possit, quamplurimis, & maximè illustribus: verè futurus (vt ille ait) pastor populorum. Sin minus, quomodo tamen non absurdum fuerit, quòd rex quidem equo non nisi optimo vti velit, ex poëtis autem & infimis adhærere, quasi ocioso illi esse liceat? Hoc scias velim (inquit) ô pater, me non solum alium poëtam, sed etiam aliud carmen quàm Homeri heroicum audientem, dolore affici. Valde igitur illum Philippus admiratus est, propter animi magnitudinem: quoniam perspicuum erat, nihil eum friuolum aut abiectum in animo cogitare: sed tale, quod Heroum aut Semideûm factis posset comparari.

Collatio aliorum poetarum, cũ Homero, poetarum principe ac rege.

Theognidis ac Phocylidæ carmina qualia sint poemata.

Homeri poësis quare maxime legenda regibus & monarchis.

Alexander Magnus nullum poema prætulit Homerico.

PLVTARCHI, IN LIBRO DE AVDITORIS OFFICIO, QVOMODO SINT LEGENDI & audiendi veteres scriptores, ac quæ maximè obseruanda.

Vnde copiam ipsam immodicam ac vanitatem dicendi prætereas velim, ac summo studio fructum orationis sectari coneris: neq; ea in re puellas imitèris, quæ ad serta concinnanda fragrantissimos quosq; flores deligunt (opus sanè iucundum ac volupe, quis nesciat? cæterùm nullius frugis, ac duntaxat diurnum.) Sed apum potius te moueat exemplũ, quæ plerunq; in prata volant, violis, rosis & hyacintho conferta: atque illis tamen neglectis, thymum accedunt, florem asperrimum atque amarissimum, illiq; insidunt, flauum mel conficientes. Inde vbi acceperint quæ visa fuerint commoda, auolantes, ad domestica negotia reuertũtur. Ad

Quod adolescentes non oporteat imitari exemplum puellarum, serta de floribus fragrantibus concinnantium: sed apum, ex asperis etiam herbis succum dulcem & vtilem exugẽtium.

T hunc

δὴ δεῖ τὸν φιλότεχνον καὶ καθαρὸν ἀκροατὴν, τὰ μὲν ἀνθηρὰ καὶ τρυφερὰ τῶν ὀνομάτων, καὶ τῶν πραγμάτων τὰ δραματικὰ καὶ πανηγυρικὰ, κηφήνων βοτάνην σοφιστιώντων ἡγούμενον, ἐᾶν· αὐτὸν δὲ τῇ προσοχῇ καταδυόμενον εἰς τὸν νοῦν τοῦ λόγου, καὶ τὴν διάθεσιν τοῦ λέγοντος, ἕλκειν ἀπ' αὐτῆς τὸ χρήσιμον καὶ ὠφέλιμον, μεμνημένον ὡς οὐκ εἰς θέατρον, οὐδὲ ᾠδεῖον, ἀλλ' εἰς σχολὴν καὶ διδασκαλεῖον ἀφῖκται, τῷ λόγῳ τὸν βίον ἐπανορθωσόμενος. ὅθεν δὴ καὶ ποιητέον ἐπίσκεψιν, καὶ κρίσιν τῆς ἀκροάσεως ἐξ αὑτοῦ, καὶ τῆς περὶ αὑτὸν διαθέσεως, ἀναλογιζόμενον εἴ τι τῶν παθῶν γέγονε μαλακώτερον, εἴ τι τῶν ἀνιαρῶν κουφότερον, εἰ θάρσος, εἰ φρόνημα βέβαιον, εἰ πρὸς ἀρετὴν καὶ τὸ καλὸν ἐνθουσιασμός. οὐ γὰρ ἐκ κουρείου μὲν ἀναστάντα δεῖ τῷ κατόπτρῳ παραστῆναι, καὶ τῆς κεφαλῆς ἅψασθαι, τὴν περικοπὴν τῶν τριχῶν ἐπισκοποῦντα καὶ τῆς κουρᾶς τὴν διαφοράν· ἐκ δὲ ἀκροάσεως ἀπιόντα καὶ σχολῆς, οὐκ εὐθὺς ἀφορᾶν χρὴ πρὸς ἑαυτὸν, καταμανθάνοντα τὴν ψυχὴν, εἴ τι τῶν ὀχληρῶν ἀποτεθειμένη, καὶ περιττῶν ἐλαφροτέρα γέγονε καὶ ἡδίων. οὔτε γὰρ βαλανείου, φησὶν ὁ Ἀρίστων, οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος, ὄφελός ἐστιν.

Ἰσοκράτους πρὸς Δημόνικον, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Χρὴ παραδείγμασι χρωμένους ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας, καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν, ἀναγινώσκειν. ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν, ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας, τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν.

Βασιλείου τοῦ ἐπονομαζομένου μεγάλου, ἐν λόγῳ πρὸς νέους, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖτο λόγων.

Κατὰ πᾶσαν δὴ οὖν τῶν μελιττῶν τὴν εἰκόνα τῶν λόγων ὑμῖν μεθεκτέον. ἐκεῖναί τε γὰρ οὔτε ἅπασι τοῖς ἄνθεσι παραπλησίως ἐπέρχονται, οὔτε μὴν οἷς ἂν ἐπιπτῶσιν ὅλα φέρειν ἐπιχειροῦσιν, ἀλλ' ὅσον αὐτῶν ἐπιτήδειον πρὸς τὴν ἐργασίαν λαβοῦσαι, τὸ λοιπὸν χαίρειν ἀφῆκαν. ἡμεῖς τε ἢν σωφρονῶμεν, ὅσον οἰκεῖον ἡμῖν, καὶ συγγενὲς τῇ ἀληθείᾳ,

hunc ſanè modum, auditorem caſtum & ſtudioſum decet, delicata & florida ornamenta verborũ, rerumq́ applauſibilem quandam vim, nil aliud quàm oratorũ herbam, vnde nihil mellis conficiatur, putare, miſſamq́ facere: atque ſua ipſius attentione, in mentem ſermonis, & dicentis affectum irrepere, vnde ad ſe trahat quod bonum ſit ac conducibile. Proinde meminiſſe, quòd non in theatrum, neq́ ad cantionem, ſed ad ſcholas venerit, vt ex ſermone vitam emendet. Neceſſaria autem eſt apprimè cautio, certumq́ in hoc adhibendum iudicium, quoad ſeſe, ſuiq́ ipſius affectum quiſq́ probet, aut damnet quod audierit, dum videlicet ad rationem vocat, exploratq́, num in affectibus magis redditus ſit effœminatus, aut leuari ſentiat ſe triſticia, firmari certa fiducia, animiq́ conſtantia, aut certè ad virtutem & honeſti amorem ceu numine quodam afflatum incitari. Quis enim ferat, te in tonſtrina ſurgentem, mox aſsiſtere ſpeculo, & contactu capitis cæſariem contueri, num probè ſis tonſus: & à ſcholis, vbi ſermonem audiſti, non protinus teipſum contemplari, & ex animo tuo diſcere, quid miſeriæ, implacabilitatis, aut immodeſtiæ deceſſerit, quantóue factus ſis tranquillior atque iucundior? Quando non tam verè quàm eleganter dixit Ariſton: Neque balnei vllam eſſe vtilitatem, "
neque orationis, vnde non prodeas purior. "

Iſocratis ad Demonicum, de eodem.

Decet in exempla intuentes, virtutis & honeſtatis flagrare deſiderio, & poëtarum optimas ſententias diſcere: & quæ alij viri ſapientes vtiliter præceperunt, legere. Nam vt apes omnibus quidem inſidere floſculis, de ſingulis autem vtilia carpere videmus: ſic eruditionis comparandæ ſtudioſos, nihil inexploratum relinquere, ſed profutura quæ ſint, vndiq́ colligere decet. Tametſi enim hæc omnia diligenter præſtiterimus, etiã ſic naturæ noſtræ prauitatẽ ægrè ſuperabimus.

In bonorum autorum ſcriptis, ad apum ſimilitudinem eſſe verſandum.

Baſilij cognominati Magni, in oratione ad adoleſcẽtes, de vtilitate ex Græcis autorib. capienda.

Quapropter iuxta totam apum ſimilitudinẽ, orationum participes nos fieri conuenit. Illæ enim neq́ ad omnes flores conſimiliter accedunt: neque etiam eos ad quos aduolant, totos auferre tentant: ſed quantum ipſis ad mellis opificium commodum eſt accipientes, reliquum valere ſinunt. Et nos ſanè ſi ſapiamus, quantum ſincerum eſt, & veritati

Improbus verò, neq; (in) *prosperis nouit, neq; aduersis* “
Animum pariter temperare. immortalium verò dona “
Varia mortalibus obueniunt, sed fortiter ferre “
Decet dona immortalium, qualia (ipsi) *dant habere.* “
Oculi & lingua & aures & mens virorum, “
In medio pectorum in prudentibus sunt. “
Bonis adhæreto, malos verò non vnquam sequere, “
Cum viæ perfeceris fines (&) *negotiationis.* “
Bonorum bona responsio (est), *bonaq; opera:* “
Malorum verò venti improbos auferunt sermones. “
Ex malo consortio, mala proueniunt: benè verò etiam ipse “
Cognosces, quoniam valde læsisti immortales.
Mentem, Cyrne, dij mortalibus donant optimam:
Hominis mens metas cuiusq; (rei) *habet.* “
O' beatũ, quicunq; ipsam (mentem) *habet in pectoribus: certè longè* (ea) *melior* (est) “
Iniusticia perniciosa, tristiq; iniuria.
Est verò malum mortalibus satietas, quibus nihil peius:
Omnis enim ex ea Cyrne prouenit iniquitas.
Vtinam sis turpium operum expers & ociosus (ab ijsdem)
Cyrne, maximum sic haberes experimentum virtutis.

κύρνε θεοὺς αἰδοῦ, καὶ [a] δείδιθι· τοῦτο γὰρ ἄνδρα
εἴργει, μήθ' ἔρδειν, μήτε λέγειν ἀσεβῆ.
δημοφάγον δὲ τύραννον, ὅπως ἐθέλεις, κατακλῖναι
οὐ νέμεσις πρὸς θεῶν γίνεται οὐδεμία.
νοῦς ἀγαθὸς, καὶ γλῶσσα, τά τ' ἐν παύροισι πέφυκεν
ἀνδράσιν, οἳ τούτων ἀμφοτέρων ταμίαι.
οὔτις ἄποινα διδοὺς θάνατον φύγοι, οὔτι βαρεῖαν
δυστυχίαν, εἰ μὴ μοῖρ' ἐπὶ τέρμα βάλοι.
οὐδ' αὖ δυσφροσύνας, ὅτε δὴ θεὸς ἄλγεα πέμπει,
θνητὸς ἀνὴρ δώροις βουλόμενος προφύγοι.
οὐκ ἔραμαι κλισμῷ βασιληΐῳ ἐγκατακεῖσθαι
[b] τεθνεὼς, ἀλλά τί μοι ζῶντι γένοιτ' ἀγαθόν.
ἀσπάλαθοι τάπησιν ὅμοιον στρῶμα θανόντι
τὸ ξύλον, ἢ σκληρὸν γίνεται, ἢ μαλακόν.
μήτε θεοὺς ἐπίορκον [c] ἐπόμνυθι: οὐ γὰρ ἀνεκτὸν
ἀθανάτους κρύψαι [d] χρεῖος ὀφειλόμενον.
ὄρνιθος φωνὴν πολυπαίδη, ὀξὺ βοώσης
ἤκουσ', ἥτε βροτοῖς ἄγγελος ἦλθ' ἀρότου
ὡραίου, καί μοι [e] κραδίην ἐπάταξε μέλαιναν,
[f] ὅττι μοι εὐανθεῖς ἄλλοι ἔχουσιν ἀγρούς.
οὐδέ μοι ἡμίονοι κύφων' ἕλκουσιν ἀρότρου.
τῆς ἄλλης μνηστῆς [g] εἵνεκε ναυτιλίης.
οὐκ εἶμ' οὐδ' ὑπ' ἐμοῦ [h] κεκλήσεται, οὐδ' ἐπὶ τύμβῳ
οἰμωχθεὶς, ἐπὶ γῆν εἶσι τύραννος ἀνήρ.
οὐδ' ἂν ἐκεῖνος ἐμοῦ [i] τεθνειότος οὔτ' [k] ἀνιῷτο,
οὔτε κατὰ βλεφάρων θερμὰ βάλοι δάκρυα.
οὔτε σὲ κωμάζειν ἀπερύκομαι, οὔτε καλοῦμαι
ἀργαλέος παρεὼν, καὶ φίλος, εὖ τ' αὖ ἀπῆς.
αἴθων μὲν γένος εἰμὶ, πόλιν δ' εὐτείχεα Θήβην
οἰκῶ, πατρῴας γῆς ἀπερυκόμενος.
μή μ' ἀφελῶς παίζουσα, φίλους [l] δίνναζε [m] τοκῆας,
ἀργύρι, σοὶ μὲν γὰρ δούλιον ἦμαρ [n] ἔπι.
ἡμῖν δ' ἄλλα μέν ἐστι [o] γύναι κακὰ πόλλ', ἐπεὶ ἐκ γῆς
φεύγο-

a δείδιθι, per syncopen, pro δεδίγαθι, aorist. β. verbi δεδίττομαι.

b τεθνεὼς, præterit. med. particip. verbi obsoleti θνέω.

c ἐπόμνυθι, imperat. verbi ἐπόμνυμι.

d χρεῖος, pro χρέος, cum epenthesi iota.

e κραδίην, pro καρδίαν, per metathesin.

f ὅττι, pro ὅτι, geminato τ.

g εἵνεκα, pro ἕνεκα, cum epenthesi iota.

h κεκλήσεται, paulò post fut. verbi καλέομαι.

i τεθνειότος, pro τεθνεότος, cum epenthesi iota. præterit. medium particip. verbi obsoleti θνέω, vt iam monuimus. k ἀνιῷτο, optat. verbi ἀνιάομαι. l δίνναζε. Apud Lycophronem id verbũ legitur aliquoties. Habet namq; is autor multa antiqua vocabula ex Lyricorum & Tragicorum veterũ scriptis, vt apparet, magno studio obseruata. m τοκῆας, pro τοκέας, Ionicè. n ἔπι, pro ἔπεστι: præpositiones namq; pro verbis, tralato accẽtu, vsurpãtur. o γύναι vocatiuus est, nominis γυνὴ.

Cyrne deos venerare & metue. id enim virum
Coërcet, neq; facere, neq; dicere impia.
Populi vorum verò tyrannum quomodo velis interficere
Vltio à dijs contingit nulla. †
Mens bona & lingua, ea in paucis sunt
Viris, qui horum vtrorumq; domini (sunt)
Nemo præmia dans mortem effugerit, neq; grauem
Infelicitatem, nisi fatum finem imposuerit.
Neq; tristitias, quando Deus dolores mittit,
Mortalis vir donis fugiens effugerit.
Non cupio in throno regio cubare
Mortuus, verùm viuenti mihi eueniat boni aliquid.
Tribuli (sunt) *tapetibus simile stratum mortuo:*
Lignum aut durum est, aut molle.
Neq; Deos periurio iurato: non enim ferendum (est)
Immortales occultare rem debitam.
Gruis vocem Polypada, acutè clangentis
Audiui, quæ mortalibus nuncia est arationis
Tempestiuæ: & mihi animum perculit commotum,
Quod mihi floridos alij habent agros.
Neq; mihi muli iugum trahunt,
Alterius caussa promissæ nauigationis.
Non eo (ad tyrannum) *neq; à me vocabitur: neq; apud sepulchrum* "
Deploratus, sub terram abit tyrannus vir. "
Neq; ipse me mortuo neq; doleat,
Neq; de palpebris calidas iecerit lachrymas.
Neq; te conuiuari prohibeo, neq; voco,
Difficilis præsens & gratus quando abfueris. "
Thessalus quidem genere sum, vrbem verò munitam Theben
Habito, patria terra expulsus.
Ne me stultè ludens, charos obijce parentes
Argyri, tibi enim seruilis dies adest.
Nobis verò alia quidem sunt, ô mulier, mala multa: postquam è terra

† Hoc loco etiam hoc distichon Theognidis interpres inserere iubet, quod docet, neminem in hac vita esse qui " sine crimine " viuat, in quo nihil sit quod possit culpari.
οὐδένα κύρν' αὐγαὶ φαεσιμβρότου ἠελίοιο
ἄνδρ' ἐφορῶσ' ᾧ μὴ μῶμος ἐπικρέμαται.

φεύγομεν, ἀργαλέη δ' οὐκ ἔπι δουλοσύνη.
οὐθ' ἡμᾶς περνᾶσι· πόλις δὲ μέν ἐστι καὶ ἡμῖν
καλὴ, ληταίῳ κεκλιμένη πεδίῳ.
μή ποτε πὰρ κλαίουσι καθιζόμενοι γελάσωμεν.
τοῖς αὐτῶν ἀγαθοῖς κύρν' ἐπιτερπόμενοι.
ἐχθρὸν μὲν χαλεπὸν καὶ δυσμενῆ ἐξαπατῆσαι
κύρνε, φίλον δὲ φίλῳ ῥᾴδιον ἐξαπατᾶν.

ΤΕΛΟΣ ΤΩΝ ΕΚΤΕΤΥΠΩΜΕΝΩΝ ἐπῶν Θεόγνιδος.

ΕΠΗ ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ ΣΠΟΡΑΔΗΝ παρ' ἄλλοις τισὶ φερόμενα.

Οὐδὲν κύρν' ἀγαθῆς γλυκερώτερον ἄλλο γυναικός·
μάρτυς ἐγὼ, σὺ δέ μοι γίνου ἀληθοσύνης.
οὐδὲν κύρν' ὀργῆς ἀδικώτερον, ἣ τὸν ἔχοντα
πημαίνει, θυμῷ δειλὰ χαριζομένη.
πολλὰ φέρειν[a] εἴωθε λόγος θνητοῖσι βροτοῖσι
πταίσματα, τῆς γνώμης κύρνε ταρασσομένης.
* ἤδη γάρ με κέκληκε θαλάττιος οἴκαδε νεκρὸς.
τεθνηκὼς ζώῳ φθεγγόμενος στόματι.

a εἴωθε, præteritum med. Attic. verbi ἔθομαι, pro ἔθει.

* Extant hi duo ænigmatici versus apud Athenæū lib. δειπνοσοφιστῶν 10.

ΤΕΛΟΣ.

Fugimus, molesta verò non adest seruitus.
Neq; nos vendunt (domini:) *vrbs verò est etiam nobis*
Pulchra, Letao sita (in) *campo.*
Ne vnquam apud plorantes sedentes rideamus,
Proprijs bonis Cyrne oblectantes (nos).
Hostem quidem difficile, & inimicum decipere, "
Cyrne: amicum verò amico decipere, facile (est). "

FINIS EXCVSORVM carminum Theognidis.

CARMINA THEOGNIDIS SPARSIM apud alios quosdam extantia.

* *Nihil Cyrne aliud dulcius bona vxore:*
Testis ego sum, tu verò mihi fies (testis) *veritatis.*
Nihil Cyrne ira iniustius (est) *quæ habentem*
Lædit, animo improba gratificans. "
Multa afferre consueuit sermo mortalibus hominibus "
Errata, mente Cyrne turbata. "
Me verò iam domum vocat marina concha "
Mortua, viuo tamen ore locuta.

* Reperiuntur sex sequentes versus in Stobæi Anthologio.

FINIS.

EXPOSITIO SVCCINCTA ET VTILIS, OMNIVM EORVM QVAE IN THEOGNIDIS GNOMOLOGIA DIFFICILIORA AC OBSCURIORA ESSE VISA SUNT: ex optimis quibusq; Græcis atq; Latinis autoribus conscripta, cum autorum etiam & locorum citatione, ex quibus expositio luculentior petitur: à

Michaële Neandro Sorauiense.

Ω Ἄνα) Exorditur ab inuocatione Apollinis, qui studijs cum Musis præsidet: quemadmodum alij poëtæ ab alijs dijs. de quo in Pythagora & Phocylide pluribus monuimus.

ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν τε.) A dijs enim exordiendum est in omnibus precationibus: quòd nihil ritè, nihilq; prouidenter homines sine deorum immortalium ope, consilio, honore, auspicentur. quemadmodum piè scripsit Plinius Secũdus, in principio Panegyrici quem Traiano Cæsari dixit. Vide prouerbium, Prora & puppis: item, Principium, medium, finis.

Apollinis natiuitas in Delo.

φοῖβε ἄναξ.) De Apollinis natiuitate in Delo insula, quem Latona mater peperit, palmæ arbori innixa: de quo pluribus meminerunt Homerus Odyss. 2. item, in hymno in Apollinem: Callimachus quoq; in Hymnis in Apollinẽ, Dianam, & Delum insulam: Lycophron in Cassandra, & Ouid. lib. 6. Metamorphoseon. Cæterùm Apollonij Rhodij interpres scribit, ideo tangi palmam à parturientibus, quòd partus dolores leuare credatur. De eius arboris viribus plura scribit Gellius noctium Atticarum lib. 3. cap. 6. Plinius lib. 16. cap. 42. & Plutarchus libro octauo Symposiacῶν. Vide etiam prouerbium, Palmam ferre.

Quare tangatur palma à parturientibus.

ἄρτεμι.) Apostrophe ad sororem Apollinis Dianam, venatricem: quam similiter nunc inuocat, propter fratrem. In eam extat Hymnus, ab Homero scriptus.

ἀγαμέμνων.) Alludit breuibus ad fabulam, quomodo Agamemnon profecturus cum Græcis ad Troiæ expugnationem

tionẽ propter Helenæ raptũ, in Aulide Bœotiæ ceruã Dianæ sacrã, & circa eius lucum se pascentem interfecerit:& quòd deinde deæ iram, qua in exercitum sæuiebat, immolata filia Iphigenia placarit. De quo vide Dictyn Cretensem lib. 1. historiæ belli Troiani, cui ipse interfuit: Euripidem in tragœdia quæ inscribitur Iphigenia (de qua Sophoclem quoque tragœdiam scripsisse, Athenæus sæpius meminit.) item, Iphigeniam in Tauris, eiusdem. Ouidium etiam lib.12. Metamorphos. & 2. Aeneid. Virg. Porrò de sacerdote Dianæ, quæ virgo erat, quòd veheretur in festo Dianæ in curru, quem ceruæ trahebant, scribit Pausanias lib. 7. suæ Græciæ. De bello autem exorto inter Troianos & Tyrrhenos, propter ceruam, Virgilius meminit Aeneid. lib. 7. Quæ item à Plutarcho prodita sunt de Luculli cerua, notatu non sunt indigna.

Agamemnon in Aulide interficit ceruam Dianæ, & immolat filiam Iphigeniam.

Ceruæ trahebant currũ sacerdotis Dianæ.

Bellum exortũ propter ceruam.

Luculli cerua.

μοῦσαι καὶ χάριτες.) Apostrophe ad Musas & Gratias, quas similiter inuocat. Eas coniungit, quòd sine Musis iucundum gratiosumque nihil sit: quemadmodum etiam contrà sine Gratijs morosæ sunt Musæ: hoc est, abest hilaritas & amabilitas omnis: quarum virtutum, quemadmodum & beneficentiæ, vetustas Gratias præsides esse voluit. Porrò de Musis vide libellum Gyraldi eruditiss. scriptum. De Gratijs item, libellos eiusdem ad ingratum. Item, Quomodo ingrati crimen sit effugiendum, vbi omnis gratiarum allegoria eruditè exprimitur: quemadmodum etiã apud Senecam lib. de Beneficijs. Cæterùm de Gratijs hæc scribuntur à sapientissimo Pindaro, 14 Olympiorum,.

Gratiæ cum Musis quare iungantur.

Libri scripti de Musis & Gratijs.

σὺν γὰρ ὑμῖν τὰ τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα
γίνεται πάντα βροτοῖς,
εἰ σοφὸς, εἰ καλὸς, εἴ τις ἀγλαὸς.
ἀνήρ· οὔτε γὰρ θεοὶ
σεμνᾶν χαρίτων ἄτερ
κοιρανέοντι χοροὺς,
οὔτε δαῖτας, ἀλλὰ πάντων
ταμίαι ἔργων ἐν οὐρανῷ,
χρυσότοξον θέμεναι
παρὰ πύθιον ἀπόλλωνα θρόνους,
ἀέναον σέβοντι πατρὸς
ὀλυμπίοιο τιμάν. Vide etiam prouerbium, Nudæ Gratiæ.

κάδμου.) Alludit ad fabulã de Cadmo, qui Thebas condidit in Bœotia: cuius nuptijs (quas celebrabat cũ Harmiona.

Dij cum Musis interfuerunt nuptiis Cadmi Thebani, & Pelei Thessali.

miona, Martis Venerisq; filia) dij cum Musis interfuerũt: quemadmodum Pelei etiam, patris Achillis, nuptijs cum Thetide. De his meminit Pindarus 3. hymno Pythiorum, Pausanias etiam in Bœotia: vbi scribit, suo tempore ostensum sibi fuisse locum, vbi in nuptijs Cadmi Musæ cecinerint. Homerus item 24. Iliados. Sic Apollonius historiæ Argonauticæ lib. 4. Quintus etiam Calaber, qui Paralipomena Homeri scripsit, in aliquot libris de eo meminit. Xenophon præterea, Plato & alij quidam.

ὅττι καλόν.) Fuit autem is versus carmen seu cantio, qua ornabant Musæ Cadmi nuptias, vndecunq; etiam poëta eum acceperit. Vide prouerb. Quod pulchrum, amicũ est.

κύρνε.) Post inuocationem Apollinis, Dianæ, Musarum, & Gratiarum, conuertit nunc orationem ad Cyrnum amicum, præcepta iam traditurus de vitæ institutione: quæ docet ita obsignata esse sapientia sua tanquam sigillo, vt nemo ea posit, vt aliena, pro suis facilè vsurpare (quod vsitatum sic fuisse, ex Herodoto in Homeri vita patet) nec quisquam etiam sit futurus, qui ea sapienter scripta, velit posthabere aliorum scriptis longè deterioribus.

Etiam veterib. vsitatũ fuit, aliena scripta sibi vẽdicare.

ἀστοῖσιν.) De patria queritur, quòd in ea nemo propheta sit acceptus, Euripidis etiã testimonio in Hercule furente:

—— *οὐ γὰρ ἐσθ' ὅπου*

ἐσθλὸν τοι δράσας μάρτυρ' ἂν λάβῃς πάτραν. Et porrò, quòd difficile sit placere simul omnibus: vide prouerb. Ne Iupiter quidem omnibus placet.

σοὶ δ' ἐγώ.) Propositio est: Tradam tibi veterum sapientum præcepta, de vitæ & morum gubernatione.

πέπνυσο.) Primum præceptum est, de studio iusticiæ, de opibus non iniustè quærendis.

κακοῖσι δὲ μή.) Alterum præceptum, de vitando prauorum consortio: quod versus octo continet, inter quos antepenultimi duo apud bonos authores sunt celebratissimi. leguntur namq; apud Aristotelem lib. 9. Ethicorum, Clementem Alexandrinum lib. 5. *στρωμάτων*, Platonem in Menone, Xenophontem in Symposio, & lib. 1. eiusdem de dictis ac factis memorabilibus Socratis. qui rogatus quid deceret olere senes, respondit, probitatem. Cum verò porrò rogaretur, vbi id vnguenti venderetur? hoc disticho Theognidis respondit: *ἐσθλῶν μὲν γάρ*, &c. quo indicatũ voluit, multum posse cum bonis consuetudinem.

Socrates rogatus, quid deceat olere senes.

ὧν μεγάλη δύναμις.) Id est, qui plurimum possunt in emendanda,

danda, iuuanda, vita tua: seu, da operam vt concilies tibi fauorem & beneuolentiam potentum & magistratus.

κύρνε κύρ.) Querela, quòd res humanæ semper in peius cõmutentur, quod & poëtæ suis ætatibus indicare voluerunt: & docet, quòd iniusticia euertat vrbes.

Quid poetæ ætatibus suis indicarint.

οὐδεμίαν ἀγαθοὶ πόλιν.) ἀνὴρ γὰρ ἀγαθὸς πόλιος, καὶ παντὸς κοινὸν ἀγαθὸν: quemadmodum in versu Menandri dicitur. Ideoque, quemadmodum Plato dixit, ὅταν μέλλῃ κακῶς πράξαι πόλις, ἐξαίρει τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ θεός. Bonus namque vir tanquam deus in hominibus censendus, quemadmodum id docet Aristoteles Politicorum 3.

De bono uiro.

σὺν κακῷ ἐρχόμενα.) Id est, publicam perniciem afferentia.

μούναρχος.) Contra celebratum illum Homeri versiculum, 2. Iliados à multis vsurpatum, ab Aristotele etiam lib. 4. Ethicorum discussum & examinatum,

De monarchiæ sententiæ.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Et oraculum Soloni redditum,

εὐδαίμων πολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀκουον. Et Alexandri Magni vox, qua respondit Dario regi Persarum, nota est: Neque mundum posse duobus solibus regi, neq; orbem summa duo regna saluo statu terrarum habere. Iustinus lib. 11. Cæterùm extat Plutarchi liber, de vnius & populi & paucorum dominatu eruditè scriptus: Platonis quoq; libri 12. de republica: Aristotelis deinde Politicorum octo, & aliorum autorum de varijs rerumpublicarum formis doctæ disputationes: vt Herodoti, Xenophontis, Isocratis, Dionis Chrysostomi, &c. quò studiosos adolescentes ablegamus. Vide etiam prouerbium, Multitudo imperatorum Cariam perdidit.

Libri de reipub. atq; imperij formis scripti.

κύρνε πόλις μὲν) De prioris seu mundi seu Megarorum simplicitate, in qua homines sine scriptis legibus vixerunt, & vestitu & cibo vsi sunt simplici, nec simul in ciuitatibus vixerunt, sed dispersi foris ferarum more vitam egerunt in pagis, quemadmodum id docet pluribus Aristoteles libro Politicorũ primo. Ac scribit Strabo, scriptos fuisse commentarios à Babylonijs & Indis, de veterum simplicitate: Ægyptijs etiam libro septimo.

De prioris mũdi simplicitate.

ἀλλήλοισι γελῶντες.) Id est, iniusticia ea, decipere homines, non amplius habetur pro peccato, sed ioco, ab hominibus qui nesciunt discernere inter vera & falsa bona: vt κακὸν nunc sit, ὃ μὴ τι δρῶν κακόν. quod Hecuba etiam Phrygiæ regina Priami vxor, queritur apud Euripidem.

μηδένα.) De fugienda societate improborum: & quòd nō temerè sit cuiuis fidendum, quòd nusquam sit tuta fides. Vide prouerb. Lingua amicus: item, Verbotenus amicus: &, Ne cuiuis dextram inieceris: ac, Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris.

σωζόμενοι.) id est, vt ἀπηλγηκότες, qui dedoluerunt, de quorum salute actum est.

παύροι τοι.) Vide prouerb. Fiducia pecunias perdidi: item Nusquam tuta fides: &, Memento diffidere.

πιστὸς ἀνὴρ.) Extat hoc distichon apud Platonem etiam 1. lib. de Legibus. Vide prouerb. Nihil homine amico est opportuno amicius.

παύρους εὑρήσεις.) Vide prouerbium, Ad felicem inflectere parietem: item, Viri infortunati procul amici: &, Mendico ne parentes quidem amici sunt: item, Amicus certus in re incerta cernitur: ac, Plures adorare solem orientem, quàm occidentem.

μή μ' ἔπεσιν.) Qualem requirat amicum: non simulatorem, sed apertum & sincerum: qui seu apertè amet, seu ex professo odio prosequatur: quòd talis hostis caueri possit. Vide prouerbium, Præstat habere acerbos: item, Ex eodem ore calidum & frigidum efflare: item, Toto pectore: &, Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat: ac, Melle litus gladius: & iterum, Altera manu fert aquam, altera ignem.

ναῦς μὴ μία πάντας ἄγοι.) id est, valde pauci fidi amici reperientur. Vide prouer. Vna nauis non vehit.

ἐπὶ κέρδος ἄγει.) Id est, qui non sui lucri & commodi gratia ament. Vide prouerb. Ollæ amicitia: item, αὐτολήκυθοι.

μή μ' ἔπεσιν.) Vide prouerb. Lingua amicus.

τοιοῦτός τοι.) Huc pertinent versus qui apud Homerum in Iliade Achilli tribuuntur, à Platone etiam celebrati in Hippia Minore:

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,

ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. Leguntur quoque in Odyssea, sed parum mutatis verbis.

μηδεὶς ἀνθρώπων.) Mali fugiendi, boni verò amici habendi sunt.

ἶσον καὶ σπείρειν.) Prouerbialis parabole est, de inani opera, quales similes annotauit plurimas in Chiliadib. suis Erasmus: vt, Aquam in mortario tundere, Arenam metiri, Vndas numerare, Laterem lauare, Arare littus, Harenæ mandare semina,

ſemina, Cribro aquam haurire, Oleum & operam perdere, &c. Vide de hoc Theognidis verſu prouerb. In aqua ſementem facis: item, Qui canem alit externum.

ἄπληστον γὰρ ἔχουσι.) Id eſt, nulla agnoſcunt quantumuis magna beneficia. Huc autem pertinent dulciſsimi D. Philippi Melanchthonis verſiculi, qui tales ſunt:

Sunt homines, humeris quos ſi quis portet ad vrbem
Auſoniam, domiti quæ caput orbis erat,
Nec tamen ad portam placidè deponat eoſdem,
Gratia præteriti nulla laboris erit.

Cuius generis etiam ſunt Plautini illi, niſi quòd de diuitib. ſpeciatim ipſi dicuntur:

Verùm ita ſunt omnes noſtri diuites,
Si quid benefacias, leuior pluma eſt gratia:
Si quid peccatum eſt, plumbeas iras gerunt. In Pœnulo. vide prouerb. Simul vt miſertum eſt, interijt gratia.

κιβδήλου.) De fucatis amicis admonitio: & ne temerè credamus cuiquam, niſi ipſius animum probè prius explorauerimus. Vide de his ſex verſibus Clementem Alexandrinum lib. 7. *στρωμάτων*, vbi conferuntur cum aliorum poëtarum dictis ſimilibus.

οὐ γὰρ ἂν εἰδείης.) Libro 7. Eudemiorum Ariſtotelis refertur hoc hemiſtichiũ heroicum, *οὐδ' ἄνευ χοίνου φίλος.* Vide prouerbium, Nemini fidas, niſi cum quo prius modium ſalis abſumpſeris.

ἐξαπατῶσ' ἰδέαι.) *πολλοῖσι γὰρ θνητῶν ἡ μὲν ὄψις εὐγενής,*
ὁ νοῦς δ' ἐν αὐτῇ δυσγενὴς εὑρίσκεται: vt in verſibus veteris poëtæ apud Stobæum dicitur. Quare Aeſopus quoq; apud Planudem, Samios *εἰς τὸν νοῦν ἀφορᾶν* iubet, *καὶ μὴ εἰς τὴν ὄψιν.* fallaces enim ſunt rerum ſpecies, quibus credimus: quemadmodum Seneca ſcripſit lib. 5. de Beneficijs. Mens aſpicienda.

μήτ' ἀρετὴν.) De mediocritate præceptum, in qua optimè viuitur, ſine tragicis calamitatibus fortuna aſpirante: hoc eſt, Deo propitio.

οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι.) De parentibus piè & reuerenter habendis, *ὅτι ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς, καὶ γονεῖς, οὐδεὶς τὴν ἀξίαν ποτ' ἂν ἀποδοίη*: quemadmodũ verè ſcripſit Ariſtoteles lib. 8. Ethicorum Nicomachiorum. apud quem etiam refertur memorabile exemplum patris, tracti capillis à ſuo quodam filio, quòd ipſe olim ſuum quoq; patrem ſimiliter accepiſſet: libro ſeptimo Ethicorum. Pater a filio capillis trahitur apud Ariſtotelem.

οὐδεὶς πὲρ) Quòd ſine Deo nihil poſsimus, quòd ipſe ſit

 dator

dator bonorum : malorum quoq;, quibus corripit & punit hominum peccata : quorum non autor est, sed ea odit, & aliunde profecta seuerè castigat. Benè enim merenti benè profuerit, malè merenti par erit. Plautus in Capt.

οὐδέ τις ἀνθρώπων.) οὐ γάρ ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ. lib. Iliados 6.

ἀμηχανίης.) Id est, Impossibile est hominem omnia assequi quæ velit.

εἰδότες οὐδέν.) De futuris, quæ ἀφανῆ καὶ ἄδηλα existunt.

εἰ (γάρ) θνατοὶ πελόμεσθα, τὸ δ' αὔριον ἀεὶ ἐποξῶμεν : vt in versu Theocriti sapienter dicitur.

οὐδείς πω ξεῖνον.) De hospitibus, exulibus, supplicibus, peregrinis, pluribus monuimus in Phocylide. De ijs plurima etiam extant præcepta in Odyssea Homeri : quòd plerique libri de naufragis, hospitibus & afflictis loquantur. apud Hesiodum etiam, & alios.

Odyssea Homeri multa dicit de exulibus, naufragis, atq; hospitibus.

βούλεο.) μᾶλλον ἀποδέχου πενίαν δικαίαν, ἢ πλοῦτον ἄδικον : Isocrates, in oratione ad Demonicum. Et Pindarus hymno 7. Isthmior. τὸ δὲ πὰρ δίκαν γλυκὺ, πικρότατα μένει τελευτά. Et, τὸ δ' εὐσεβὲς, τῆς δυσσεβείας ἀνθέλου, πολλοῖσι γὰρ κέρδη πονηρὰ ζημίαν ἠμείψατο : quemadmodum Vlysses apud Euripidem concionatur Cyclopi.

ἐν δὲ δικαιοσύνῃ.) De iusticia, quæ est summa virtutum. οὐδὲν γὰρ ἀγαθὸν ἄνευ δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς ἁπάσης: Plato 2. de Legibus. Refertur is versus ab Aristotele 5. Ethicorum. Vide prouerbium : Iusticia in se virtutem complectitur omnem.

ὕβριν κόρος.) De iniusticia, quæ euertit funditus homines, terras & imperia. Docent id historiæ, & singulorum experientia.

κόρος seu saturitas q d generet.

τίκτει τοι κόρος.) οὐ γὰρ παντὸς ἀνδρὸς, φέρειν εὐτυχίαν: Aristoteles lib. 5. Politicorum. Cæterùm κόρος apud Herodotum in oraculo vocatur ὕβριος υἱός : à Nazianzeno in carmine quodam, ὕβριος ἀρχή : à Pindaro verò, ὕβρις vocatur κόρου μητήρ.

De talentis Iouis apud Homerum & Virgilium, quibus hominum fata examinantur.

ζεὺς γάρ τοι.) Per Iouis talentum, rerum humanarum inconstantiam denotat. Alludit ad locum Homeri, vbi Iupiter in lancibus examinat fata Græcorum & Troianorum : Iliad. θ. & χ. Eius meminit etiam Virgilius lib. 12. Æneid. de Turno & Ænea agens. Vide prouerb. Omnium rerum vicissitudo : itē, Ipsa dies quandoque parens, quandoque nouerca : item, Diuitiæ non semper optimo contingunt.

μή ποτε κύρν'.) Ne superbè nos geramus in rebus secundis, sed semper memores simus humanæ fragilitatis. Vide prouerb.

uerb. Multa cadunt inter, &c. item, Inter os & offam. Et, Nescis quid serus vesper vehat: ac, inter manum & mentum: & iterum, Multa in medio: item, Ne magna loquaris. Seu etiam superbiloquentiam prohibet, qualis est Aiacis Telamonij apud Sophoclem, & Oïlei apud Homerum. De eo hæc sapientissimè & piè præcepta leguntur à veteribus, τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν ὑποκρέκει: Pind. 9. Olymp. Et, ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους ὑπερεχθαίρει: Sophoclis in Antigone. Ac, ἴσχει τὸ στόμα, ὡς μὴ μέγα λέγων μεῖζον τι πάθῃς: Thesei ad Herculem, apud Euripidem. Ac Homeri illud, quod Iliados ς legitur.

οὐ μὲν καλὸν ὑπέρβιον εὐχετάασθαι. De mediocritate autem, apud veteres hæc scripta leguntur: εἴη ἐμοὶ μέτρια, μὴ λυπουμένῳ. Et rursum, φιλτάτη σχολὴ, ὄχλος τε μέτριος. Et iterum, λυπηρὰ γὰρ τὰ κρείσσονα: Euripides in Ione. quemadmodum enim

De mediocritate sententiæ.

ὅσῳ μέγιστος, ὅσῳ, μεγίστης τ' ἔμμορε τιμῆς,
οὕτω καὶ μείζονος κακοῦ, vt est apud Homerum.

πολλοί τοι χρῶντ.) ζεὺς (γὰρ) δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε,
ὅππως κεν ἐθέλῃσιν, ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων: Homer. Iliad. ς.

Vide prouerb. Cum Deo quisq; gaudet & flet: item, Dij omnia possunt: &, Felicitas à Deo: ac Atheniensium inconsulta temeritas: &, Sine ope diuina nihil valemus: &, Dormientis rete trahit: ac, Romanus sedendo vincit.

ἀλλ' ἄλλῳ.) Vide prouerb. Nihil est ab omni parte beatum: item, Mala bonis mixta sunt: item, Trabs in omnibus: ac, Oportet omnibus corydalis.

ὄλβιος οὐδείς.) Vide prouerb. Finem vitæ expecta.

σπουδὴ γίνεται οὐδεμία.) Vide prouerb. Citra puluerem, Citra arationem, Citra sementem.

θεοῖς εὔχου.) ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐστὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε. Hesiodus.

ἄνδρ' ἀγαθὸν.) De paupertatis incommodis: & quòd eam fugere oporteat omni studio, laborando, suum officium faciendo, & similibus honestis exercitijs, quibus illa fugari solet. Vide prouerb. Abijciendum procul: item, Terra mariq;.

κρειοὺς μὲν.) De coniugijs, quæ iubet fieri cum æqualibus, non improbis, sed honestis, & virtute præditis. Vide prouerb. Malè coniugati. Cascus cascam ducit, Æqualem tibi vxorem quære, Formica camelus. Archidamum mulctarunt Spartani, quòd ducta parua vxore, pro regibus reguneulos ipsis procreare vellet: quemadmodum aliquoties id meminit Plutarchus in Vitis & Moralibus: Athenæus quoque. Iidem

Qualis uxor ducenda.

Archidamus multatus a Spartanis, quod paruam: Anaxandrides, quod sterilem vxorē duxisset.

Apud Spartanos actiones mali & serotini etiam matrimonij.

Anaxandridem, cum sterilem duxisset, fœcundam ducere coëgerunt: teste Herodoto lib. 5. Apud Spartanos namq; nō tantùm mali matrimonij actiones fiebant, sed etiam serotini nimis, quemadmodum ocij, autore Plutarcho in Lysandro. Porrò ex quibus liberi procreandi, à Plutarcho pluribus disputatur in Pædagogia: & in connubialibus etiam præceptis.

ἀνάγκη.) Id est, impellunt ipsum opes, quæ ipsi causa sunt omnis mali, dum propter eas mala sibi accersit, ducta mala vxore: seu ipsa indigentia, ipsa paupertas, quæ misere afficit hominum mentes.

χρήματα.) Præceptum de iusticia: opes iustè quærendas, quòd iniusticiam puniat Deus, vel in nobis ipsis, vel in liberis.

χρήματα δ' οὐχ ἁρπακτά, θεόσδοτα πολλὸν ἀμείνω: Hesiod. lib. 1. *ἡμερῶν καὶ ἔργων* Et Solon apud Stobæum in Elegia de Musis,

πλοῦτον δ' ὃν μὲν δῶσι θεοί, παραγίγνεται ἀνδρὶ
ἔμπεδος ἐκ νεάτου πυθμένος εἰς κορυφήν.

ἐς δὲ τελευτήν.) Vide prouerb. Vindicta tarda, sed grauis: item, Serò molunt deorum molæ: item, Serò Iupiter Diphtheram inspexit: item, Dij laneos habent pedes: item, Mali bibunt improbitatis fecem: &, Flagitiorum turpis exitus. Vide etiam libellum Plutarchi cui titulus est, de ijs qui à Deo serò puniuntur: vbi etiam hic Euripidis versiculus commendatur, *τὰ τῶν θεῶν χρόνια, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ.* Extat autem in Ione: quemadmodum is quoq;, *μέλλει τὸ θεῖον, τοιοῦτον γὰρ φύσει*, apud eundem in Oreste reperitur.

ἀλλὰ τάδ' ἀνθρώπων.) Quòd pœnæ dilatio, quia impunitatem sibi pollicentur homines, prouocet ad peccandum eosdē.

ἀλλ' ὁ μὲν αὐτός.) Punit enim Deus peccatum regulariter, etiamsi differat: quemadmodum in versibus oraculi indicatum est,

τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστόν,
οὐδὲ παραίτητον, καὶ εἰ διὸς ἔκγονοι εἶεν.

οὐδείς τοι φεύγοντι.) Tempora (enim) si fuerint nubila, solus eris: vt in versu Ouidij dicitur. Citatur à Clemente etiam 6. *στρωμάτων.*

οἶνόν τοι πίνειν.) In veteri versu dicitur,

πάσας δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει
πινόμενος κατὰ μέτρον. Ideoq; à Simonide apud Athenæum lib. 10. *δειπνοσοφιστῶν, οἶνος ἀμύντωρ δυσφροσυνάων* nuncupatur. Idem, autor boni & mali: de quo in versu Hesiodi, qui in scuto Herculis extat, dicitur,

εἶτα διώνυχος δῶκ᾽ ἀνθρώποις χάρμα καὶ ἄχθος.

κύρνε, φίλους.) De accommodando ſe hominum varijs moribus atque ingenijs præceptum. Vide prouerb. Aliter cum alijs agendum : item, Lex & regio : item, Seruire ſcenæ, Seruire foro : &, Eodem collyrio mederi omnibus. Cæterùm de polypo piſce, vide prouerb. Polypi mentem obtine : item, Polypi caput : item, Polypi : &, Bis ſeptem plagis polypus contuſus : ac, Cum exoſsis ſuum rodit pedem. De polypo vide etiam quæ ſcribuntur à Plinio lib. 9. cap. 24. & 30. Athenæũ in Dipnoſophiſtis lib. 7. item lib. 12. vbi etiam verſus iſti Theognidis cum aliorum, Pindari, Sophoclis, Sotadis de polypo ſimilibus leguntur. De polypo loci apud autores.

μηδὲν.) In factionibus quieſcere iubet, nec ſe addicere ſeditioſis, ſeu metu perculſum, ſeu quibuſcunque alijs commotum.

ὅστις τοι δοκέει.) Non ſuperbiendum propter quæcunq; dona, cum quiſq; ſua quædam dona habeat, nemoq; ſolus ſapiat, & ſint diuerſa ſtudia. Vide prouer. Suum cuiq; pulchrum: item, φίλαυτοι. item, Multi oderint, ſi teipſum amas : &, Faſtuoſus Maximus : item, Alius alijs in rebus præſtantior : ac, Fortis in alium fortiorem incidit. Et Plauti verſiculus rectè ſe habet in Trinummo : Qui ſe omnia ſcire ſimulant, nequicquã ſciunt. Et rurſus ibidem : Qui ſeipſum contemnit, in illo eſt indoles induſtriæ. Diuerſa dona ac ſtudia.

πλούτου δ᾽ οὐδέν.) Quòd auaritia ſit inexplebile quiddam, & quòd opes inſtabiles ſint.

γίγνεται ἀφροσύνη.) id eſt, ſtultos cæcosq; efficiunt homines. Vide prouerb. Dolium inexplebile.

ἀκρόπολις.) De ingratitudine vulgi erga viros principes, duces, &c. benè meritos. Exempla eius rei plurima ſuppeditat Romana præcipuè hiſtoria : quemadmodũ patet legenti Plutarchum, Dionem, & alios.

οὐδ᾽ ἔτι γε πρέπει.) Id eſt, ſaniores, ſollicitos de ſalute vrbis, & patriæ ſuæ, non decet eſſe ſimiles ingratis & improbis, qui ſibi ipſis & patriæ afferunt exitium.

σοὶ μὲν ἐγὼ.) Quòd poëtæ multum poſsint in vtranq; partẽ ſuis carminibus, ad gloriam & infamiam. quemadmodum etiam Plato id monuit in Minoë, his verbis : οἱ ποιηταὶ μέγα δύνανται εἰς δόξαν, ἐφ᾽ ὁπότερ᾽ ἂν ποιῶσιν εἰς τοὺς ἀνθρώπους εὐλογοῦντες ἢ κατηγοροῦντες. Vide prouerb. Cicadam ala corripuiſti : item, Vati non conuiciandum. Poetæ multũ poſſunt ad laudẽ & vituperium.

οὐδέ ποτ᾽.) *Scindentur* (enim) *veſtes, gemma frangentur & aurũ:*

Carmina

Carmina quam tribuent fama perennis erit. Ouid ῥῆμα γὰρ ἐργμάτων χρονιώτερον βιοτεύει: vt Pindarus scripsit Hymno quarto Nemeorum.

Carmina poetarũ, Homeri, Euripidis, &c. in quibus locis apud veteres fuerint recitata.

αὐλίσκοισι.) Alludit ad veterum morem, quo carmina in conuiuijs, & publicis solennibusq; congressibus, mercatibus itẽ, & certaminibus recitabantur: & in tibijs, lyra, alijsq; instrumentis canebantur præclara facta præstantiũ virorum: quemadmodum de Homeri, Sophoclis, Euripidis, &c. scriptis memoriæ prodiderunt, Plato, Lycurgus, Athenæus, Plutarchus in Vitis, in Moralibus: Dion quoq;, & aliquot alij, sicuti suo loco monebimus. Quod ideo præcipuè factum est, vt optimorum exemplorum recitatione ad meliora homines accenderentur.

O sacer & magnus vatum labor: omnia fato Eripis, & donas populis mortalibus æuum. Lucanus.

οὐχ ἵππων.) A' poëtis celebrati, seu quomodocunque celebres, etiam trans mare apud eos homines noti sunt vbique, ad quos penetrare nequeunt. quemadmodum id quoq; Dionysius poëta in Orbis descriptione, de se ipso scripsit his versibus:

οὐδὲ μὲν ὑγκανίοις ἐπιμίσγομαι, οὐδ' ἐρέτῃσιν,
ἀλλά με μουσάων φορέει νόος, αἵ τε δύνανται
νόσφιν ἀλημοσύνης πολλὴν ἅλα μετρήσασθαι,
οὔρεα, ἤπειρόν τε καὶ αἰθερίην ὁδὸν ἄστρων.

Plura similia sunt in Pindari hymnis, maximè verò Nemeorum quinto.

αὐτὰρ ἐγὼν) Id est, ingratus mihi es pro hoc tanto beneficio, quo te immortalitati consecro, vt viuas etiam post obitum.

De ordine votorũ, seu in quibus posuerint sũmum bonum veteres.

κάλλιστον τὸ δικαιότατον.) Aristoteles Moralium Eudæmiorum lib. 1. narrat, hunc hexametrum in vestibulo templi Apollinis, quod est in Delo, scriptum fuisse. Videtur id distichon totum allusio esse ad ordinem votorũ, seu summi boni, popularibus etiam cantilenis celebrati: cuius meminit Plato libro de Legibus 1. libro. item 2. tum in Gorgia etiam & alibi: Stobæus quoq; ex Sclerij cuiusdam sententia, Athenæus similiter libro decimoquinto: Clemens porrò Alexandrinus ex Simonidis Lyrici poetæ & Aristotelis philosophi sententia, quæ extat apud eundem primo Moralium. Cœlius etiam Calcagninus, in commentario de salute ac recta valetudine, ex Philemone aliter commemorat: videlicet, ὑγίειαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν, τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ' ὀφείλειν μηδενί. Vbi multa dicuntur alia huc pertinentia. Cæterùm de sanitate quantum sit bonum, ac quomodo ea tuenda, pluribus disputatur à Galeno in libris sex de Tuenda sanitate, tum

De sanitate tuenda libri.

aliquot

aliquot alijs suis libris ad Hygieinen spectantibus, tum Plutarchum etiam in præceptis sanitatis tuendæ. Vide prouerb. Tria saluberrima: item, Primum rectè valere, proxima forma, tertio loco diuitiæ.

ἵππος ἐγώ.) Querela allegorica, de amico improbo & ingrato, cui nulla fidelis amici placent officia.

οὔ μοι πίνειν.) Quòd infelix sit in amore, & nullo loco habeatur apud amicam: quodq; à famula amicæ, cuius ministerio ipsa vtitur, vix curetur.

ἡ δὲ τίειν.) Id est, mala mihi imprecatur, indignè ferens osculum meum.

γυνή.) De paupertate, quòd spreta sit, & abiecta inter homines: de quo plura dicuntur in Pluto Aristophanis. Et in versibus dicitur,

In precio precium nunc est, dat census honores,

Census amicitias, pauper vbiq; iacet. Vide prouer. Pecuniæ vir: item, Generosus ex crumena: item, Vestis virum facit.

γνώτη τοι πενίη.) Id est, pauperes, quamuis sint hospites, peregrini, seu nihil ad nos pertinentes, tamen facilè ex misero habitu agnoscuntur.

δήμιχλος.) turbæ promiscuæ adnumeratur: non admittitur ad honores, dignitates & officia.

ἴσως τοι.) Querela est, quæ eò spectare debet, vt parentes senes reuerẽter habere discamus. Nec temerè prædicatur Aeneæ pietas, humeris gestantis senem patrem ex belli Troiani incendio, à Calabro Paralipomenon Homeri lib. 13. Aeliano variæ historiæ lib. 3. cap. 23. Virgil. 2. Aeneid. Ouid. 13. Metamorphos. & libro 1. de Ponto. Ac quæ de Calliæ ac Philonomi Cataneorum pietate in parentes produntur ab Aeliano, Pausania, Seneca, Strabone, & Virgilio in Epigrammatis, & aliquot alijs, notatu non sunt indigna. Apud Oppianum in Halieuticis hic versiculus legitur,

Aeneæ pietas, gestantis senem patrem ex incendio Troiano.

Calliæ ac Philonomi Cataneorum pietas in parentes.

πατρὶ δὲ γηράσκοντι νέον θάνος ἤτις εἰσι. Vide prouerb. ἀντιπελαργεῖν, & γηροβοσκεῖν. Vide etiam Senecam lib. 3. de Beneficijs, vbi hæc quæstio excutitur, An liberi poßint parentibus reddere gratiam.

κακὸς τόν.) Quòd mali viri mala & stulta sint opera, etiamsi ipsi rectè & sapienter suscepta esse videantur. Vide prouer. Inanium inania consilia: item, Stultus stulta loquitur: ac, Effœminatorum oratio etiam effœminata: &, Ab impijs egressa est iniquitas.

ἄζων μηδενὶ πιστός.) Vide prouerb. Memento diffidere:

item, Nusquam tuta fides: ac, Sponde noxa præsto.

φεῖδα τῶνδε πίθωσι.) id est, ne minimum quidem.

ἐν γάρ τῇ.) Vt sit quasi ratio superioris: & vt accipiatur seu de poëtæ patria, seu in genere de quibuscunque non fidis.

ἀπαλεύτεροι.) infeliciores, magis inopes, nescientes quo pacto suis rebus possint cōsulere. Nisi locus est corruptus & suspectus, quales in hac Gnomologia sunt plurimi.

νῦν δὲ τὰ.) Quòd improbi ex aliorum incommodis sua comparent commoda, & quòd sæpè emergant in publicis calamitatibus: quemadmodum in versu dicitur,

ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς. apud Plutarchum.

νόμοις.) id est, putát semper sic agendum improbi, tanquam lege.

οὐδὲ λέων.) Contra potentes & tyrannos, de fortunæ inconstantia. Vide prouerb. Artem quæuis alit tellus: item, Fortuna æstuaria: item, Dionysius Corinthi. Huc pertinet historia de miserabili exitu Polycratis, Samiorum regis opulentissimi & felicissimi, quæ luculenter describitur apud Herodotum in Thalia. Meminit quoq; Strabo lib. 14. Cicero lib. 5. de Finib. bonorum & malorum. Valerius lib. 6. Plinius etiam in aliquot libris aliquoties.

Epitheta garrulorum.

κωτίλῳ.) Contra immodicè garrulos. κωτίλη hirundinem significat: κωτίλοι autem blaterones, λάλοι, de rebus non necessarijs, non vtilibus garrientes, ἀμετροεπεῖς, πολύμυθοι, locutulei, linguaces, ἀχάλινον, ἀπύλωτόν τι καὶ ἀθυρόγλωττον στόμα ἔχοντες. de quo vide Gellium lib 1 cap. 15. Vide etiam prouerb. Archytæ crepitaculum: item, Os infrene, loquax talpa: ac, Loqui nescit, tacere non potest.

ἀναγκαίη.) coacta: omnia autem coacta molesta sunt. Vide prouerb. Necessitas molesta: item, Volentem bouem ducito.

οὐδ᾽ ἐθέλει.) Vide prouerb. Viri infortunati procul amici: item, Mendico ne parentes quidem amici sunt.

ποικίλον ἦθος.) Vt pro temporum, rerum & personarū conditione, alij quandoq; simus.

οὐ χρή.) Mediocrem statum & fortunam boni consulendā. Vide prouerb. Quod adest, boni consule: item, Præsentem fortunam boni consule: &, Præsentem mulge, &c. ac, Spartam nactus es, hanc orna.

οἱ κακοὶ οὐ πάντως.) Homines mali sunt ex prauo consortio. Vide prouerb. Si iuxta claudum habites, subclaudicare discas: item, sapientes tyranni sapientum congressu. &, A bonis bona disces.

ἐν μέν

ἐν μὲν συσσιτίοισιν.) Qualem ſe oporteat gerere in conuiuio, ne quid ſtultum dicamus, ſeu faciamus.

ὡς ἀπεόντα.) id eſt, Et abſentis loco habito, nihil imprudenter agas, ne minimum quidem. Quod ſi deinde quædam de te ex conuiuio forâs ſparſerint, ferto illa fortiter: ſimul hinc addiſcens, quo quiſq; ſit ingenio.

ἐν μὲν μαινομένοις.) *ἐν θιάσοις δὲ καὶ πιθήκοις ὄντα, δεῖ εἶναι πίθηκον. μετὰ μαινομένων φασὶ χρῆναι μαίνεσθαι πάντας:* Calliæ comici apud Clementem 6. lib. *στρωμάτων.* Et, *οὐ πανταχοῦ τὸ φρόνιμον ἁρμόττει παρόν*, vt ait ibidem Menander comicus. Sunt apud Athenæum aliquoties ſimilia. Et Plautina illa quæ in Bacchidibus leguntur, hoc loco referenda ſunt: Nullus, inquiens, frugi eſſe poteſt homo, niſi qui benè & malè facere tenet. Improbus cum improbis ſit, harpaget, furibus furetur quod queat. Verſipellem frugi conuenit eſſe hominem, pectus cui ſapit: bonis ſit bonus, malus ſit malis: Vtcunque res ſit, ita animum habeat. Vide etiam prouerbium, Inſanire cum inſanientibus.

τὸ μὲν ἔμπεδον αἰεί.) Id eſt, Eſt æterna, & in animo poſita, in quam nullum ius habet fortuna. Ac rectè præcipit apud Stobæum Phocion, *πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.* Expugnatis itaq; Megaris, cum rogaretur Stilpon philoſophus à Demetrio, an aliquis ſibi aliquid eripuiſſet, reſpondit, Nemo. *πόλεμος γὰρ οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν.* Id eſt, Bellum non deprædatur virtutem, eruditionem & ſcientiam, autore Plutarcho in Pædagogia, & in vita Demetrij. Vide prouer. Virtus æterna: item, Res mortalium circulus: item, Sapiens ſua bona ſecum fert.

ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.) Vt in Mimo dicitur: Fortuna leuis eſt, citò repoſcit quæ dedit. Vide etiam prouerb. Hodie nullus, cras maximus.

κῦρν' ἀγαθός.) Quod vir bonus vtramq; fortunam rectè ferat, malus verò non item: quod probat ſapienti diſticho. Vide prouerb. Homines frugi omnia rectè faciunt: item, Omnia bonos viros decent: &, Incus maxima non metuit ſtrepitus: ac, Quadratus homo.

κατέχειν.) Id eſt, Eſt malus, abutitur proſpera fortuna.

μέτεστ' ἐπὶ σμικρᾷ.) Iubet ignoſcere amicorum vitijs, quòd nemo viuat ſine crimine, ſine vitio, ſine peccatis: præter ſolos deos, qui peccata nec admittunt, nec ferunt. Vide prouerb. Mores amici noueris, non oderis: item, Nihil eſt ab omni parte beatum: ac, Nemo omnibus horis ſapit item,

Plutarchi libellum de Non temerè credendo calumniæ.

καὶ βραδύς.) Quòd dij patrocinétur iustæ causæ. *οὐ γὰρ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα, κιχάνει καὶ βραδὺς ὠκύν* : quemadmodum Homerus scripsit de Marte in adulterio comprehenso, & confuso corá dijs omnibus.

σὺν εὐθείῃ δίκῃ.) id est, dijs cooperantibus, iuuantibus bona consilia, bonam causam. Vide prouerbium, Velocem tardus assequitur.

ἥσυχος ὥσπερ.) Præceptum de iusticia, quæ in medio consistit, *δίκαιον* quasi *δίχαιον* quoddam existens, secundum Aristotelem, quæ suum cuiq; tribuit.

αὐτὸς ἔτι.) id est, seu non est prioris æstimationis & autoritatis apud suos, seu fortuna in melius commutata obliuiscitur exilij, & quod in eum beneficus extiteris. Vide prouerb. Simul & misertum est, interijt gratia.

μηδὲν ἄγαν.) Laus mediocritatis, & modi: quem obseruare, quemadmodum est optimum, ita quoq; non est cuiusuis, sed rectè instituti & assuefacti. Vide prouerb. Ne quid nimis: Dimidium plus toto: item, Festina lentè.

Ζεύς μοι.) Votum, vt possit facere benè amicis, malè verò inimicis: quemadmodum Hecuba apud Euripidem, *πῶς καλοῖς τι μακρουμένη αἰῶνα τὸν σύμπαντα δουλεύειν ἐθέλεις.*

δύη.) id est, Sim ipsis molestus, quemadmodum ipsi mihi ægrè fecerunt.

ἐγὼ δὲ κύων.) Allusio est ad fabulam Aesopicam (si modò quisquam vnquam fuit Aesopus) de cane cum frusto carnis flumen tranante. vt sit fortè sensus: Dum à prædonib. & alijs improbis vexor, amitto mea bona: vt canis carnem, flumen traijciens.

ὦ δειλή.) Petit se liberari tandem à paupertate improba, difficili & molesta.

τόλμα κύρνε.) Aduersam fortunam patienter ferendam: simul etiam cogitandum, quomodo eam tandem à nobis abigamus.

μηδὲ λίην δείκνυε.) Iubet quemq; suum celare infortunium: quod pauci alienis, vt proprijs, afficiantur. *τὸ οἰκεῖον δὲ πιέζει, ἀλλοτρίων δὲ οὐ μέλει* : vt est apud Pindarum. Vide prouerb. Suam quisq; homo rem meminit.

ἀνδράς τοι κραδίη.) Quòd nihil dulcius sit, quàm vlcisci malè de nobis meritos. quemadmodum in Publij Mimo dicitur: Inimicũ vlcisci, vitã est accipere alterã: &, Quod volentẽ vlcisci hostes, oporteat id clàm habere, ne præmoniti sibi caueant.

δεύτερον

ὀξυτέρη.) Id est, omnia obseruant, omnia metuunt, ne fortè insidiæ ipsis ponantur. Vide prouerbium, in occipitio oculos gerit.

οὐ δύναμαι.) Multi hoc ingenio sunt prædití, vt quodcunq; facias, tamen nullam apud eos ineas gratiam.

μωμεῦνται.) Vide prouerb. Momo satisfacere: item, Carpet citius aliquis quàm imitabitu: &, Vitiligator.

μή μ' ἀέκοντα.) Neminem cogendum, vt seu inuitus amicus sit, seu nobiscum maneat. Vide prouerb. Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt: item, Nosce tempus: item, Inuitis canibus venari: ac, Inuitos boues plaustro inducis.

Ζεῦ φίλε.) Querela est vsitata Ethnicis, (nescientibus caussas ex verbo Dei, quare pij præcipuè sint subiecti cruci) quòd sine prouidentia omnia geri videantur, cum malis plerunque melius sit quàm pijs, qui paupertate & alijs incommodis vt plurimùm premantur. de qua re vide quæ in eam sententiam disputantur à Gellio libro 2. cap. 18. Apud Senecam etiam in libro de Gubernatione mundi & prouidentia: Ciceronem etiam libro tertio de Natura deorum, vbi plurimis exemplis ostendit, quod bonis sæpius mala quàm improbis eueniant. Plutarchum etiam in Vitis illustrium Græcorum & Romanorum: ac Diogenem in philosophorum vitis, vbi plerique optimi viri, de vita optimè meriti, miserrimum vitæ exitum sortiti leguntur. Malis plerunque est melius quam bonis. Multi boni viri misere perijsse leguntur.

οὐδέ τι κεχειρμένον.) Id est, Quia malis benè est, bonis verò malè, non possis dicere, quid agendo placeas dijs. Vide prouerb. Diuitiæ non semper optimis contingunt: item, Liba Coalemo: item, Corui luscinijs honoratiores: item, Paupertas sapientiam sortita est.

πενίης μητέρ'.) Vituperatio paupertatis, & incommodorum eiusdem. ἀμηχανίην autem vocat consilij & mentis inopiam, desperationem, ac summam rerum penuriam. eam Alcæus Lyricus πενίας ἀδελφὴν nuncupauit, quod eam comitari soleat.

ἐς ἀμπλακίην.) Vt se conuertant ad studia, artesque minimè honestas. Vide prouerb. Viro esurienti necesse est furari: item Miserrimum fame mori: ac, Multa docet fames.

ἐν πενίῃ.) Quod mali paupertatem & alia vitæ incommoda non rectè ferant, boni vero in vtraq; fortuna ijdem appareant: quemadmodum de Socrate, Plato, Xenophon, Diogenes & alij scriptum reliquerunt:

ὁ μὲν (γὰρ) πονηρὸς οὐδὲν ἄλλο πλὴν κακός,
ὁ δ' ἐσθλὸς, ἐσθλὸς. οὐδὲ συμφορᾶς ὕπο
φύσιν διέφθειρ', ἀλλὰ χρηστός ἐστ' ἀεί : quemadmodum rectè sic sentit apud Euripidem Hecuba. vide prouer. In beato omnia beata : item, Sapientibus omnia facilia.

αἰδεῖσθαι θ.) De humanitate ac pietate erga amicos & deos, quos periurio contra se irritare prohibet.

μηδὲν ἄγαν.) Quòd iniusticiam & mala lucra sectari, exitiũ afferat, cuius initium est mentis peruersio, qua τὸ κακὸν δοκεῖ ποτ' ἐσθλὸν εἶναι τῷ δ' ὅτῳ θεὸς φρένας ἄγῃ πρὸς ἄτην, quemadmodũ à vetere Tragico scriptum est. Vide prouer. Ne quid nimis: item, Festina lentè.

φίλτατος ὤν.) Ad amicum peccantem in amicitiam, sine causa, ex propria malitia.

οὐδένα θησαυρόν.) Commendatio verecundiæ & pudoris: de quo in versu Hesiodi dicitur,

αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι. & quæ à turpi maximè auertit homines, & formæ quoq; ingens decus conciliat, ipsa ornamentum faciei existens eximium: quemadmodum Clearchus lib. 1. rerum amatoriarum his verbis indicat ex Lycophronidis sententia, apud Athenæum lib. 13. οὔτε παιδὸς ἄρρενος, οὔτε παρθένων τῶν χρυσοφόρων, οὔτε γυναικῶν βαθυκόλπων, καλὸν τὸ πρόσωπον, ἀλλὰ κόσμιον πεφύκει. ἡ γὰρ αἰδὼς ἄνθος ἐπισπείρει. Vide etiam prouerb. Pudor & metus.

μηδενός.) Gnome est, quòd sapiens & potens facilè id assequatur, vt nullo hominum videatur esse deterior, seu etiam inferior, Cum benè nummatum decoret Suadela Venusq;: vt in Latini poetæ versu id indicatum est. Vide prouer. Pecuniæ vir: item, Virtutem & sapientiam vincunt testudines.

πίνων δ' οὐχ.) Ita bibendum, ne inebriati maledictis incessamus amicos. οἴνου κατιόντος εἰς τὸ σῶμα, ἐπαναπλέειν κακὰ ἔπεα καὶ τὰ μαινόμενα, autore Herodoto apud Athenæum lib. 13.

οὐδέν' ὁμοῖον.) Prædicat amico candorẽ & sinceritatẽ suam, & quòd neminem in ea re similem sibi inueniat. hoc est, queritur de paucis fidis amicis.

ἐς βάσανον.) Per βάσανον lapidem indicem intelligit, cuius attritu fabri aurum vel argentum explorant. Vide prouerb. Lydius lapis: item, Inexploratus homo: item, Aperto pectore: item, Fidus amicus: ac, Aurum igni probatum. Extat etiam Plutarchi libellus, de laudando seipsum citra inuidiam. Vide prouerb. Teipsum laudas.

πολλά με) Correctio sui ipsius, quòd quamuis habeat studium

dium rectè agendi, tamen sæpè labatur tum in amicitia, tum in alijs rebus: quòd nemo sit ab omni parte beatus, nemo excellat in omnibus, cum πάμπαν sit ἄμωμος οὔτις οὐδ᾽ ἀκήριος, quemadmodum sapiens dixit Simonides. Vide prouerb. Mala bonis mixta sunt.

πολλοῖς ἀνθρώποις.) Contra immodicè loquaces, οἷς ἡ γλῶττα προτρέχει τῆς διανοίας: vt Isocrates dixit. Et quòd bona tantum & necessaria dicenda, cætera verò sinenda sint: quemadmodum præcipit apud Stobæum Pythagoras:

ἢ χρὴ σιγᾶν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λαλεῖν.

οὐ γάρ τὰ πολλὰ ἔπη φρονίμην ἀπεφήνατο δόξαν. vt de sapientibus quidam monere est solitus.

πάντων μὲν μή.) Multi extitere, qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri. Extat autem ea sententia apud Pliniū in præfatione lib. 7. Mundi historiæ: Ciceronem etiam lib. 1. Tusculanarum quæstionum, & Plutarchum in oratione consolatoria. Apud Platonem quoq; in Axiocho non dissimilis legitur. Et τὸ μὴ γενέσθαι οὐδὲν, τὸ δὲ γενέσθαι πόνος, fertur dicere consueuisse Apollonius. Vide etiam prouerb. Non nasci optimum. Hoc loco commemoranda fuerant, quæ de Trophonio & Agamede, quorum Homerus etiam meminit: de Cleobi item & Tello, à pluribus autoribus memoriæ prodita sunt: Platone, Pausania, & Plutarcho, vbi sæpius etiam ea repetita leguntur.

De Trophonio & Agamede Cleobi & Tello, beatis.

ἔθρεψεν) Ideoq; rectè dixit Alexander, se non minus obligatum Aristoteli præceptori, quàm patri Philippo: quòd ab hoc viuendi, ab illo autem bene viuendi rationem & causam esset assecutus. Plutarchus in Alexandro.

Alexāder Magnus quantum dixerit debere se præceptori Aristoteli.

ἀσκληπιάδαις.) Patronymicum: id est, Podalirio & Machaoni, filijs Aesculapij, filij Apollinis, vsque adeò periti & felicis medici, vt mortuos etiam vitæ restituisse ipsum scribat Pindarus 3. Pythior. hymno. Ouid. 2 Met. Xenophon quoq;, vbi de Chironis discipulis loquitur, omnibus præstantibus viris, in lib. de Venatione. Apuleius etiam lib. 4. Floridorum. Extant & Aristidæ Adrianæi orationes aliquot, in laudem Aesculapij, templi et filiorum eius scriptæ de quibus Homerus quoque meminit Iliad. β. item λ. & in hymno Aesculapij, his quidem verbis: ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων,

ἰούς τ᾽ ἐκτάμνειν, ἐπί τ᾽ ἤπια φάρμακα πάσσειν.

Aesculapius Apollinis filius, medicus peritus.

Et rursum apud eundem de Aesculapio in Hymnis,

χάρμα μέγ᾽ ἀνθρώποισι κακῶν, θελκτῆρ᾽ ὀδυνάων.

εἰ δ᾽ ἦν ποιητόν.) Quòd virtutes non inserantur liberis ex traduce,

traduce, vt loquuntur. Eius rei ſuppeditant nobis plurima exempla tum veteres hiſtoriæ, tum etiam vita præſens. Pericles vir eloquentiſsimus & ſapientiſs. filios reliquit duos ſtupidos, & tertium Cliniam furioſum etiam. Sic Ariſtides filium habuit nullius rei. Thucydidis quoque duo filij paternæ virtuti non reſponderunt: quemadmodum id docet Socrates apud Platonem. Cicero etiam, fons ille eloquentiæ, & dono quodá prouidentiæ genitus, reliquit filium illaudatum: Cyrus similiter ſuum Cambyſem: vtrumq; à patrijs virtutibus longiſsimè degenerantes, quemadmodum id ſcribunt Plutarchus in Cicerone, & Herodotus lib. 3. in hiſtoria Cambyſæ. Vnde tot exemplis motus Demoſthenes dixit, τῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ὥσπερ εἱμαρμένον εἴη φαύλους ἀποβαίνειν υἱούς, quemadmodũ ſcribit id Ariſtides rhetor in Cimone. Et apud nos vir quidam bonus & facetus, in eandem ſententiam hanc ſuam vocem ſæpè (occaſione ita ferente) vſurpare ſolebat: Laudate laudate, Das jo kein weiser Mann einen klugen Sohn lasse. Extat hic locus Theognidis apud Platonem in Menone, vbi Socrates conatur oſtendere, virtutem doceri non poſſe. Cuius contrarium oſtẽdit Plutarchus in commentario, Quod virtus doctrina poſsit acquiri. Vide prouer. Aut regẽ aut fatuum naſci oportere: itẽ, Filius degenerans: ac, Nunquam ex malo patre bonus filius: &, Matrem ſequimini porci: ac, Haud canit paternas cantiones.

Exempla filiorum degenerantium à patrijs virtutibus.

ἀλλὰ διδάσκων.) De tardis & lentis & monſtroſis naturis illa accipienda ſunt, quæ nullo artificio, nulla inſtitutione, nulla diſciplina molleſcunt: qualis fuit Nero Cæſar, cloaca ſathanæ, doctiſsimi & caſtiſs. Senecæ diſcipulus. quales etiá plurimi de Platonis diſcipulis fuerunt peſsimi, crudeles & tyrannici, quemadmodum id prodidit Athenæus libro vndecimo *δειπνοσοφιστῶν*.

Quales fuerint pleriq; Platonis diſcipuli.

νήπιος ὅς.) Vide prouer. Non videmus manticæ quod in tergo eſt: item, Ab ipſo lare: item, Propria vineta cedere: ac, Aedibus in noſtris. Quæ item de duabus Aeſopi peris à Plutarcho & alijs referuntur, notiora ſunt.

οὐδείς τοι πάντ'.) Quod nemo ſit ab omni parte beatus, & quod bonus vir vtranque fortunam rectè ferat.

Sperat (enim) *infeſtis, metuit ſecundis*
Alteram ſortem, benè præparatum Pectus. Horat. lib. 2. Oda 10.

κοὐκ ἐπίδηλος.) id eſt, Celat ſuum infortunium, Macht nicht viel geschrey darvon.

ἤ μ' ἐθέλεις.) Prædicat amico ſuam conſtantiam, fidem & candorem.

candorem. metaphora sumpta ab auro examinato & puro. Vide prouer. Aurum igni probatum : item, Aurum indice exploratum: &, Aurum Colophonium: ac, Inexploratus homo: item, A' puro pura defluit aqua : item, Vera fronte.

αὖθεν σ' ἐι.) Contra eos qui sibi sapere videntur, cum sint stultissimi. Vide prouerb. Nosce teipsum.

εὖ τοι σύμφερον.) Apud Clementem 6. στρωμάτων paulo aliter legitur, quemadmodum Homerici etiam aliquot apud Synesium : ab ipsis fortè scriptoribus, à quibus citantur, pro suo arbitrio sic mutati. Leguntur quoq; apud Athenæum lib. 13. cũ similibus. Sunt autem præceptum de ducenda æquali vxore. Vide prouerb. Aequalem tibi vxorem quære : item, Formica camelus : &, parit puella etiamsi malè adsit viro : ac, Semper seni iuuenculam subijce : &, Vinum caret clauo.

Homerici quidam versus apud Platonem & Synesium aliter leguntur, quam apud Homerum.

μή ποτ' ἐπ' ἀπρήκτοισιν.) Impossibilia non affectanda, sed vtilibus ac necessarijs studendum. Vide prouerb Impossibilia captas : item, Quod fieri non potest, nec incipiendum quidem.

σύμμαχον τοι.) Vide prouerb. Dij facientes adiuuant, Cum Minerua manum quoq; moue, Manum admouenti fortuna imploranda : item, Industriá adiuuat Deus: ac, Difficilia quæ pulchra.

ἀμφ' ἀρετῇ.) De studio iusticiæ, de qua pluribus disputatur ab Aristotele in Ethicis. Vide prouerb, Lucrum malum æquale dispendio.

μηδένα.) Præceptum in symposijs obseruandum, de quo Menelaus etiam in Odyssea præcipere voluit hoc versu,

χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν : Odyss. ο. Vide prouer. Temulentus dormiens non est excitandus: ac, Volentem bouem ducito : item, Necessitas molesta : item, Cogi ad bibendum inhumanum.

οὐ πάσας νύκτας.) Id est, sinas eum bibere, dum bibendi copia datur, quæ ipsi non semper ita suppeditabitur. Vide prouerb. Saturnalia non semper erunt.

αὐτὰρ ἐγώ.) Maturius è conuiuio discedendum : & vinum bonum esse, cum modicè bibitur. tunc enim,

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει : quemadmodum id de eo prædicat in Iliad. ζ. Hecuba, Hectori à prælio redeunti.

ὃς δ' ἂν ὑπερβάλλῃ.) De incommodis ebrietatis.

μυθεῖται.) Referuntur ab Athenæo etiam lib. 10. vbi multa similia ex alijs poëtis afferuntur. Vide prouer. Quod in animo sobrij, id in lingua ebrij.

ἰφθιμέριον.) Id est, ne fias ventris mancipium, ipseq; tibi

dominetur quemadmodum dominus seruis, quibus quotidie imperat.

ἢ παρεών.) Id est, si non vis tempestiuè decedere, saltem hoc effice manens, ne bibas largius.

κωτίλλεις.) Multa promiscuè loqueris, garris in morem hirundinis: vt solent fœcundi calices facere disertos, iuxta Horatium.

ἢ μὲν γάρ.) Taxat bibacitatem amici, quòd nullum recuset poculum, sed ex omnibus oblatis bibat. φιλοτήσιος autem crater, amoris & amicitiæ ergò porrigebatur.

Veteres nec edebant nec bibebant, nisi inuocatis prius superis.

σπένδεις.) Libatio erat inuocatio deorum, seu preces antequam biberent: quod veteres ita, quamuis ethnicos, constanter obseruare solitos fuisse, ex multis locis Homeri demonstrari posset. Cæterùm de veterum crateribus vide prouerb. Superis impari numero, inferis pari sacrificandum: ac, Bonæ fortunæ, siue Boni genij: item Philotesius crater.

De quibus in conuiuio disputandum.

ὑμεῖς δ' εὖ.) Iubet procul remouere lites è conuiuio, & in commune de communibus disputare, & vulgaribus: quæ simul omnibus & grata sint, & ab omnibus intelligantur. Id videtur voluisse etiam præcipere Phocylides his versibus, apud Athenæum lib. 10.

χρὴ δ' ἐν συμποσίῳ κυλίκων περινισσομενάων,

ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν. quemadmodum similia leguntur conuiualia præcepta apud Athenæum multa. Quamuis ex Dipnosophistis, eiusdem libris, item 9. συμποσιακῶν Plutarchi, & eiusdem Septem sapientum symposio, Platonis etiam, Xenophontis, Macrobijq́; Saturnalibus, satis apparet, quod de valdè etiam serijs interdum in conuiuijs veteres disputare consueuerint. quemadmodum Persas etiam ebrios de maximis rebus consultare solitos fuisse, multi scriptores memoriæ prodiderunt. Vide prouerbium, Intersecta musica.

Veteres de serijs disputabant in conuiuijs.

Persæ ebrij de maximis rebus cōsultare soliti.

ἄφρονος ἀνδρός.) Quòd vinum immodicè sumptum prodat cuiusq; mores & ingenium. Ideoq;, vt scripsit Horatius in Arte poëtica.

Reges dicuntur multis vrgere cucullis,

Et torquere mero, quem perspexisse laborant,

An sit amicitia dignus. —— Vide prouer. In vino veritas: itē, Vinum & veritas, Vinum animi speculum: item, Vinum senem etiam vel nolentem saltare compellit.

οἰνοβαρῶ.) De incommodis vini immodicè sumpti.

περιτρέχει.) Apud Euripidem Cyclopi ebrio ὕβρεις συμμεμιγμένα

μηνύμενος δοκεῖ τῇ γῇ ἀέρεσθαι. Et apud Athenæum lib. 21 non est illepida historia ex Timæi Taurominitani scriptis relata, de adolescentibus vino calefactis, & dementib propterea, vt putarent se naui vehi in mari tempestuosissimo, &c.

Exemplum adolescentum furentiū præ vino.

μάταιον.) Vide prouerb. Vinum caret clauo: item, Vino repuerascere.

οἶνος πινόμενος.) Hoc distichon suprà exposuimus.

ἤλθες δή) Ad amicum, quòd se pauperem, aliunde ad se venientem pauperem, & si quem porrò vnà adducat amicum, sit accepturus: xenion quoq; daturus, pro ædium suarum facultate, nullosq; propterea maiores sumptus facturus, accepta aliunde pecunia mutuo. Deinde petit, vt amicis de fortuna sua sciscitantib, respondeat: quòd ea sit mediocris. Vide prouerb. Munerum animus optimus: item, Si non adsunt carnes, taricho contentos esse oportet: item, Præsentem fortunam boni consule.

ὡς τῷ μέν.) Id est, Si cum felicitate quis nos conferat, miserè viuo: si vero cum infelicitate, nihil est quod queror. non enim sum infelicissimus. Vide prouerb. Vt possumus, quando vt volumus non licet: item, Quæ dantur: &, Quod adest boni consule. Hoc loco referendum est, quod de Atheniensibus scribitur, quomodo sint habiti à Spartanis, ὡς ἐλεύθεροι scilicet ὀλιγαρχικῶς, ὡς δοῦλοι δὲ καὶ πληθύοντες μετρίως.

οὔ σε μάτην.) De diuitijs, quòd facilè ferant calamitatem: & quòd ratio iudicet congruum esse, vt bonis benè, malis vero sit malè. Huc pertinent, quæ de ea re disputantur in Aristophanis Pluto. Vide prouerb. Diuitiæ non semper optimis contingunt, qui plerunq; sub cruce sunt. Homerus cæcus est, & mendicus, & postea fame extinguitur: vt scripsit de ea re Sotades Iambographus.

οἴμοι ἐγών.) Querela, quòd quæ in vita iucunda, citò transeant. quemadmodum poëta etiam Latinus idem questus est:

Optima quæq; dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt curæ, tristisq; senectus.

οὔτε τινά.) Prædicat amico fidem & candorem suum, quòd sit talis, qualis in versu verus amicus describitur:

γνήσιος εἰμὶ φίλος, καὶ τὸν φίλον ὡς φίλον οἶδα. Vide prouerb. Aperto pectore: item, Vera fronte.

αἰεί.) Quod delectetur ijs quæ palato & auribus grata sunt, iuxta Epicuri scilicet doctrinā. sic enim scribit in lib. 1. de fine, referente Athenæo lib. 12. οὐ γάρ ἐγώ γε δύναμαι νοῆσαι τ' ἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ τῶν χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀφροδισίων,

Epicurus in quib rebus summum bonū posuerit.

ἀφαιρῶν δὲ τὰς δι' ἀκροαμάτων, ἀφαιρῶν δὲ καὶ τὰς διὰ μορφῆς κατ' ὄψιν ἡδείας κινήσεις. τίς γὰρ ἁδονᾶς ἄτερ θνατῶν βίος ποθεινὸς, ἢ ποία τυραννὶς τᾶς δ' ἄτερ οὔτε θεῶν ζηλωτὸς αἰών; quemadmodum ibidem apud eundem autorem ex Pindaro refertur. Et Mimnermi illi versiculi à Plutarcho celebrati idem innuunt:

τίς ὁ βίος; τί δὲ τερπνὸν, ἄτερ χρυσῆς ἀφροδίτης;

τεθναίην, ὅτι μὴ μηκέτι ταῦτα μέλει. Eam opinionem hausisse Epicurum scribit Athenæus, ex loco quodam Homerico, qui extat in Odyssea lib. 1. quemadmodum plerosq; alios tùm philosophos tùm poëtas, materiam suorum scriptorum & diuersarum opinionum quæ philosophorum sectas pepererunt. quemadmodum tùm alij autores id ostendere sunt conati, tũ Plutarch. maximè in Homero suo.

Plerique philosophorum materiam scribẽdi ex Homero sumpserunt.

οὔποτε δουλείη.) Exponũtur hi duo versus à Philone Iudæo in oratione, Quòd omnis probus liber sit. Dicetur aũt cõmodè de naturis improbis & fucatis. De seruis náq; id vniuersaliter dici nõ poterit, cum constet multos præstantes viros, & eruditionis & probitatis nomine insignes, seruos fuisse: de quo pluribus vide Gelliũ lib. 2. cap. 18: quæ item lib. 3. de Beneficijs à doctissimo Seneca contra hanc Theognidis de seruis sẽtentiam rectius disputantur. Vide prouerb. Serui dimidio mẽtis carent: &, seruus seruo præstat, &c.

Multi præstãtes viri serui fuerunt.

οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης.) Prouerbiales sunt formulæ, quòd ex improbis improbi nascãtur. Vide prouer. Quot seruos habemus, totidẽ habemus hostes: ac, Quæ semel ancilla, nunquã hera: item, E' squilla non nascitur rosa. Est aũt squilla cæpæ species, quemadmodum id apud Plinium pluribus agitur. Vide etiam prouerb. Squillas à sepulchro vellas.

Squilla.

ὑάκινθος.) Flos est hyacinthus, nostri vocant Breünling/alij aliter nominant. de eo plura vide apud Dioscor. lib. 4 cap. 58. de Re medica: & Mathioli, quemadmodum etiam Amati, in eundem autorem, vtriusq; doctissima commentaria. Quæ itẽ Fuchsius ex optimis autoribus, de Dioscoridis hyacintho, & poëtico fabuloso illo ex sanguine Aiacis orto, in suis Stirpium commentarijs disputet: quæ etiam Tragus non inerudité, de vtroq; hyacintho in sua simplicium historia colligit & ratiocinatur. Reperitur autem is flos sponte natus circa Hetstadiam, in monte qui vocatur. Schenberg. ad Rhenum etiam supra Bonnam, quemadmodũ nobis narrauit clariss. vir, Georgius Aemylius, S. Theologiæ doctor, ac inspector ecclesiarum in comitatu Stolbergensi, amicus noster colendus.

οὔ τις ἑκὼν.) Quòd nemo libens seipsum in mala conijciat.

Quæ:

Quæ verò leguntur in historijs & tragœdijs plurima hominũ sibi manus inferentium exempla, aliò fortè pertinebunt. Vide prouerb. Faber compedes quos fecit ipse gestat: item, Sibi quisq; amicus est.

δειμαίνω.) De iniusticia, quæ solet afferre exitium hominibus: quod exemplo demonstrat Centaurorũ, qui populi Thessaliæ, ἱππευτικῆς autores finguntur: vnde & nominati, ἀπὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους, teste Plinio lib. 7. cap. 56. Fabula verò, quomodo perierint propter iniuriam, exponitur apud Diodorum Siculum lib. 5. Homerum Odysseæ φ. Ouid. lib. 12. Metamorphos. Horat. ode 12. lib. 1. Meminerunt eorundem Isocrates, Lucianus: tametsi Lucretius eos nunquam fuisse affirmet. Vide etiam prouerb. Centauricῶs viuere: item, Lapitharum conuiuium: &, Mens non inest Centauris. Symposium item, seu Lapithas Luciani.

Centaurorum fabula.

χρὴ μι.) Monent fortè, vt lites iustè recteq; componamus, adhibitis vatibus, & consulto verbo Dei: vel, vt vnicuiq; suum tribuamus, sacerdotes veneremur, & de sacris piè & reuerenter sentiamus.

μηδένα.) De studio iusticiæ & beneficentiæ.

ἄγγελος.) Quòd, necessitate id exigente, oporteat bonum virum pugnare pro patria, εἷς γὰρ οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, vt Hector loquitur apud Homerum. Per ἄγγελον autem mutum intelligit πυρκαΐας, seu φρυκτωρίας, hoc est, speculas, è quibus igne sublato aduentus hostium, seu alia etiam significabantur De ijs meminit Aeschylus in Agamemnone, Strabo etiam lib. 3. & Solinus cap. 41. Statius lib. 3. Syluarum, Lucan. lib. 9. Egesippus lib. 4. cap. 2. vbi de Pharo, turri illa excelsa in portu Alexandrino loquuntur, quæ nocturnis corusca facibus nautas ducebat.

Quid veteres πυρκαΐας significarint.

Pharo turris Alexandrina altissima, ac nocturnis ignibus corusca.

διαπρήξουσι.) id est, Non procul absunt à nobis: para itaq; te, vt ipsis pro patria occurras. è specula namq; ignis accensus hostes aduentare nobis significat.

χρὴ τολμᾶν.) Præceptum de patientia in rebus aduersis.

φράζεο.) Quòd in mediocritate, ne nimis diuites, pauperésque simus, consistat felicitas: & quòd modum obseruare difficile sit.

ἐπὶ ξυροῦ.) Prouerbiale, pro summo periculo. quasi diceret: in eo, in medio consistit felicitas, à quo non nisi cum periculo disceditur. Vide prouerb. In acie nouaculæ.

εἴη μοι.) Votum, vt possideat opes hostium, easq; distribuat amicis.

κιχλᾶσθαι.) Bonorum consortio vtendum. Vide prouerb. A bonis discendum.

ἥβην τερπόμενος.) Sententia est prorsus Epicurea, quæ tollit animæ immortalitatem: de qua plurimorum saniorum philosophorum, Platonis, Aristotelis, Xenophontis, Plutarchi, Pindari, Phocylidæ, &c. piæ extant sententiæ & disputationes, quæ huic loco opponendæ sunt.

Philosophorũ sententiæ de animæ immortalitate.

οὐδὲν ἔτι.) Rectius Phocylides, ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.

δόξα μὲν.) De falsa persuasione seu eruditionis, seu cuiuscunque rei, quæ plurima mala secum affert: audaciam, temeritatem, arrogantiam, & huiusmodi. Vide prouerb. Inscitia parit confidentiam: vbi leguntur multa similia, huc pertinentia. Timonis etiam versiculus refertur,

Timonis versiculus.

αὔθερωποι κενεῆς οἰήσεως ἔμπλεῳ ἀσκοί.

σὺ ἔργων.) Quòd rectè facta sibijpsis sint præconiũ. τεκμαίρει γὰρ χρῆμ' ἕκαστον: Pindar. 6. Olympior. Non itaq; alienam laudem admodum debent expectare. Et recte monuit de sapientibus Hebræis Schemaiah, in libro qui Pirke Abboth inscribitur, id est Capitula patrum: אֱהוֹב הַמְּלָאכָה וּשְׂנָא אֶת הָרַבָּנוּת id est, Dilige opus, & odi magisterium.

Nobilitat quẽque suum opus.

οἵ με φίλοι.) De amicis queritur, volentibus vt vel odio habeat, vel amet, quos ipsi volunt.

ἀργαλέον ἐξ ἀγαθοῦ.) Vide prouer. Difficilia quæ pulchra: item, Mala vltrò adsunt: item, Lædere facile, mederi difficile.

μή με δίδασκ'.) id est, noli à me petere, vt quos velis, seu amem, seu odio habeam. Nisi generaliter accipi velimus, cum nos ad rem quandam discendam ineptos esse dicimus.

ἐχθαίρω.) Vxoris de viro querentis quod non se amet ex animo solam, sed sectetur alias mulieres: quare & ipsa eum à se negligendum esse censet.

κοῦφον.) Id est, deserens eum, quemadmodum auicula non semper eundem locum obtinet.

ἀροῦν.) Id est, qui sectatur aliorum vxores. Vide prouer. Alienum arare fundum, Alienam metere messem: item, Complura masculi canis cubilia: ac, Agrum alienum irrigas, tuis sitientibus: &, Alieno thoro pedem infers.

ἀλλὰ τὰ μὲν.) Quòd præterita non amplius sint in nostra potestate, & quòd futura mala diligentia præcaueri posint. τὸ γὰρ γεγονὸς οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι, vt est apud Aristotelem lib. Eudemior. 5. Vide prouerbium: Quod factum est, infectum fieri non potest.

πάντι

πᾶσι.) Quòd futura sint incerta, vt in versu Nazianzeni dicitur: —— τὸ δ' αὔριον οὐ σάφα οἶδα,

ἢ κακὸν ἢὲ καλὸν ἀντιάσει τέλος. τὸ μέλλον γὰρ ἀθέατον: Isocrat. Et quòd multa accidant præter spem hominibus, læta & aduersa. Vide prouerb. Non omnia eueniunt quæ in animo statueris, Euentus propter expectationem: item, Non quiduis contingit quod optaris.

πονοῦντι.) id est, contempto, afflicto, infelici.

ἀφροσύνης.) Id est, ne amplius habeatur pro stulto, sed sapiente. felicibus enim vulgus sapientiam & eloquentiam tribuere solet: quemadmodũ id aliquot versib. Horatij ostẽditur.

τολμᾶν χρὴ) Quòd oporteat sapiẽter & recte ferre vtramq; fortunam, & se solari in aduersis, expectatione meliorum. Idq; sapienter monent versus seu Basilij, seu cuiuscunq;:

ὡς ἐθέλει τὸ φέρον σε φέρειν, φέρου: ἢν δ' ἐπιθήσεις,

καὶ σαυτὸν βλάψεις, καὶ τὸ φέρον σε φέρει. Vide prouer. Omnium rerum vicissitudo: item, Finem vitæ specta.

αὔθεντ'.) Dicetur de homine, seu amico, cuius mores nostris non congruunt. Vide prouer. Amicitia æqualitas: item, Amicus alter ipse: item, Aequalis æqualem delectat.

πλοῦτον, παντός.) Quemadmodum à Satyrico dicitur:

Interea pleno dum turget sacculus ore,

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Et ab alio dicitur: *Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.*

πλούτου γὰρ οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται, vt suprà dixit poëta.

ἴσασι.) id est, quibus tui mores congruant.

οὔ μ' ἔλαθες.) Ad amicum malè fidum, qui postquam semel fefellit, iterum tamen conatur apud nos irrepere. Vide prouerb. Piscator ictus sapit. Post mala prudentior: item, Vulpes non bis capitur laqueo: &, Decipienti semel.

ψυχρόν.) id est, Lædebas me, quemadmodum serpens in sinu fotus. Vide prouerb. Colubrum in sinu fouere.

μάγνητας.) De iniusticia, quæ in mala conijcit homines. Per Magnetas autem Centauros intelligit, incolentes olim Magnesiam, vicinam Thessaliæ: de quibus suprà. Vide prouerb. Magnetum mala. Meminit Magnetum etiam, quomodo sint captiui facti Ephesiorum, Athenæus lib. 12. qui totus est conscriptus de veterum delicijs. Liber duodecimus Athenæi de qua materia scriptus.

πολλῷ.) Quòd pleonexia, hoc est, plura habendi cupiditas, auaritiæ & iniusticiæ studium (quæ duo plerunq; coniuncta esse solent) perdãt homines. quemadmodũ de Tantalo

scribit

ſcribit Pindarus Olymp. 1. ὅτι κλέψ' ἔλεν ἅταν ὑπέροπλον: ſicut apud Athenæum lib. 12. qui totus propemodum de ea re ſcriptus eſt, exempla ſimilia plura reperiuntur. Vide prouerb. Diues aut iniquus, aut iniqui hæres.

ἀρχὴ ἐπὶ ψεύδους.) Mendacium non dicendum: quòd ſemper id ſit turpe & noxium, quandocunq; dicatur. Rectè autẽ hoc loco refertur ſententia Tryphiodori, poëtæ & grammatici: ψευδῆ λόγον μὴ ποιεῖσθαι, τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι μελαίνεται καὶ ἀμαυροῦται. Vide prouerb. Ne guſtes illa quibus nigra eſt cauda.

καὶ ἐξέλθῃ.) id eſt, quandocunq; dicatur. ſeu, etiamſi id primum eius ſit mendacium. qui enim ſemel malus, &c.

οὐ χαλεπόν.) Quòd eundem laudare & vituperare, pro occaſione temporum & perſonarum, non boni viri ſit. Vide prouerb. Ex eodem ore calidum & frigidum efflare.

σιγᾷν ἢ οὐκ.) Quòd boni viri, quemadmodum rectè ferunt vtramque fortunam, ita etiam modum ſeruare poſſunt in alijs rebus, dicendo, &c. quod mali nequeunt. Vide prouerb. Homines frugi omnia rectè faciunt: item, Sapientibus omnia facilia.

οὐδένα παμπήδην.) Hyperbolica ſententia, qua ſignificare voluit, bonos in vita eſſe paucisſimos. quod & Virgilius in ſuo de viro bono epigrammate indicauit.

ἥλιος καθορᾷ.) id eſt, quotquot viuunt. ſecundum Solonis etiam iſta,

οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πέλεται βροτὸς, ἀλλὰ πονηροὶ
πάντες, ὅσους θνητοὺς ἥλιος καθορᾷ.

οὔτι μάλ'.) πολλὰ γὰρ ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν, vt eſt in Pindari Olympijs. Ac bene cogitatum ſurripi ſæpisſimè, Plautus dixit. Vide prouerb. Captantes capti ſumus: item, Arcadiam me poſtulas. καταθύμια, iuxta animi ſententiam.

κρέσσονες.) id eſt, dij omnia faciunt pro ſuo, non ſemper hominum, arbitrio.

πολλ' ἐν.) Querela de paupertate, & quod illa deſpecta ſit, diuites verò in precio habeantur: quemadmodum Latinus etiam poëta monuit. Et Alcæus apud Suidam & Laërtium: χρήματ' ἀνὴρ πενιχρὸς δ' οὐδεὶς πέλετ' ἐσθλὸς οὐδὲ τίμιος.

παντοῖαι.) Quòd in hominum vita multa ſint mala, multa bona, variæ artes, diuerſaq; ſtudia. ἄλλοι γὰρ ἄλλαις ἐπιτεχνήσεις. Quod ab interprete Pindari citatur, vt prouerb. Atticum. Vide prouerb. Suo quiſq; ſtudio gaudet, Inſania non omnibus eadem.

ἀργαλέον.

ἀργαλέον.) Vide prouer. Molestum sapientem apud stultos loqui : item, Canent cygni, cum tacebunt graculi.

αἰσχρὸν τοί.) Vitandos esse congressus intempestiuos, qui fiunt à sobrijs cum ebrijs, & contrà. Vide quæ in eam sententiam pluribus disputantur à Cornario, in præfatione in Symposion Platonis & Xenophontis, à se conuersa.

ἥβη καὶ.) κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις: quemadmódum de iuuenibus scripsit Homerus Iliad. ψ. & Herodot. in Thalia. ὅτι αὐξανομένῳ τῷ σώματι συναύξονται καὶ αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι.

ὀργῆς.) De iræ incommodis in versibus Horatij quoq; dicitur: — *Qui non moderabitur iræ,*

Infectum volet esse, dolor quod suaserit, & mens.

Extat autem Plutarchi commentarius de cohibenda iracundia eruditè scriptus.

βουλεύου.) τὸ εὖ γὰρ βουλευθέντι πρήγματι, τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι: vt est apud Herodotum lib. 7. Vide prouerb. Antequam incipias, consulto : item, Diu delibera : ac, In arduis cunctanter agendum : item, Citò sapientes non tutò sapiunt : item, Properans nimium serius absoluit.

ἀνδράσι τοῖς.) Quòd viri boni, quorum nunc non multi, sed pauci, in omnibus se rectè gerant. Vide prouerb. Homines frugi omnia rectè faciunt.

ἐλπὶς καὶ.) Quòd metus & spes similiter afficiant & turbent homines. De Spe, in versu Statij id indicatum est:

Et qua non maior mortalibus addita cura,

Spes vbi longa venit. — Deos autem Spem cum Metu facit, more ethnicorum, qui virtutibus, vitijs atq; affectibus, ignotis quoq; dijs, sua templa dicabant, cum suis quibusdam cultibus : vt pluribus id demonstrant, Pausanias, Plutarchus, & alij.

Ethnici templa arasque posuerunt vitijs & affectibus.

πολλάκι.) Quòd multa accidant præter spem hominibus. Vide prouerb. Euentus præter expectationem.

οὔ τοι κήδει.) Quòd ament pleriq; commodi sui gratia, ipsi ollæ amici. *Vulgus (* namq; *) amicitias vtilitate probat.* Ouid.

πολλοὶ πὰρ.) Quòd infelicium pauci sint amici, ἄφιλον γὰρ τὸ δυστυχές. Vide prouerb. Amicus certus in re incerta cernitur.

κηδεμόνας.) curatores beneficos. Vide prouer. Amicos multos habet felicitas.

ἤδη νῦν.) Vt sit seu noua querela de malicia impudente, seu ratio superioris. ideo deseruntur in malis amici, quia perijt pudor. ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι: vt in versu Hesiodi,

Aliquot versus Hesiodi apud Homerum etiam leguntur, iisdem plane verbis.

ſimul & Homeri dicitur. apud vtrunque enim autorem reperitur, quemadmodum præterea aliquot etiam alij.

ἆ δειλή.) De paupertatis malis & incommodis. Eam malorum doctorem tùm Plato, tùm Xenophon, tùm Plutarchus quoq; dixerunt: tametſi etiam ſæpè virtutis ſit occaſio, ὅτι μόνη τὰς τέχνας ἐγείρει, αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος: quemadmodũ in Piſcatoribus Theocriti dicitur. Vide prouerb. Paupertas ſapientiam ſortita eſt: item, Viro eſurienti neceſſe eſt furari.

καταισχυνέεις.) id eſt, Etiam ſapiens in nullo habetur precio, ſeu quibuſcunq; virtutibus præditus, ſi pauper fuerit. Nam,

Et genus & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt. Horat.

εὐδαίμων.) Votum eſt vulgare pro adipiſcenda beatitudine, & beneuolentia Dei, quæ ſine virtute non paratur. dij enim bonorum amici ſunt, ac facientes adiuuant, maloſque odio habent.

Pindari ſententia a Pauſania vſurpata.

σοὶ τοι.) Quòd aliena mala minus feriant proprijs, iuxta Pindari ſententiam, quæ eſt in 1. Hymno Nemeorum: quam Pauſanias lib. 10. his verbis exponit, καί μοι φαίνεται Πίνδαρος ἀληθῆ καὶ ἐν τῷδε εἰπεῖν, ὃς πάντα τινὰ ὑπὸ κακῶν οἰκείων ἔφη πιέζεσθαι, ἐπὶ δὲ ἀλλοτρίοις κήδεσιν εὐπήμαντον εἶναι. Citò namq; areſcit lachryma, præſertim in malis alienis: vt dixit Cicero. Vide prouer. Non eſt meum negocium, multum valeat.

μηδὲν ἄγαν.) Boni viri eſt, modum ſeruare in lætis & aduerſis. Vide prouerb. Suſtine & abſtine.

οὐδ' ὀμόσαι χρή.) Quòd omnia oporteat expectare hominem, quemadmodum Xenophon monuit: quum nihil ſit quod in vita non poſsit accidere, cum κύκλος ſint τὰ ἀνθρώπινα, vt dicitur. Et, ἄλλοτε δ' ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετᾶν ἀνέμων: vt eſt apud Pindar. Hymno 3. Pythiorum. Vide prouer. Omnium rerum viciſsitudo.

Sententia Euripidis, Sophoclis atque Ouidij ſæpe repetita, de eo quod ante obitum nemo poſsit eſſe beatus.

καὶ ὃς μάλα πολλά.) Quare finis ſemper expectandus, nec ante obitum quiſquam beatus prædicandus: quemadmodum de eo monent præclara ſententia Euripides in Andromacha, in Troadibus, in Heraclidis etiam: Sophocles præterea in Oedipo, & in Trachinijs: & Ouidius, qui eam in 3. Metamorphoſ. reddidit:

—— Sed ſcilicet vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt, diciq; beatus
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera debet.

καὶ σώφρων.) Vide prouerb. Nemo mortalium omnibus horis ſapit: item, Sæpè etiam eſt olitor, &c.

οἱ μὲν

εἰ μὲν.) Quòd virtus inops, ſpreta & contempta ſit: & oratio ſapientis, ſed pauperis, nihil valeat:

Sed benè nummatum decoret Suadela, Venusq́;. Vide prouerb. Virtutem & ſapientiam vincunt teſtudines.

χρημοσύνη.) id eſt, Paupertas me timidum facit, ſpretum præterea: ne promam in medium quæ habeo, quam alij, meliora conſilia.

οὕνεκα νῦν.) Allegorica ratio eſt ſuperioris querelæ: Quia boni & ſapientes contemnuntur propter paupertatem, mali verò inſipientes rerum potiuntur propter diuitias, quibus & virtus & ſapientia vulgo tribuitur: malè adminiſtratur reſpublica, & in periculo verſatur, propter improbos, ignauos & imperitos gubernatores.

μηλίου.) *μῆλος* inſularum de Cycladibus eſt vna, iuxta Stephanum in commentario de Vrbibus: id eſt, reſpublica verſatur in periculo.

ἀντλεῖν.) id eſt, gubernatores ſunt negligentes, non volunt ferre onera & moleſtias gubernationis.

ὑπερβάλλει.) Quaſi diceret: Ideoque proxima eſt ruinæ reſpublica.

εὕδουσι.) id eſt, ſunt ſecuri & negligentes in officio.

βίῃ.) id eſt, ſunt tyrannici, iniuſti, non ſuum cuique tribuentes.

κῦμα πίῃ.) id eſt, Ne abſorbeatur, ne concidat prorſus talis reſpublica.

ᾐνίχθω.) id eſt, per ænigmata hæc dixi: quibus quid velim, boni facile intelligent: quòd videlicet ſtatus reipublicæ noſtræ ſit malus.

φορτηγοί.) Contra Platonis ſententiam illam celebratiſsimã, à Cicerone & Seneca vſurpatam & redditam, quæ extat lib. 5. de Repub. his verbis: *ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι, καὶ δυνάσαι φιλοσοφήσωσι, γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, οὐκ ἐσὶ κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν, οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει.* Platonis ſententia, vt ſeu philoſophi præſint, ſeu reges philoſophentur.

Cæterùm qualẽ principem eſſe cõueniat, docere voluit Xenophon in ſua Cyropædia: quã ideo aſsiduè in manib. habuit Scipio Aphricanus, Cicerone teſte. Plutarch. etiã cõmentariũ ad principẽ ſcripſit indoctũ: item alium, Requiri in principe doctrinã. Ac nota eſt Alphonſi vox, regis Arragonũ ſapiẽtiſsimi, quòd dixerit, Nõ hominis, ſed bouis vocẽ eſſe, eius qui dixerat, nõ decere principẽ tenere literas. Ideoq; Demetrius Phal.

Xenophontis Cyropædia quid doceat.

Plutarchi libri ad principes.

Alphonſi regis Arragonũ vox memorabilis.

Ptolemæus rex iubetur legere libros scriptos de regno.

Theophrasti auditor, Ptolemæum regem monebat, vt de regno imperioq; libros sibi compararet, atq; perlegeret: quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris scripta esse: referente id Plutarcho.

πολλοί.) Quòd diuitiæ plerunq; indignis in hac vita obueniant: & quod diuites freti opibus, honestis rebus non studeant: pauperes vero, propter inopiá non possint. vt dicitur,

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat

Res angusta domi. Et in versu Callimachi:

οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,

οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο.— quemadmodum à Pindari scholiaste referuntur. Et, ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς οὐκ ἀσινὴς πάροικος,

ἡ δ' ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶσις εὐδαιμονίας ἔχει τὸ ἄκρον: secundum Sapphus sententiam, quæ apud eundem Pindari scholiastē reperitur. Ac rectè se habet quod à Demosthene scriptum est Olynthiaca 2. δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδέν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων.

οὐκ ἔστι.) Vide prouerb. Cum dijs pugnare: item, Deo nemo potest nocere: item, Cum dijs non pugnandum.

οὐ χρή.) Inutilia nec alenda, nec facienda, nec inquirenda: quemadmodum sapiens Aeschylus sapienter monuit. τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ ζήτει μάτην.

χαίρων.) Propempticum est, quo amico felicem nauigationem precatur.

πολλοὺς.) De saturitate, quam ὕβριν, hoc est iniusticiam parere, suprà quoq; monuit. Nec facile enim est æqua commoda mente pati. Vide prouerb. Satietas ferociam parit.

οὐ δύναμαι.) Vt viuamus non vt volumus, sed vt possumus: quemadmodum prouerbio etiam dicitur.

μοῦνος.) id est, Tu non solus seu primus es, cui non omnia eueniunt ex animo.

Pecuniæ virū faciunt.

τῷ μέν.) Multis exemplis ostēdit poëta, quòd nihil possint, nulloq; loco habeantur, neq; iusticia, neq; sapientia, neq; eloquentia, neque robur, neque velocitas, neq; quæcunq; virtutes, sine diuitijs. quòd χρήματα ἀνὴρ sint, hoc est, diuitiæ virum faciant, ipsique nomen, decus atque autoritatem concilient: quemadmodum dicit apud Pindarum Spartiata Aristodemus hymno 2. Isthmiorum.

Rhadamantus inferorū iudex.

ῥαδαμάνθυος.) Rhadamantus filius Iouis fuit, frater Minois & Aeaci, qui propter iusticiam à poëtis inferorum iudices cō stituuntur. De ijs meminerunt Virgil. 6 Aeneid. Pindar. 1. Olymp. Plato quoq; sæpius, Plutarchus & alij. Euripides quoq; peculi-

peculiarem tragœdiam de Rhadamanto conscripsit, authore Strabone libro 8. Geographiæ suæ. Vide prouerb. Rhadamanteum iudicium: item, Rhadamanti iusiurandum.

σισύφου.) Qui fuit Aeoli filius, & rex Corinthi, vir astutissimus & sapiens. Porro de Sisyphi sapientia, & apud inferos supplicio, plura vide apud Ouidium 13. lib. Metamorphos. Lycophronem etiam, & græca in eundem commentaria, vbi pluribus eius fabula exponitur. Meminerunt eiusdem Homerus 6. Iliad. Pindarus 13. Olympior. Virgil. lib. 6. Aeneid. & Pausanias in Corinthiacis. Vide etiam prouerb. Sisyphi artes. Cælium item Rhodiginum lib. 42. Antiquarum lectionum, capite quinto. Sisyphus rex Corinthi.

ἐπιφράσατο.) id est, nemo alius hoc efficere potuit, vt ab inferis rediret in lucem. Verùm de Hercule quoq;, Orpheo Eurydicen reducente, Theseo Pirithooq;, Vlysse, Aeneaq;: Homerus, Euripides, Apollonius, Virgilius, & alij poëtæ similiter id prodiderunt. Qui veterum descenderint ad inferos, & inde etiã redierint.

ψύχας ἡγουσιν.) Quemadmodum à Virgilio quoq; id indicatum est his versibus in 6. Aeneid.

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis:
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor est. pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus
Dijs geniti, potuere. —— Et alius quidam scripsit:
Panditur ad nullas ianua nigra preces.

ἐτύμοισιν ὁμοῖα.) Allusio est ad versum Homeri de Vlysse πολυτρόπῳ illo, vtpote ex Sisypho genito, quemadmodum Plutarchus meminit in Problematis: Vlysses ex Sisypho genitus.

ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Odyss. 7. vide prouerb. Verisimiliter mentiens.

γλῶσσαν.) De quo meminet pluribus Homerus tùm alibi, tùm in 1. lib. Iliad. hoc versu:

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Vide prouer. Nestorea eloquentia: item, Nestorea senecta. Nestoris mellita eloquentia.

ὠκύπτεροι.) De Harpyis, monstris volucribus, vide 3. Aeneid. Virgil. 1. lib. Apollonij Rhodij, Orphea in Argonauticis: vbi tamen aliter Harpyiarum & Phinei fabula, quàm apud Apollonium, narratur. Ouid 7. Metamorphos. Oppianum de venatione lib. 2. Aeschylum etiam in Eumenidibus. De Harpyis.

βορέου.) De Boreadis, hoc est, Boreæ filijs, Zete & Calai, ipsorumq; pernicitate qua pellebant Harpyias à Phineo, lon-

ga est narratio in 1. Apollonij. Meminit quoq; ipsorum Pindarus 4. Pythicorum, hymno illo luculentissimè de Argonautarum profectione scripto.

ἴσον τοι.) Correctio est, quòd diuitiæ sint, habere in vita necessaria, &c. liberos habere formosos, & honestè institutos: vxorem quoq; speciosam & honestam.

τὰ γὰρ περιώσια.) Vide prouerb. Vt ex bulga matris: item, Omnia idem puluis. item, quæ pluribus in eam sententiam à Luciano narrantur in νεκρομαντείᾳ dialogo lepidissimo, & plerisq; alijs inferorum dialogis.

οὐδ' αὖ ἄποινα.) μόνος γὰρ θεῶν θάνατος, δώρων οὐκ ἐρᾷ, vt dixit Aeschylus. Vide prouerb. Mors omnibus communis: item, Ne si ad Iouis quidem aulam.

ζεῦ πάτερ.) Locus est, qui docet, quomodo ratio humana offendatur malorum prosperitate, & cruce bonorum: cùm item puniuntur posteri seu liberi probi & innocentes, propter peccata maiorum & parentum suorum. vbi, vt ipsa existimat ratio, contrarium accidere conueniebat: nihil habens quod statuat aliud sine verbo Dei: vbi causæ indicantur, quare boni & pij magis sint sub cruce, quàm improbi.

ἄζοιτ'.) Eo namq; perducuntur tandem in huiusmodi homines, vt & de Deo & prouidentia dubitent: quamuis de ea multorum ethnicorum etiam piæ scriptæ legantur sententiæ.

κεκορημένος.) Satietas namque ferociam parit, vt in prouerbio dicitur.

καὶ ταῦτα μαθών.) Si cohæret cum superiori, iubet iustè agere, etiamsi malis plerunq; bene sit. ὅτι δίκη ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει εἰς τέλος ἐξελθοῦσα: vt est apud Hesiodum. Et, εἰς τέλος γὰρ οἱ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων. Eurip. in Ione. Et, ἦλθε γὰρ ἢ πρόσθ' ἢ μετόπισθεν εὐσεβείας χάρις ἐσθλή: Sophocl. apud Stobæũ. Quod si nouum præceptum est, iubet operam dare iusticiæ, mala lucra cauere, & quemadmodum decet opes acquirere.

ζεὺς μέν.) A Ioue & cæteris dijs pacem & protectionem petit, & in pace leticiam, in qua possint colere Deos: grata quoq; & iucunda in conuiuijs canere carmina, quorũ Apollo præses est ex ipso namq;, vt scripsit Hesiodus,

ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ, καὶ κιθαρισταί.

ἀρεσσάμενοι.) id est, grata libantes, offerentes. verbi ἀρέσκομαι, quod placere, rem gratam facere significat.

μήδων.) id est, in pace viuentes, sine metu, sine expectatione hostium, seu Medorum, qui tunc summas rerũ tenebant, victis Assyrijs in prima monarchia: quemadmodum est apud

apud Herodotum & Iustinum. Thucydides quoq; Medorum meminit.

κακὰς κῆρας.) Id est, Omnia aduersa, tristiaq;, quæ pacem & gaudium hominum interturbare solent: qualia etiam sunt, cum ipsa morte senium.

γῆρας τ' οὐλόμενον.) πρὸς γὰρ τὸ γῆρας, ὥσπερ ἐργαστήριον, ἅπαντα ἀνθρώπινα προσφοιτᾷ κακά: vt ait Antiphanes apud Athenæum Homerus vocat χαλεπὸν γῆρας, Plautus pondus & onus, Aristoteles νόσον φυσικὴν, Seneca verò morbum insanabilem. Vide prouerbium, Sepulchrum viuum: item, Viuum cadauer: item Τυμβογέροντες.

Senij incommoda.

ξὺν μουσῶν.) Vide prouerbium, Expertes inuidentiæ Musarum fores: item, Apertæ Musarum ianuæ: ac, Occultæ musices nullus respectus. Cæterùm poëtæ & eruditi ab Hesiodo etiam μουσῶν θεράποντες, & Pindaro τῶν αὐτῶν ἀοιδοὶ nuncupantur: quemadmodum à Platone deorum filij & prophetæ. Apud Philonem etiam refertur fabella lepidissima, & antiquissima etiam, vt ipse Philo id affirmat: quòd Deus, cum condidisset omnia, rogauerit prophetam quendam, an aliquid nondum creatum desideraret? Respondisse autem, τέλεια μὲν καὶ πλήρη πάντα διὰ πάντων εἶναι, ἓν δὲ μόνον ζητεῖν τὸν ἐπαινέτην αὐτῶν. hoc est, Præconem seu laudatorem operum diuinorum desiderari adhuc: ideoq; paulo pòst genus poëtarum ac vatũ exortum esse.

Poetæ Musarũ famuli, deorum filij, & prophetæ.

Genus poetarum quomodo exortum.

φοῖβε ἄναξ.) Precatio pro defensione vrbis Megarorum, patriæ Theognidis, extructæ ab Alcathoo Pelopis filio, ex Tantalo genito: quemadmodum est apud Pindarum & Pausaniam. Pelopis quoq; historia bis refertur in Iconibus senioris Philostrati, & semel in iunioris.

ἀκρόπολιν.) id est, arcem, ædificium seu splendidum seu magnificũ, seu in quo extruendo Alcothous te adiutorẽ habuit.

ἑκατόμβας.) id est, Centum boum sacrificia, ab ἑκατὸν καὶ βοῦς, quæ vox sæpè apud Homerum legitur: quemadmodum etiam apud Pausaniam, Athenæum, Suidam, Plutarchum, & apud historiæ Romanæ scriptores exempla reperiuntur pompossisimorum & sumptuosissimorum sacrificiorum.

Veterum sacrificia sumptuosissima.

ἦ γὰρ ἔγωγε.) Ratio precationis pro patria, quòd omnia inclinent ad seditionem & interitum.

ἐλθόν.) Quòd patria nihil sit dulcius. ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων: quemadmodum id prædicat Vlysses Odyss. 9. Vide prouerbium, Patriæ fumus igne alieno luculentior.

Extat

Extat quoq; Luciani, Encomion patriæ. Cæterùm ita tamen plerunq; vſuuenit, vt optimi quique non in patria, ſed alibi & viuant & moriantur: quemadmodum id Plutarchus multis docet exemplis, in commentario de Exilio, vt rectè dictum eſſe videatur, Quæuis terra patria: item, Patria ibi eſt, vbi benè.

Optimi quique nō in patria, ſed alibi, & viuunt & moriuntur.

σικελίω.) id eſt, Siciliam, inſulam in mari Tyrrheno: cuius eſt elegantiſsima deſcriptio apud Claudianū lib. 1. de raptu Proſerpinæ, Diodorum Siculum lib. 6. & 16. & Polybium lib. 1. belli Punici.

Siciliæ deſcriptio.

εὐβοίης.) Eubœa inſula, auulſa modicum à Bœotia: de qua vide Solinum cap. 18.

σπάρτην.) Vrbs Laconiæ bellicoſiſsima, inſtituta optimis legibus Lycurgi: quemadmodum eſt in Lycurgo apud Plutarchum. De Sparta vide prouerb. Spartana diſciplina, Spartæ ſerui maximè ſerui, Sparta generoſior: item, Spartá nactus es, hanc orna: item, In ſola Sparta expedit ſeneſcere.

εὐρώτα.) Fluuius præterlabens Spartam.

μήποτέ μοι.) Aliorum alia vota ſunt, quorum finis eſt ſumma felicitas, reddiq; Deo ſimilem: quemadmodum Philonis de ijs reperitur ſententia. Pindari quoq; multa dicta id comprobant. Philoxenus poëta gruis collum optabat, vt diutius voluptatem ſentiret è cibo potuq; perceptam: teſte Athenæo lib. 8. Ariſtotele etiam 3. Ethic. cap. 10. Caligula Cæſar, cloaca ſathanæ, optauit populum Rom. vnam habere ceruicē, quo facilius vno ictu abſcindi poſſet: autore Suetonio in Caligula. Modeſtius Cyrus, laudatus ille Perſarum rex, qui longam vitam optauit, vt poſſet benefacere bonis, & punire improbos: quod optimi principis eſt officium. Suidas in ἀλεξόμενος. Sic aliorum vota honeſtiora ſunt & modeſtiora.

Philoxenus quare optauerit gruis collum.

Votum ſceleratum Caligulæ Cæſaris.

Votum modeſtius Cyri regis Perſarum laudatiſsimi.

μή τε τινά.) Rectè faciendum propter conſcientiam, etiamſi opinio & ſermo hominū de nobis, operibus iuſtis & honeſtis non reſpondeat: propterea quod impoſsibile ſit omnibus placere, cum quot homines, tot ſint ſententiæ: vti prouerbio dicitur.

τέρπε.) id eſt, da operam vt habeas bonam conſcientiam, quicquid etiam dicant de te maledici.

μνήμη.) ὁ φθόνος γὰρ πρὸς τὸν ἔχοντα ἕρπει: Sophocles.

μέλει.) Id eſt, mediocris conditionis homo res ſuas curans, optimè agit, effugit varia hominum improborum iudicia.

τόρνου καί.) Præceptum eſt, quo monentur *θεωροὶ* (hoc eſt rerum diuinarum curatores, qui ad oracula conſulenda

mitti

mitti solebant) vt voces oraculorum diligenter obseruent, ne falsa pro veris, ijs à quibus missi fuerint, referant: cum ex eorum responsis, vt vocib. ipsius Dei, tametsi pleraq; λοξὰ dubia & obliqua essent, pependerit vetustas, quemadmodum patet ex plerisq; veterũ tùm historicorum tùm poëtarũ scriptis.

Ex oraculorũ responsis pependit vetustas.

πυθῶνι.) Per Pythonem Delphos vrbem intelligit Bœotię, iuxta Parnassum montem, quæ & Python & Pytho dicta est: ipseq; Apollo Pythius, ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, à sciscitando rogandoq; scilicet, vt putat Phurnutus. Ipsaq; vates quæ responsa reddebat, Pythia dicta. vbi fuit templum, & celeberrimum Apollinis oraculum, Delphicum nuncupatum: quam historiam tum alij scripserunt, tum omnium luculentiss. Diodorus Siculus lib. 16. bibliotheces suæ. Lilius quoq; plurimis 7. Syntagmate super his meminit. Vide quoq; quæ de oraculis doctissimè scribuntur à Peucero in Diuinationibus.

Templum & oraculum. Delphicum celeberrimum.

ἱερεία) Pythiam mulierem sacerdotissam Apollinis intelligit, quæ Phœbas etiam dicta est: de qua ex Iamblicho, Origene & Chrysostomo, sunt qui hæc scribant. Traditur Pythia fœmina fuisse, quæ in tripode sedens expansa, malignum spiritum per inferna emissum, & per genitales partes subeuntẽ excipiens, furore repleretur, ipsaq; resolutis crinibus debaccharetur, ex ore spumas emittens, & sic furoris verba loquebatur. Cæterum furentem eam inducit Virgilius 6. Aeneidos. Extat Plutarchi etiam liber, de eo quòd Pythia non dat nunc oracula carminibus: vbi tum hisce contraria docentur, tum alia etiam, quæ huc pertinere videntur.

Pythia vates quo modo spiritu vatidico repleatur.

πίονος.) Seu propter sacrificia, quæ plurima pro placando Apolline ibi fiebant: seu opulento, propter donaria & thesauros ingentes ibi depositos: quemadmodum id constat ex Pausania, Plutarcho, Diodoro, Herodoto, & alijs scriptorib.

In tẽplo Delphico fuerunt ingentes thesauri repositi.

οὔτε τὶ γάρ.) Fatalia ineuitabilia esse. Vide prouerb. Quæ diuinitùs contingunt.

χρῆμ'.) Quod nihil sit tristius, nihilq; affligat magis, quàm falli ab ijs quos amicorum loco habueris. hos enim quatuor Versus nobis coniungere libuit.

βοῦς μοι.) Prouerbiale est, cum quis seu metu, seu pudore, seu paupertate prohibitus, seu pecunia corruptus, non audet loqui quod sentit. Vetus autem Atheniensium numisma, bonis figuram obtinuit. Vide prouer. Bos in lingua: item, Bouẽ faucibus portat: item, Noctuas Athenas.

Vetus Atheniensium numisma quale fuerit.

κύρ'.) Quod quæ aliter fieri & vitari nequeant, æquo animo sint ferenda. Crux (enim) est, si metuas vincere quod

nequeas : vt in Publij Mimo dicitur. Vide prouerb. Fatum ineuitabile, Fato non repugnandum : item, Ineuitabile fatũ.

ἐς πολύ.) Quòd ineuitabilis ſit hora mortis. Vide prouerb. Ne dij quidem à morte liberant : item, Ne ſi ad Iouis quidem aulam.

οἱ δ' ἀπογηράσκοντας.) Quemadmodum eſt apud Homerum bis de Simoiſio & Hippotheo, Iliad. δ. & ρ. —— οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε, μινυνθάδιος δέ οἱ αἰών. Et Calabrum etiam de Hippaſone lib. 11. quòd breui tempore vixerint, interfecti ad Troiam, quòd parentibus ſenio confectis θρέπτρα non perſoluiſſent, cum πατρὶ δ' ὃ γηράσκοντι νέοι ἐπίουροι εἰσί : vt in Halieuticis Oppiani dicitur. Et apud Aeſchylum in ſeptem ad Thebas, laudatur Parthenopæus Arcas, quòd patriæ pulchra rependat θρεπτήρια.

Exempla eorum quos Deus punijt, quod parentib. non perſoluerint θρέπτρα.

μήτι τιν'.) De iuſticia præceptum, non iuuandum hominẽ ſpe lucri, vt ſeu tyrannidem inuadat, ſeu quæcunque alia iniqua perpetret : nec quoque contra eundem inſurgendum, pactis deorum fœderibus : hoc eſt, confœderatione ſeu coniuratione quadam. Vide prouerbium, Abſtinenda vis à regibus.

πῶς ἡμῖν.) Reprehenſio eſt luxus & ſecuritatis & negligentiæ, quibus termini imperij non prorogantur, ſed minuuntur. quaſi diceret, nos viuimus in ocio & luxu : interea eò redigimur, vt amiſſo imperio ampliſsimo & opulentiſsimo, fines quibus nunc imperium noſtrum continetur, è foro conſpici omnes poſsint.

σκύθα.) Scytharum proprium fuit, radere capillos. Vide prouerb. ἀποσκυθίσαι : id eſt, Luge raſa coma. quod veteres in luctu feciſſe, tum aliunde, tum ex Homero & Euripide patet. De eo vide plura in commentario de Coma, Hadriani Iunij.

Veteres radebant comam in luctu.

γνώμην δ' ἀργαλέον.) id eſt, non cuiuſque eſt ſcire, cui & quando fidendum, & quando non. Vide prouer. Fiducia pecunias amiſi.

πάντα τάδ'.) Quòd homines ſibi ipſi ſint cauſa calamitatum, quas attrahunt vltrò malitia & improbitate, non vero Deus. Verùm.

σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν : vt dicit Homericus Iupiter de hominibus, deos in aduerſis accuſantibus, Odyſſeæ α.

κοράκεσσι.) Id eſt, amiſimus noſtra bona, verſamur in malis propter peccata. id enim parœmiodẽs innuit, quod cadauera à coruis diſtrahantur. Vide prouerb. Ad coruos.

δειλῶν.

δίψαι.) De vino modicè bibendo, vt ſitim reſtinguas, & recreeris, non autem inebrieris. Sors vero, quam κῆρις vocat, vtraq; grauis eſt, & nimium bibere, & ſiti cruciari: propter quam furere legimus Athenienſes, Niciæ exercitũ, Plutarch. autore in Nicia. Lyſimachus quoq; ſiti coactus, in hoſtium Getarum venit poteſtatem: quemadmodum idem autor prodidit in lib. de Sera numinis vindicta. Nec ab re fuit quod Pſametichus Aegypti rex, cum Libyæ deſerta perquirere vellet, educauit quoſdam, vt ſine potu viuere aſſueſcerent: quemadmodum eſt apud Athenæum lib. 8.

Athenienſium exercitus furit præ ſiti.

Quidam homines educati vt ſine potu viuerent.

λυσιμελής.) Quod omnium paſsionum ſit vehementiſsima.

καθύπερθεν.) Id eſt, Cum adhuc compos mentis fuero, nondum inebriatus, aut ſuperatus vino.

εὖ μὲν κείμενον.) Quod facilius ſit in mala conijcere, quàm inde eripere, ſecundum Pindari etiam illud: ῥᾴδιον γὰρ μὲν πόλιν σεῖσαι καὶ φαυροτέροις: ἀλλ' ἐπὶ χώρας αὖθις ἔσσαι, δυσπαλὲς δὴ γίνεται ἐξαπίνας, εἰ μὴ θεὸς ἀγεμόνεσσι κυβερνατὴρ γένηται. 4. Pythiorum Quam ſententiam Saluſtius etiam reddidit in hiſtoria belli Iugurthini: Dion etiam in oratione quadam expreſsit. Vide prouerb. Malum benè conditum non mouendum: item, Mouere Camarinam: ac, Anagyrim commoues: &, Non mouenda moues: item, Non mouenda loqui: ac, Lædere facile, mederi difficile.

λὰξ ἐπίβα.) Monet magiſtratum, vt fortiter vtatur ſuo imperio in improbos: & coërcendo eos, exiſtimationem ſuam tueatur, cum facile ſit populum illum (quemcunq; etiam intelligit) obſequentem habiturus.

ζωός.) Precatur mala fucatis amicis. Vide prouer. Nuſquam tuta fides.

πολλάκις.) Quod ab ignauis & imperitis gubernatoribus, malè & periculosè adminiſtretur reſpublica.

ἔδραμε.) id eſt, Fuit in periculo: quemadmodum nauis alliſa terræ, vado, ſeu ſcopulis, extra curſum delata.

τῶν ζ.) Quod felicium multi ſint amici, infelicium vero nulli.

οἱ φίλοι.) Mulieris corpore quæſtum facientis verba ſunt quod negligatur ab amicis & cognatis, quod cõſpiciatur corpus proſtituere publicè. Ideoq; ait, ſe clam noctu amatores ſectari, ne conſpiciatur.

ἀνδρῶν φαινομένων.) Id eſt, Cognati mei, illuſtres viri, ſeu amici illuſtrium virorum, ſeu, cum conſpiciuntur apud me illi, cum quibus ſoleo conſueſcere.

πολλοῖς.) Quòd opes plerunq; indignis contingant, qui nec sibi nec alijs vtiles existunt: & quòd vir virtute & fortitudine bellica præstans, parta sibi æterna gloria, & sibi prosit, & patriæ: sine qua, patria seu ciuitas aliqua, quemadmodum & iusticia, stare non potest: vt id docet pluribus Aristoteles Politicorum 3.

οὐδὲν ἐών.) nullius precij, perinde ac si non existeret.

ὄλλυται.) Vide prouerb. Virtus æterna.

ἔν μοι.) Execratione etiam sui confirmat, quòd bonis benè, malis malè sit facturus: cœliq; in se casum sibi precatur, si aliter fecerit. quæ sententia non tota probanda est, quemadmodum plurimæ in hac Gnomologia similes.

δεῖμα παλαιγενέων.) Alludit ad id quod priscis & rudib. mortalibus persuasum fuit: Cœlum casurum, si Atlas defessus humeros subduxisset, quibus id sustinere credebatur: authore Aristotele in libro Metaphysicorum, & Plutarcho in libello de Facie quæ apparet in orbe lunæ. Ac Strabo libro septimo refert ex Ptolemæi Lagi scriptis, de Alexandro, eum Gallos Adriæ vicinos percontatum, quidnam esset quod ipsi maximè pertimescerent: illos ratus, sese ipsum, responsuros. At eos respondisse, οὐδένα, εἰ μὴ ἄρα ὁ οὐρανὸς αὐτοῖς ἐπιπέσοι.

Veteres semper metuebant cœli ruinam.

Galli quid responderint Alexandro, se maxime pertimescere.

οἶνος τὰ μὲν.) Quòd vinum modicè sumptum, bonum: immodicè verò, malum sit. Vide prouerb. Vinum malorum metropolis: item, Polypi caput.

πῖν' οἶνον.) Inuitat amicum ad potationem vini, quod in propria vinea sibi prouenerat: vult eum largum esse de proprio. Eam vineam plantasse dicit Theotimum (quicunq; etiá ille fuit) in Taygeto Lacedæmoniæ monte, deriuata aqua pro riganda vinea ex Plataneto, quocunq; etiam: tametsi Pausanias Plataneti, vt loci cuiusdam certi in Lacedæmone, meminit lib. 4. & alibi etiam. Strabo præterea agri cuiusdam πλατανιστοῦντος nuncupati, meminit lib. 8. Platanus autem, cuius Dioscorides meminit lib. primo, capite 108. à latitudine foliorum sic dicitur. sunt qui *Aborn* vocitent. de quo Tragus pluribus, lib. 3. cap. 10. Stirpium suæ historiæ.

θωρηχθείς.) Iuxta versum, πάσας δ' ἐκ κραδίης ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει.

εἰρήνη.) Quòd pax potius optanda, quæ comitem habet conuiuia cum hilaritate, quàm bellum. idq; ne sequatur, nisi necessarium, si pro patria fortè dimicandum, similiter monet amicum.

κήρυκος

κήρυκες.)Rectius legetur fortè κήρυκας: id est, Noli attendere præconibus ab bellum inuitantibus, & exercitum vndecunque mercede conducentibus.

ἀλλ'.) Quòd turpe sit fugere instructum iam, & contra hostes in acie stantem: quum viri sit fortis, aut vincere, aut fortiter cadere.

οἴμοι ἀναλκίης.) Quòd bonis viris pulsis, mali & tyrannici, cum tenent rerum habenas, exitium afferant Rebuspublicis. Cerinthus autem oppidum est Eubœæ insulæ. Plin. libro 4. cap. 12. quemadmodum etiam Lelantum.

κυψελίζων.) id est, moribus & tyrannide referens Cypselũ Corinthiorum tyrannum, cuius historia pluribus scribitur à Pausania lib. 5. Meminit quoq; eius Cicero lib. 5. quæstionũ Tusculanarum, & lib. de Fato. Herodotus quoq; lib. 1. & 5. De eo in Epigrammate hic fertur pentameter,

ἐξώλης εἴη, κυψελιδῶν γενεά. De insigni opulentia Cypseli, Strabo meminit in Corinthi descriptione, lib. 8. Et Aristoteles Cypselidarum meminit in Politicis, tum alibi, tum lib. 5, quòd tyrannis ipsorum durauerit annis septuaginta tribus, mensibus sex. Cypselum autem à cistula nomen accepisse, scribit Pausanias in Eliacis, superius memorato libro, quam Græci cypselon vocant, in qua delituit occultatus à matre, cũ ad perniciem vestigaretur. Veteribus namq; nulla nomina temerè imponebantur: quemadmodũ tum alibi monuimus, tum etiam postea monituri sumus.

De Cypselo Corinthiorũ tyranno.

Cypseli nomen vnde.

Veteribus nomina non temere imponebantur.

κύρνε.) Quòd oporteat patienter ferre quædam hominum & amicorum errata, cum nemo in omnibus sapiat, aut eodem modo omnia semper quemadmodum conueniebat peragat. Vide prouerb. Nemo mortalium omnibus horis sapit: item, Nihil est ab omni parte beatum: item Trabs in omnibus. Bonus enim quandoq; dormitat Homerus, vt ab Horatio dicitur.

ὅστις ἀνάλωσιν.) Primùm probat sententiam, quòd pro modo facultatum sumptus faciendi sint, nec parcè nec profusè nimium, vt semper suppetat vnde viuamus, quoad vixerimus: ne pauperes facti sumptibus profusioribus, contempti egeamus, & mendicando hominibus negocium faciamus molesti. Iubet itaq; fugere paupertatem (in quam, profundendo opes, incurrimus) omni studio, tum in vita, tum post obitũ: quòd & mortuos nemo lugeat, si pauper ipse decesserit.

νῦν δ' οὐκ ἔστιν.) prænosse videlicet horam mortis, vt Pinda-

rus ait 6. Nemeorum, ἐφαμερίαν οὐκ εἰδότες, οὐδὲ μετὰ νύκτας, ἄμμι πότμος ἄν τιν' ἔγραψε δραμεῖν ποτὶ στάθμαν. Et Plinij sententia non dissimilis reperitur.

καὶ δίχα.) id est, nunc huc nunc illuc inclinat. Vide prouer. Cor ne edito: item, In triuio sum. quo significatur, dubitare nos quo potissimum eundum, quidue sequendum.

πρὶν ἐκτελέσαι.) Vt solet plerunq; fieri, quod πᾶς τις ἡμῶν ἀχθολούμενος ἀποθνήσκει, secundum Euripidem. & Senecam lib. 7. de Beneficijs, vbi ait, neminem inueniri, qui non vitam in aliqua vlterius procedenti cogitatione finierit. Hinc illæ morientiũ lamentationes & indignationes, quod natura hominibus vitam breuiorem, bestijs vero longiorem concesserit: quemadmodum de Theophrasto apud Senecam legimus. Marius quoq;, vt autor est Plutarchus in Mario, quamuis septies consul, cum septuagenarius iam vita excederet, fortunam tamen vt crudelem accusare non est veritus, quod ante tempus vita fungi cogeretur. Nulla enim vita est non breuis, vt Seneca alicubi in epistolis id posuit. Ac nescio, an non hoc loco referri debeat quod à Plutarcho commemoratur in commentario de Tuẽda bona valetudine, de Epaminunda Thebano: qui, cum vir quispiam bonus tempore Leuctrici belli morbo perijsset, ioco dixit, ὦ ἡράκλεις, πῶς ἐσχόλασεν ἀνὴρ ἀποθανεῖν ἐν τοσούτοις πράγμασιν. id est: Papæ, quo pacto fuit ocium moriendi homini, in tam multis negocijs? Illud item Tiberij Cæsaris, dicentis: ὃς ἀνὴρ ὑπὲρ ἑξήκοντα γεγονὼς ἔτη, καὶ προτείνων ἰατρῷ χεῖρα, καταγέλαστος ἐστί.

Querelæ hominũ, quod plerunque inter negocia moriantur.

Marius accusauit naturam crudelem, quod cogeretur ante tempus, vt ipse putabat, mori.

Epaminundas ridet quendam morientem inter ipsa negocia.

Tiberius Cæsar dixit, ridiculos esse homines, qui sexagenarij iam, tamen vtantur medico.

χρήματα.) Iuxta versum Theocriti, χρήματα γὰρ ζώοντες ἀμαλθύνουσι θανόντων: in Charitibus.

ὥς κ' ἐθέλοι τις.) id est, non relinqueret sua bona, quomodo, & quibus ea relicta volebat.

οὕτω δημόκλεις.) Vide prouerb. Nosce teipsum, Ne quid nimis, Intra tuam pelliculam te contine: item, Efficimus pro nostris opibus mœnia: ac, Manu serendum, non thylaco: Tuóque te pede metire, Horatij non malè sapiens præceptum est.

προικαμόν.) Vide prouerb. Alij sementem faciunt, alij metent.

ἀνὴρ ἀγαθός.) Vide prouerb. Pecuniæ vir: item, Generosus ex crumena: ac, Quantum habet.

ἐν δὲ τοίῳδε γένει.) Vide prouerbium, Exacta vita viaticum quærere.

παύροις ἀνθρώπων.) Quod rarissimè multa bona soleant in vno homine concurrere, vt virtus & forma, & huiusmodi.

Aesopum

Aesopum sapientissimum fuisse proditum est: verùm adeo deformem, vt monstro potius & portento similior fuerit, quàm homini. de quo pluribus in eius vita Planudes. Vide prouerb. Non omnia possumus omnes: item, Prudentia coniuncta cum viribus.

AEsopus sapiens sed deformis

εἴκουσι χάρης.) πρὸς γὰρ τὴν ἐράσμιον θέαν καὶ ἀπρόσφιλος ὀφθαλμὸς ἡμεροῦται. Heliodor. lib. 5. Aethiopicæ historiæ. Vide prouerb. Aequalis æqualem delectat.

οὐ δύναμαι.) Quod sit ineptus ad canendum, & inuitandum se hilarius, quod pridiè largius bibisset: deinde etiam, quia abest amicus ipsius, vir bonus & sapiens, sine quo sibi dicit ingrata esse omnia. frigent namq; studia & exercitia, citra solum eius deniq; Musæ æmulum.

ἐγγύθεν αὐλητῆρος.) Quod placatis dijs, velit se in conuiuio, adhibito tibicine, hilarem præbere. Veteres enim, apud quos multum studij Musicæ impendebatur, carminibus, tibijs, & alijs huius generis musicis organis vtebantur in lætitia, conuiuijs, ludis, & certaminibus solennibus, in bello, & sacris etiam, vt nunc quoque fieri solet. ideoq; tibicines, & aliorum instrumentorum artifices, magnis apud eos fruebantur honoribus: vt & plurimi reperti fuerint de veteribus, qui volumina multa & magna, de in organis peritis artificibus, omnis quoque generis instrumentis, conderent: quemadmodum id ex pluribus locis tum Athenæi, tum Plutarchi etiam, planum fieri potest.

Musicæ vsus apud veteres.

Musici magnis fruebantur honoribus apud veteres.

Libri scripti de musica, ac de organis musicis.

δεξιός.) Id est, stans ad dexteram tibicinis.

εἰμι.) Prædicat suam fidem, & quod nemini ad gratiam quicquam seu iniustè faciat, seu de eo aliter quàm conuenit pronunciet. Vide prouerb. Ad amussim.

πάντα ποιεῖν.) Id est, hoc efficere, vt rectè iudicem de rebus.

πατρίδα.) Quod ita ornemus patriam, ita grati simus eidé, si non cum vulgo (quod plerunq; succenset optimis) & improbis contra eam conspirauerimus.

νεβρόν.) Prædicat fortè his sex versibus poëta innocentiam suam ænigmaticè, quod crudeliter & tyrannicè nunquam egerit, siue in bello, vbi abstrahuntur à complexu parentum hinnuli, hoc est, liberi charissimi. quod nullius vrbem vastauerit: nec quamcunque turpitudinem seu ipse admiserit, seu adiuuerit etiam in ea alios. Cæterùm de ænigmatis dicetur in fine libri.

δειλούς.) Videndùm quibus benefaciamus. Vide prouerbium, Simul & misertum est interijt gratia: item, Qui canem alit externum.

εἴ τι παθών.) Quid lucrentur ingrati, indicat: idem nimirum quod mendaces, quibus etiam vera dicentibus nemo credit amplius, quemadmodum de ijs dixit alicubi Aristoteles.

ἐστὶ μὲν αὐτός.) Allegoricẽs significat, amicum desijsse esse sincerum & apertum: ideoq; alium sinceriorem quęrendum.

μή ποτ'.) Suo malo edoctus monet poëta, ne simus præcipites & temerarij in laudandis hominibus, quorum mores nõ penitus perspexerimus. πολλάκι γὰρ γνώμην ἐξαπατῶσ' ἰδίαι: quemadmodum suprà pluribus monuit. Vide prouerbium, Ne cuiuis dexteram inieceris: item, Nemini fidas, nisi cum quo prius modium salis absumpseris: item, Amicos ne citò pares.

ἐφημέριον.) id est, sunt inconstantes, accommodantes se fortunæ & tempori.

χρόνος.) Vide prouerbium, Tempus reuelat omnia: item, Tempus amicum arguit: &, Tempus index morum: ac, Tempus omnium pater: &, Tempus omnium sapientissimũ: ac, Veritatem aperit dies.

ἠλιθὸς ἔθην.) Id est, ego quoque insipienter in eo egi.

Etiam veteres voraces & bibaces fuerunt.

Certamina pulchriorum natium, mamillarum, luxus, ignauiæ, &c. Certamen polyposias quale Alexander instituerit.

Diotimus Atheniensis quare infundibulum sit dictus.

Epitaphium Darij regis Persarum.

τίς δ' ἀρετή.) Etiam veteres bibaces fuisse, & voraces, ex Athenæo, Pausania, Aeliano, Plinio demonstratur: quòd potationum certamina instituerint, propositis præmijs polyphagias similiter, quemadmodum pulchriorum natium etiã, & mamillarum, ignauiæ & deliciarum, & aliarum rerum similium, quæ ne audienda quidem sunt Christianis auribus. In vno vinariæ potationis certamine, quod Alexander Magnus instituit, vnus & quadraginta vino potando perierunt: victor verò in eo polyposias conflictu, accepta corona, triduum tantum superuixit: authore Plutarcho in Alexandro. Diotimus Atheniensis, propterea quòd infundibulo in ore posito, vinum infusum absque interuallo bibebat, Infundibulum dictus fuit. Et Darius Persarum rex inscriptum sepulchro id habebat epitaphium, ἠδυνάμην οἶνον πίνειν πολλὼ, καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς: quemadmodum de vtroque meminit Athenæus libro decimo δειπνοσοφιστῶν.

Cæterùm in commentarijs Eustathij in Dionysij orbis descriptionem, epithaphium Darij, seu alterius, seu eiusdem, diuersis etiam verbis legitur, hoc pacto, φίλος ἦν τοῖς φίλοις, καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην, κυνηγῶν ἐκράτουν, πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην.

οὐδείς.

εὕδειν.) Sententia est ex doctrina Epicuri sumpta, quæ summum bonum in huius vitæ voluptate & delicijs posuit, & animæ immortalitatem & vitæ melioris expectationem vnà tollens. Quem secutus Sardanapalus rex, luxus & libidinum mancipium, post obitum statuæ suæ inscribi præcepit hoc carmen, Doctrina Epicuri qualis.

κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος

τερπν' ἔπαθον : τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται: quemadmodum id refertur ab Athenæo, Plutarcho, Laërtio, Stephano, Dione & Suida: Cicerone quoq;, vbi lib. 5. Tusculanarum quæstionum sic latinè leguntur. Sardanapali epitaphium.

Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido

Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta.

Quid aliud, inquit Aristoteles, in bouis, non in regis sepulchro inscriberes? Epitaphiũ Sardanapali, quale solet esse bouis.

περσεφόνης) filiæ Cereris, vxoris Plutonis, ab eo videlicet raptæ: de quo extant 3. libri à Claudiano scripti.

μή μοι εἴη.) De fucatis amicis, de quibus dictũ est, ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία: id est, Dum feruet olla, viuit amicitia. ipsi αὐτολήκυθοι καὶ τραπεζεῖς, hoc est, cibi causa, non ex animo diligentes, ollæ amici: quiq; tum præstò sunt, quoties audiunt κατὰ χειρὸς ὕδωρ, συγκατανωτιφάγοι, quemadmodum Crates id genus hominum nuncupabat, γλωσσογάστορές τι. Vide prouerb. Lingua amicus: item, Amicus salute tenus. Epitheta amicorum fucatorum.

ἡμεῖς.) Iubet frui ætate, & rebus bonis, dum conceditur. Punctum enim temporis est quod viuimus, & adhuc puncto minus: vt Seneca rectè scripsit alicubi in Epistolis.

ὠκυτέρα.) Celerior vitæ breuitate. Vide prouerb. Homo bulla: item, temporis punctum.

πίν'.) Ita bibendum in conuiuio, ne seu turpe faciendo, seu dicendo etiam quid, homines intelligant, nos bibisse nimiũ.

ἀλλοτέτοι.) Quòd doleamus, iniurijs affecti: lætemur verò, & alij quasi homines fiamus, hostes, à quibus affecti malis sumus, vlciscentes: vt in Mimo dicitur, Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram.

αἰθ' ἦν.) Commendat se à pueritia & excellentia in Musica, qua se nõ præferre dubitat maiori etiã cũ iactantia amico Academo. Fuit autem vsitatum veteribus principibus, conuocatis hinc inde doctis poëtis, musicis, oratoribus, & propositis præmijs, instituere musica certamina: quemadmodum id patet ex Hesiodo, Pindaro, Athenæo, Plutarcho, Pausania, Aeliano, Gellio, & quàmpluribus alijs. Ad eam consuetu-

 dinem

dinem videtur hic uelle alludere poëta.

κρέσσονες.)pro κρείσσονες: ideſt, quantum ego mulus, te aſino eſſem præſtantior. Vide prouerb. Muli aſinis quanto præſtantiores: item, Turpis iactantia.

ἦμος δ' ἠέλιος.) Docet, quando cibus ſumendus cum ſol in medio cœli fuerit:id eſt,tempore meridiei,cum quiſq; iam abſoluerit maiorem partem negotiorum,ad quæ mane peragenda ſolet eſſe quiſq; expeditior. Soli autem,quemadmodum & Lunæ & auroræ,poëtæ currus & equos attribuunt.propter motum, ortum & occaſum.

Quare poëtæ ſoli, lunæ, & auroræ currum & equos tribuant.

χέρνιβα.) qua manus videlicet abluerunt conuiuæ. & in qua flores odorati erant diſſeminati. Solebant namque & ante & poſt cœnam lauare manus: quinimò etiam ſemper loti toto corpore, & vncti, ad conuiuia accedere. ἀπρεπὲς γὰρ ἦν, ἥκειν εἰς τὸ συμπόσιον σὺν ἱδρῶτι πολλῷ, καὶ κονιορτῷ: vt Ariſtoteles ait. & quia ſciebant etiam λευκὰ εἶναι ἄκρα σώματα παντοῖα,vt Athenæus ait, qui& pluribus de his ſcribit, quemadmodum Plutarchus etiam aliquoties de eodem meminit.

Veteres quare ſæpius lauerint.

λάκαινα.) id eſt, ex Laconia, ſeu Lacedæmonia, Peloponneſi prouincia, oriunda. Theſſalis & Siculis, gentibus luxu perditis, famulæ nudæ etiam miniſtrabant: quemadmodum Athenæus aliquoties meminit.

Nudæ famulæ conuiuis miniſtrantes.

ἡ δ' ἀρετή.) Quòd vir bonus fortiſq;, prælians contra hoſtes pro patria,commune bonum ſit: & quòd præmium eius virtutis poſsideat decus & gloriam ſempiternam. de Hectore fratre,cæſo iam ab Achille, Caſſandra ait,

Laus Hectoris.

—— μέγα χρῆμα πόλει τ' ἦν, παντί τε δήμῳ: 24.lib.Iliad.

Et Hecuba mater de eodem: [illegible]

—— μοὶ νύκτας τε καὶ ἦμαρ

εὐχωλὴ κατὰ ἄστυ πελέσκεο πᾶσί τ' ὄνειαρ.lib. Iliad. 22.

ξυνὸν δ' ἀνθρώποις) Vtendum ætate,ac fruendum rebus bonis,dum datur: quòd vita breuis ſit (dum namq; creſcit, decreſcit, vt Seneca monet) optimaq; manibus rapiantur auaris, vt à poëta dicitur.

ἐλέγχει.) id eſt,Senectus oſtendit,quod miſeri imbecilleſq; ſint ſenes, & afflicti, ſeu affert mala. Vide prouerbium, Bis pueri ſenes: item,Sexagenarios de ponte deijcere: item, Senectus per ſe morbus: &, Senectus non ſola venit.

κεφαλῆς.) id eſt,ex facie,capite,computantur anni cuiuſq;, ac de ætate fit iudicium ex canis, ex temporibus (quæ ſunt capitis latera) quæ tempora dicta exiſtimantur, quod ſua canicie & macilentia annos prodant. Vnde & ab Homero,

Tempora capitis vnde ſic dicta.

Heſiodo

Hesiodo, Theocrito, &c. senes non temerè πολιοκρόταφοι appellantur.

ὡς μάκαρ.) Laus est vitæ priuatæ, quæ à Phocylide etiam hoc versu apud Aristotelem commendatur:

πολλὰ μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι. Et, τὶν ἐμοὶ μέτριαν καὶ λυπουμένῳ. Et iterum, φίλτατα χολὰ ὄχλος τι μέτριος. Et rursum, λυπηρὰ γὰρ τὰ κρείσσονα: Euripides in Ione, μεγάλα γὰρ καὶ μεγάλα πάσχει κακά: vt in Euripidis Hecuba dicitur. Ac, μεγάλα τὰ πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι: vt est apud Herodot. lib. 7. Et, τὰ μέγιστα καλὰ ἄνευ μεγάλων κακῶν οὐκ ἐστί: vt dicit Antigonus rex apud Stobæum. Minor (namq;) in paruis fortuna furit, Quatiunt alta sæpe procellæ: Seneca in Tragœd. Vide prouer. Moriendum priusquam.

ἐξετάσαι.) Magni enim viri & potentes omnia suspecta coguntur habere, amicos etiam metuere habent necesse: quemadmodum id in Xenophontis Hierone & Luciani Gallo pluribus exponitur.

αὐτίκα μοι.) Quòd iuuentus, & omnia quæ in vita iucunda existunt, transeant, vt somnium: & quod vsus horum in arcto sit, vt à poëta dicitur, accelerante senio, stipato morborum agmine. Vide prouerbium, Vita mortalium breuis: item, Vita hominis peregrinatio: item, Senectus ipsa morbus est.

οὔποτε τοῖς.) Fugiendam seruitutem, quantum potest fieri: quòd ea nihil sit miserius. Omni malo, omni exitio peior seruitus. &, Quem Iupiter odit, seruum hunc primùm facit: quemadmodum apud Plautum à seruo id dicitur. &,

Nec bene pro toto libertas venditur auro.

τμῶλος.) Mons est Lydiæ, croco florentissimus, & vitibus consitus: vt scribit Plinius lib. 5. historiæ mundi.

ἐπεὶ.) Id est, renitar contra seruitutē omni contentione, vt eam effugiam, ac nunquam in eam veniam.

δειλοῖς.) Quòd boni quamcunq; fortunam rectè ferant, mali verò nullam. De his dicitur in prouerb. Vbi non sis qui fueris, non est cur velis viuere. Vide prouerbium, Lucus maxima non metuit strepitus: item, Quadratus homo.

ῥηΐδιν.) Quòd difficilia sint quæ pulchra: mala verò facilia, & in promptu semper posita. τὴν γὰρ δὴ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι, Hesiodus libro primo. Vide prouerbium, Mala vltrò adsunt: item, Compendiaria res improbitas. Et in Mimo dicitur, Mala naturæ non opus habent doctrina. τὸ κακὸν γὰρ ῥᾴδιον ποιῆσαι, vt dicitur.

τόλμα.) Patienter ferenda esse aduersa, paupertatem seu

Mm 3 quæ-

quæcunque mala: propterea quod res minus prosperæ erudiant de multis homines. vt dicitur, τὰ παθήματα μαθήματα: item, ἐξ ὧν ἔπαθεν, ἔμαθεν. Vide prouerbium, Malo accepto stultus sapit, Piscator ictus sapiet: item, Factum stultus cognoscit: ac, Post acerba prudentior: &, Tunc bene nauigaui, cum naufragium feci: ac, Paupertas sapientiam sortita est: & iterum, Multa docet fames: &, Necessitas magistra: ac, Quæ nocent, docent.

μηδὲ σύ γ᾽ ἀσχάλλειν.) Quòd quæ aliter se habere nequeunt patienter & æquo animo sint ferenda. quemadmodum dicitur, Faxis vt libeat quod est necesse: item,

Crux est, si metuas, vincere quod nequeas.

εὔφραινε.) id est, cela tuum infortunium, ne hostibus ridendi & gaudendi materiam ministres. καλῶν μὲν (γὰρ) οὖν μοῖράν τι τερπνῶν ἐς μέσον χρὴ

παντὶ λαῷ δεικνύμεν: quemadmodum apud Stobæum à μεγαλοφωνοτάτῳ Pindaro dicitur.

εἱμαρμένα.) Vide prouerbium, Fatum immutabile: item, Quæ diuinitùs contingunt: ac, Fato non repugnandum.

λίμνης.) Mortis est periphrasis. Per paludem autem, Acherontem fluuium infernalem intelligit, de quo frequens est poëtis mentio. facto fortè nomine à dolorum & cruciatuum apud inferos agmine, ab ἄχος καὶ ῥέω.

ἄνδρα τοι.) Quòd virum bonum decipere non facile sit, seu quòd Deus puniat id conantes: & quòd ab hominibus etiam id genus homines odio habeantur: quod vir bonus commune bonum sit, quemadmodum suprà monuimus.

ἴδια.) Hoc distichon etiam suprà expositũ est, de eo quod beneficium malè locet, qui id in improbum (quem plerunque ingratitudo comitari solet) contulerit. Vide prouerb. Qui canem alit externum.

De Vino, quando id sit bibendum.

ἄφρονες.) Docet, quando vinum sit optimum. dicta autem esse ea videntur, iuxta oraculum, de tempore vinum bibendi, quod tale est:

εἴκοσι ταῖς πρὸ κυνός, καὶ εἴκοσι ταῖς μετέπειτα

οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ διονύσῳ χρῆσθαι ἰατρῷ. —— Et Alcæi veteris Lyrici versus prouerbialis idem monet,

οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται. id est,

Aestuat igne astrum, iam pulmo rigandus Iaccho: vt est apud Athenæum lib. 1. & 10: Plutarchum quoque decade septima Conuiualium sermonum, problemate primo: Gellium libro 17. cap. 11. vbi poëta Alcæus erroris insimulatur à medicis, quòd

Alcæus poeta qua re a medicis erroris accusatus.

quòd scripsit, potum defluere ad pulmonem. Macrobium quoq; lib. 7. Saturnalium, cap. 15. vbi ea quæstio discutitur. Per ἄστρον autem Orionem intelligit, κατ' ἐξοχὴν: per κύνα vero, canem maiorem, quæ & canicula, ardentissimo æstatis tempore exoriens, in Iulio (quemadmodum & Orion) vehementissimum sidus σείριος nuncupatum, quod nimio calore inflammet, exiccet & arefaciat, à verbo σειριάω. Porro veteres totius anni tempora discernebant: & quæ fieri, quæ verò non conuenirent, præcipiebant & monebant, per siderum ortus & occasus. quemadmodum nos tẽpora seu per menses, seu singulos horum dies indicamus: vt patet ex Plinio, Rei rusticæ scriptoribus, & poëtis plerisq; Græcis & Latinis.

De ortu caniculæ.

Stella canicularis quare Sirius.

Quomodo veteres discreuerint tempora.

δεῦρο σὺν αὐλητῆρι.) Reprehensio illorum, quibus aliorum calamitas voluptati est: quemadmodum eius generis reperiuntur in mundo homines, vt de Nerone, mancipio satanæ: de Timone Atheniẽse misâthropo illo, Archilocho, Hipponacte, Theone, & similibus pestibus, Pausanias, Plutarchus, Lucianus, Suetonius, alijq; innumeri scriptores prodiderunt: qui tum demum lætari videbantur, cum strages ingentes miserorum, seu cataclysmi, seu terræ motus, seu huius generis alia horrenda tristiaq; nunciabantur. Vide prouerb. Dente Theonino rodi, Hipponactæum præconium, Archilochia edicta: item, Archilochi patria: ac, Genuino mordere.

Timon & alij quidam nulla re lætati sunt in vita, nisi hominum calamitatibus.

εὕδομεν.) Quòd sub bono seduloque magistratu in pace viuat & quiescat dormiens populus, eo excubias pro subditorum salute assiduè habente. quemadmodum Epaminundas, dux ille Thebanus nunquam satis laudatus, cæteris potantibus & dormientibus, cum rogaretur à quopiam, Quî fieret quòd ipse solus sobrius & vigilans persisteret? respondisse fertur, νήφειν καὶ ἀγρυπνεῖν, ὅπως ἐξῇ τοῖς ἄλλοις μεθύειν καὶ καθεύδειν: Plutarchus aduersus ducem imperitum. Et, ἐγρηγορότες ἄρχοντες ἐν πόλεσιν νύκτωρ, φοβεροὶ μὲν κακοῖς, πολεμίοις τε ἅμα καὶ πολίταις: vt Plato scripsit libro septimo de Legibus. Vide prouerb. Nõ decet principem solidam dormire noctem: item, παννύχιον εὕδειν.

Epaminundæ ducis Thebani vox laudanda.

καὶ μὰ δί᾽.) Commendat suauitatem Musices suæ, qua etiam dormientes mortuosque in vitam resuscitari posse: quemadmodũ de vi Musices multa ab Athenæo, Plutarcho, Herodoto, Gellio: plura à poëtis Apollonio, Orpheo, Virg. Ouidio, de Amphione, Lino, Orpheo, Zeto & alijs quibusdam prodita leguntur, qui vocis suauitate, dulci musica, mira quædam & stupenda ediderunt. Et Plutarchus in libro de

fortuna Alexandri versiculum recitat talem, ἕρποι γὰρ ἀντὶ τῷ σιδήρῳ τὸ καλῶς κιθαρίζειν: Vergit ad lethale ferrum, lepidè cithara canere. Quo significabant, certis citharæ modis sedari motus animorum, alijs addi vigorem ad prælium. Cum Alexander audisset Antigenidam, tibia modos incinentem, qui vocantur Harmatij, adeò inflammatus est, vt simul cum armis exurgens, manus iniecerit in proxime assidentes. Lacedæmonios aliquando dissidentes inter se, ex oraculo accersitus ex Lesbo Terpander, musica & cantus suauitate deliniuit, eorumq; discordias sedauit: authore Zenodoto in prouerb. Collectaneis. Boëtius quoque in Musica testatur, Lesbios ac Iones à plerisque morbis fuisse liberatos, cantus dulcedine, ac Terpandri præsidio. Et apud Athenæum in laudem musices, ex citharœdi cuiusdam sententia hæc verba leguntur: μέγας θησαυρός ἐστι, καὶ βέβαιος, ἡ μουσική, ἅπασι τοῖς μαθοῦσι, παιδευθεῖσί τε. καὶ γὰρ ἤθη παιδεύει, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς, καὶ τὰς γνώμας διαφόρως κατασπραΰνει. lib. 14.

De vi atque efficacia musicæ exempla.

Musica curantur morbi.

νεῦ μὲν.) Vt quisque suum faciat officium, rebus vtatur præsentibus honestè, cum gratiarum actione & euentum & futura Deo committat, quod illa non sint in nostra manu posita, sed Dei solius, τὸ μέλλον γὰρ ἀόρατον: Isocrat. ad Demonicum, καὶ τὸ ἀφανὲς ἀτέκμαρτον, vt dixit Thucydides.

σὺ δ' οἷα.) Præceptum est, vt meditatè & cum deliberatione omnia faciamus: propterea quod impetus & ratio simul vna in sede morari nequeant. hoc est, vt Apuleius dicit: Non possunt eadem esse festinata simul, & examinata. Vide prouerb. Festina lentè: item, Pedetentim: &, Canis festinans cæcos parit catulos: item, Diu delibera: ac, Antequam incipias consulto.

ἀλλὰ λόγον μὲν.) Inuitatio amici est ad conuiuiũ musicum: qualis quoq; est illa Bacchylidæ Lyrici apud Athenæum lib. 11. inuitantis Dioscuros, hoc est, Castorem & Pollucem, Iouis filios, Helenæ fratres, his quidem verbis: οὐ βοῶν πάρεστι σώματα, οὔτε χρυσὸς, οὔτε πορφύρεοι τάπητες, ἀλλὰ θυμὸς εὐμενὴς, μοῦσά τε γλυκεῖα, καὶ βοιωτίοισιν ἐν σκύφοισιν οἶνος ἡδύς.

Bacchylides ad quale conuiuiũ inuitet Dioscuros.

αὐταὶ γάρ.) Sic & Hesiodus lib. 2. ἔργων καὶ ἡμερῶν, & in Theogonia de seipso,

μοῦσαι γάρ μ' ἐδίδαξαν ἀθέσφατον ὕμνον ἀείδειν. quod & Calaber in Homeri Paralipomenis lib. 12. sibi etiam tribuit, his quidem versibus, commemoraturus qui Græcorũ equum Troianum conscenderint, aduocatis in auxilium Musis:

Hesiodum & Quintum Calabrum ipsæ Musæ carmen docuerunt.

ὑμεῖς γάρ πᾶσάν μοι ἐνὶ φρεσὶ θήκατ' ἀοιδὴν,

φρίν μοι ἀμφὶ φαρέτρᾳ κατασκίδναθαι ἰσῦλον

σμήνεος ἐν δαπέδοισι περικλυτὰ μῆλα νέμοντι. Nec temerè etiam scripta sunt, quæ de Minoë Iouis discipulo prodidit antiquitas: Socratis etiam dæmonio, de quo meminerunt tum Plato cum Xenophonte & Aristotele: tum etiam Plutarchus cum Apuleio peculiares commentarios de ea re condiderunt.& quæ Aelianus in Varia historia scripsit de Platone, quod Iouem à consilijs habuerit.& alij de Homero prodiderunt,quod versus sibi ab Apolline dictatos ipse deinde descripserit. Quid docent illa aliud, quàm magnos viros non esse sine afflatu diuino, sine particula quadam diuinæ mentis, quemadmodum Cicero quoq; eloquentiæ parens id iam olim prædicare non dubitauit, his verbis pro Archia poëta scribens: Atqui sic à summis hominibus eruditißimisq; accepimus, cæterarum rerum studia, & doctrina & præceptis & arte constare: poetam natura ipsa valere, & arte constare, & mentis viribus excitari,& quasi diuino quodam spiritu afflari. Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas:

Quare vetustas addiderit Socrati dæmoniū, ac Minoem Iouis fecerit discipulum.

Plato Iouem a consilijs habuit, Homero etiam Apollo poemata describēda dictauit.

Nullus magnus vir sine afflatu extitit diuino.

ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου ἀπόλλωνος

ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ,καὶ κιθαρισταί: quemadmodum cecinit id nobis Homerus in suo Apolline, Hesiodus quoq; in θεογονίας suæ principio.

τιμῶ.) id est, propter quæ Musarū dona conspicui sumus & honoramur à ciuibus.τιμῶντες γὰρ ἀρετὰς, ἐς φανερὰν ὁδὸν ἔρχονται: Pindarus 6. Olympior. Seu vt sit sensus: Quæ ideo nobis contigerunt, vt & nobis & alijs sint ornamento, & emolumento.

τιμαγόρα.) Non à facie, sed à mente, moribus & ingenio considerandos homines: quod sæpe sub sordido palliolo sapientia & probitas, aliæq; virtutes lateant: cubante interim sub splendido amictu, ac opulentia insigni,tanquam tegmine splendido,improbitate, inscitia,&c.Quare rectè ab Euripide præceptum est, νομίζω καὶ θεάσασθαι οὐδέν τι τῆς εὐμορφίας ὄφελος, ὅταν τις, μὴ φρένας καλὰς ἔχῃ: apud Stobæum in oratione contra pulchritudinem.

ἐν δ' ἴθι.) Præceptum est voluptuosum, è schola ipsius Epicuri philosophi Atheniēsis depromptū, quo iubet præferre voluptatem (in qua Epicurus summum bonum posuit) omnibus rebus, quocunque etiam nomine speciosis seu expetendis. De Sardanapalo Epicuri socio, apud Athenæū libro duodecimo scribit Amyntas, Chaldaicis literis eius

Epicurus prætulit voluptatē omnibus mundi bonus.

Epitaphiū Sardanapali Chaldaicis literis eius statuæ inscriptum.

eius ſtatuæ fuiſſe hæc inſcripta & addita, ἐγὼ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, ἀφροδίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, &c. quæ ibi ſequuntur. Ariſtobulus quoque apud eundem autorem ait, in alia eiuſdem ſtatua ſcriptum fuiſſe: ἔσθιε, πῖνε, παῖζε, τἆλλα δὲ οὐκ ἄξια ἐπικροτήματος. Refertur etiam alia forma ab Apollodoro in Ariſtophanis commentarijs, & rurſum alia à Calliſthene apud Suidam. Sunt apud Athenæum plurima alia eius generis. quale & illud eſt, quod Bachidæ cuiuſdam ſepulchro inſcriptum fuit, πῖνε, φάγε, καὶ πάντα τῇ ψυχῇ δίδου.

Epitaphium Bachidæ.

ἄφρονες ἄνθρωποι.) Quòd optima quæque & gratiſsima in vita, citò abeant, & euaneſcant.

τέρπεό μοι.) Ad ſuperius præceptū Epicuri referendum, cui tantum hæc vita, vita habetur: futura, nulla. tametſi de eodem grege fuerint, qui docuerunt, Eos qui benè honeſteq; vixiſſent, apud inferos præmium manere crapulam ſempiternam: quemadmodum Plutarchus id retulit ex Platone repetitum, in Cimonis Luculliq́ue comparatione. Non diuerſam ab hac ſibi Mahometiſtæ ſomniant vitam æternam, ſeu cœleſtem: niſi quod præterea etiam ſperant, pulchrioribus ſe cum mulieribus rem habituros: quemadmodum id ipſorum libri Alcoranici demonſtrant.

Epicurus docuit, bonos viros in vita æterna manere crapulam ſempiternam, Das ſolte wol ein frölicher vnd luſtiger himelſein/ da vff dē morgen eynem der kopf wehe thete/ ex quotidie repetita crapula.

κύρνε.) De accommodando ſe aliorum moribus, atque ingenio, præceptum eſt, aliquoties hactenus repetitum. Vide prouerbium, Lex & regio: item, Aliter cum alijs agendum.

σοφίη.) id eſt, poſſe ſe ſic accommodare hominum nutibus, moribus, & ingenijs.

πρήγματος.) Quòd de futuris nemo poſsit certi quid pronunciare. τῶν μελλόντων γὰρ τετύφλωνται φραδαί: Pindarus duodecimo Olympiorum.

ὄρφνη.) id eſt, futura obſcura ſunt & incerta, inuoluta caligini, & cerni nequeunt.

πείρατ'.) id eſt, quando ventura ſit calamitas aliqua, homines inuaſura, vel etiam deſitura.

οὐδένα τῶν.) Quòd virtutes etiam in hoſte laudandæ, vitia verò etiam in amicis culpanda ſint. Etiam hoſti eſt æquus, qui habet in conſilio fidem: Publius in Mimis. Et Aeſchines rhetor, etiamſi propter Demoſthenem exularet, tamen cum in Rhodo inſula eius contra ſe ſcriptam orationem legiſſet Rhodienſibus, & admirantibus tantam dicendi vim & copiam, non dubitauit ipſi, quamuis hoſti, eloquentiæ

Aeſchines tametſi hoſtis, tamen laudat vim eloquentiæ Demoſthenis, Rhodienſibus.

mirandæ tribuere testimonium, hisce verbis, τί δ' εἰ τοῦ θηρίου αὐτοῦ ἠκηκόειτε; id est, Quid autem si ipsam audissetis beluam? quemadmodum Plinius meminit in Epistolis lib. 2. Plinius etiam Secundus lib. 7. Mundi historiæ, cap. 30. Plutarchus item in Aeschine. Vide etiam prouerb. Viua vox.

οὕτω χρή.) Quòd boni viri sit, constanter diligere amicum. Vide prouerb. Amicitia stabilium.

δήμων.) Hortatur amicum, vt vulgus, etiamsi non semper grata sibi ab eo fiant, tamen patienter ferre discat.

οὐ γὰρ ἐπίστα.) id est, etiamsi id tibi non sit gratum, sed aduersetur tuo animo quàm maximè. Si quis meliorem sensum inde elicere potest, faciat.

κάστορ.) Castorem & Pollucem Dioscuros, Helenæ fratres, Iouis atq; Ledæ filios, quibus Græci diuinos tribuerunt honores, inuocat, vt se puniant, si amicum fefellerit: contra etiam amico malè faciant, si contra se falsi quicquam vsurpauerit. De Dioscuris, ipsorumq; rebus gestis, ac amore fraterno, pluribus meminerunt, Pindarus, Theocritus, Lycophron, & Apollonius Rhodius in Argonauticis. Lacedæmon autem vrbs fuit Laconiæ in Græcia, in qua imperitauerat olim Tyndarus Dioscurorum pater. Eurotas etiam fluuius est non procul à Lacedæmone, seu Sparta. Eius poëtæ Græci & Latini sæpè meminerunt. **Dioscuri.** **Lacedæmon.** **Eurotas fluuius.**

ἀργαλέως.) De homine quem nec amare nec odisse possumus, seu prorsus non congruente nostris moribus: ideoque eius consuetudinem negligimus. Conueniunt propemodum cum hoc disticho Martialis illi,

Non amo te Sabidi, nec possum dicere quare:
Hoc tantum possum dicere, Non amo te. Vide prouer. Malè coniugati: item, Aequalis æqualem delectat: &, Auribus lupum teneo: item, Necessarium malum: &, Neq; cum malis, neq; sine malis: ac, Volens nolente animo: item, Nolens volens: &, Queruli in amicitia.

γιγνώσκειν.) Quòd vtrumq; graue & culpandum sit, quem amicum habueris odisse: ac deinde inuitum, tuamq; amicitiam repudiantem, amare. Vide prouerb. Volentem bouem ducito.

σχέτλιε.) Valedicit amico improbo & ingrato.

τοῦθ' ἔρδειν.) id est, ingratum & malum amici loco habere.

ἐκπαίσομαι.) id est, Deseram amicitiam tuam quàm primum: quemadmodum auis paludem, seu quemcunque locum, vbi moratur in vita.

ὕστερον.) Vt solet fieri plerunq;. *ἡ μεταμέλεια γὰρ γίνεται ἀνθρώποις κρίσις* : id est, Tunc iudicant homines cum pœnitet, vt in versu vetere dicitur. Vide prouerbium, Post rem deuoratam ratio ; item, Prometheus post factum.

ὅστις.) Aegrè fert poëta, amicum, dum calumnijs præbet aures, à se distrahi Cæterùm de non temerè credendo calumnijs, extat libellus Luciani.

ὕβρις.) Exemplis ostendit, quòd iniusticia sit exitiosa terris & vrbibus, magnis & paruis. Per Magnetas autem Centauros intelligit, qui populi fuerunt Thessaliæ, annexæ Magnesiæ, quæ regio est Macedoniæ. De Centauris suprà pluribus monuimus. Vide tamen 16. epistolam Ouidij, Calabrum item libro 6. Paralipomenon Homeri, ac prouerb. Ambrones.

Centauri.

κολοφῶνα.) Colophon vrbs fuit Ioniæ clarissima, de qua pluribus Strabo lib. 14. Vide etiam prouer. Colophonium suffragium, Colophonium calciamentum, Colophonia ferocitas, Aurum Colophonium : item, Colophonem addidit.

Colophō vrbs Ioniæ.

σμύρνην.) Smyrna vrbs fuit Ioniæ similiter, patria Homeri, vt quidam existimarunt. de qua pluribus Strabo lib. 14. Aristides quoq; sophista eius vrbis laudationem scripsit, quæ adhuc extat : quemadmodum etiam monodiam siue luctum ob Smyrnam dirutam igne & terræmotibus, & alia etiam de eadem vrbe, quæ cum cæteris eius orationibus coniuncta leguntur. Porrò de Smyrnæ nominis ratione, quemadmodum & Chiæ insulæ, in quarum altera natum scribunt Homerum, in altera verò decessisse, Plutarchus meminit in Sertorio.

Smyrna, & orationis Aristidę de ea scriptæ.

εἰς βάσανον.) De integritate & candore præceptum : quo simul indicat, quales conueniat esse amicos. Vide prouerbium, Quod index auro, id aurum homini : item, Aurum igni probatum : item, Vera fronte : item, Inexploratus homo.

καλῶς) id est, si cōstās fueris, & fidus, tūc ꝓbabis te ꝓ amico.

οἴμοι.) Querela, quòd calamitate sua afflixerit condolentes amicos, gaudio verò affecerit hostes lætantes. vtrunq; enim in aduersis sic solet vsu euenire.

χαίρ' οἱ πρόσθ'.) Querela est, qualis solet esse senum (laudantium præterita, & culpantium præsentia) de animorum mutabilitate, & quod omnia deferantur in peius. Vide prouerb. Annus superior semper melior. *ἀγαθοί.*) id est, habentur pro bonis : eum sortiuntur honorem, qui bonis debetur.

ἐσθλός.) propter opes aut dignitates. Virtutem enim & sapientiam vincunt testudines: quemadmodum in prouerbio dicitur.

dicitur. Vide prouerb. Candidum linum lucri causa ducis.

γελῶτιν.) id est, deceptiones, fraudes, non amplius vitiorum loco habentur: sed vt iocus & industria quædam probantur.

ἰδῶτις.) id est, nesciunt discernere inter verè bona & verè mala.

χρῆματ'.) Ad obijcientem sibi paupertatem, diuitem: quòd extrema paupertate non prematur, sed habeat necessaria, plura acquisiturus dijs volentibus. Significat scilicet, oraturum se & laboraturum Dij enim facientes adiuuát, vt dicitur.

πλοῦτι.) Encomium est diuitiarum, quòd quantum quisque habeat, tanti etiam habeatur: vt in versu Iuuenalis Satyra 3. dicitur: *Quantum quisq; sua nummorum seruat in arca,*
Tantum habet & fidei. Vide prouerb Quantum habet.

ἥβαν μέτρον.) Votum est poëtæ, vt in ætatis flore sanus ac bene habens fauentibus sibi Apolline, ipsoq; Ioue, vitam exigat sine curis, cum Musis, in opulentia. Eius generis leguntur vota similia tum apud Pindarum, Theocritum & Plutarchum, tum quoq; in magno Græcorum epigrammatum volumine. Alij namq; alijs rebus & studijs afficiuntur vt dicitur, Insania non omnibus eadem item, Quot homines tot sententiæ: ac, Suo studio quisq; gaudet: &, Suum cuiq; pulchrum: item, Suus cuique crepitus bene olet.

Diuersa studia ac vota.

μή μοι.) Obscure indicat poëta, se magnum quid, ac dolore plenum, passum fuisse: quod tamen quale fuerit, non indicat. Forte queritur de calamitate aliqua, quæ ipsius coniugium corripuit: quemadmodú Vlysses, dum annis viginti abest, Penelopen vxorem multi proci ambierunt, eius bona absumentes: quos interfecit ipse omnes reuersus, vt est in Odyss. 22. De descensu quoq; eiusdem ad inferos lib. 11. quem Virgilius totum reddidit in 6. Aeneidos. Deniq; de Vlysse, ipsius moribus, ingenio prudentia eloquentia, erroribus & periculis, vxore Penelope, & filio Telemacho, patre Laërte & procis, tota Odyssea Homeri scripta est vnde & Odyssea, id est, Vlyssea, id volumen, quod lib. 24 continetur, inscriptum fuit. ὀδυσσεὺς enim Vlyssem significat.

Penelope a multis procis expetita, absente Vlysse.

Vlysses descendit ad infernos.

οὐ πίομαι) Quòd bibere largius abigat curas, faciat obliuisci paupertatis & aliorum vitæ incommodorum: & quod ipse ebrius etiam lamentetur, cósiderans, quod, quæ in vita sunt iucunda, prima abeant. quam querelam hactenus sæpius etiam vsurpauit. vide prouerb. Mors optima rapit, deteriora relinquit: item, Malú vas non frangitur.

χώρη παρεῶσι.) Iubet mox principijs obſtare: quemadmodum id ab Ouidio aliquoties pręcipitur, verſib. valdè eleganter & ſapienter ſcriptis, qui notiores ſunt adoleſcentibus, quàm vt hoc locò referri debeant. Vide prouer. Satius initio mederi quàm fini, Minutula pluuia imbrem parit, Mortuum vnguẽto perungis, In tẽpore cauenda pœna mali: item, Poſt rem deuoratam ratio: ac, Sera in fundo parſimonia: &, Tollenda mali occaſio. Ariſtoteles lib. 4. cap. 5. Politicorum, multis exemplis probat, mutationes rerumpub. periculoſas eſſe. Ingentia item bella ex paruis initijs eſſe orta. itaq; principijs obſtare iubet omni ſtudio.

Mutationes in rebuſpub. periculoſæ.

ἐλπίς.) Bonum & pium præceptum eſt, quod etiamſi premamur malis plurimis, tamen ſemper eſſe ſperanda meliora, & ſtudendum pietati, deos colendo, & rectè faciendo: quod ea tandem ſequatur εὐσεβείας χάρις ἐσθλή: quemadmodum à Sophocle ſapiente Tragico dicitur, —— δίκη τι ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει εἰς τέλος ἐξελθοῦσα: —— ſicuti non minus piè ſcripſit Heſiodus.

ἥβαν.) Reſpicit ad ætates poëtarum, de quibus meminerũt Aratus, Orpheus, Apollonius, Plato, & Latini etiam ſcriptores: & Heſiodus, apud quem in ferrea ætate, iuſticia, probitas, pudor, & ſimiles dij deęq; terra relicta in cœlum commigrarunt: hoc eſt, deſierunt tunc homines ſtudere iuſticiæ, probitati, innocentiæ, & alijs virtutibus: in ea ætate nos quoq; hactenus viuimus. Cæterùm de ætatibus ſimul, & mundi duratione, legitur Orphei verſiculus apud Platonem in Philebo, ἕκτῃ ἐν γενεῇ κόσμος καταπαύσετ' ἀοιδῆς. qui proculdubio ex doctrina patrum, ſeu Eliæ prophetæ dicto deſumptus eſt, quod reperitur in libris Hebræorum Thalmudicis.

Poetarum ætates.

Orphei verſus de mundi duratione.

χάριτες.) id eſt, nemo amplius gratus eſt pro beneficijs. Gratiæ enim deæ fuerunt beneficentiæ, gratitudinis atq; humanitatis ſymbola: quæ pluribus perſequitur Seneca lib. 1. de Beneficijs, mox in initio.

Gratiæ cuius rei ſymbola.

ἐλπίδι προύτη) id eſt, Semper ſperet rectè agens, & optimè ſibi conſcius. talem enim virum, ὃς ἂν δικαίως καὶ ὁσίως τὸν βίον διαγάγοι, γλυκεῖα οἱ καρδίαν ἀτάλλοισα ἃ γηροτρόφος συναορεῖ ἐλπὶς, ἃ μάλιστα θνατῶν πολύστροφον γνώμαν κυβερνᾷ: veluti id ex Pindaro, dulciſsimo poëta, refert Plato ſuauiſsimus, lib. 1. de Republica.

Quid comitetur virum bonũ, ac rectè ſibi conſcium: ſpes bona, dulcis ſenectæ nutricula.

σύμβολα θηκάμενοι.) hoc eſt, oſtendunt omnib. in rebus, doloſè ac perfidè ac iniuſtè ſe agere. mali enim viri mala opera.

μή ποτε.) Ne calumniatoribus aurem præbentes, deſeramus amicos. Vide prouerb. Amicitia ſtabilium, felicitas [illegible] temperan-

temperantium: item, Mores amici noueris, non oderis.

εἴη μοι.) Votum est poëtæ: qualia, seu similia, seu non planè ab hoc diuersa, etiam suprà in hoc libello exposuimus. Verú quia nulla felicitas vnquam fuit absoluta, nemo speret euentura sibi omnia quæ maximè optarit. Vide prouerb. Nihil est ab omni parte beatum: item, Mala bonis mixta sunt. Et quæ de duobus genijs, altero bono, altero malo, Empedocles scripserit, referente Plutarcho, iam monuimus: quæ item de duobus dolijs in Iouis limine positis, ab Homero facta sunt Iliad.ω. à Platone etiam exagitata lib. 2 de Republica, notiora puto adolescentibus sunt, quàm vt hoc loco adscribi debeant. Vide prouerb. Dolia Iouis: item, Dolia duo.

Duo genij Empedoclis. Duo dolia in Iouis limine.

οὔτ' ἔραμαι) Votum superiori contrarium, quòd mediocris status sit optimus: quod minus habeat curarum & periculi, plus verò ocij. πάντα (γὰρ) μέσοισιν ἄριστα, vt in Phocylidæ versu apud Aristotelem dicitur. τὰ γὰρ μέγιστα καλὰ ἄνευ μεγάλων κακῶν οὐκ ἔστι,) quemadmodum id expertus loquitur rex Antigonus apud Stobæum. Vide prouerbium, porrò à Ioue atque à fulmine.

Mediocris status optimus.

πλοῦτος.) Duo inquit poëta inexplebilia esse: Plutum, id est, diuitias congerendi studium, & sapientiam. Quo (enim) plus sunt potæ plus sitiuntur aquæ. quod de vtroq; poëta verum esse voluit. Doctissimi enim quiq; quo plura legerint & didicerint, eo semper plura legere ac addiscere satagunt, animum suum nunquam explentes. οὐδὲν, γὰρ, γλυκύτερόν ἐστιν ἢ πάντα εἰδέναι, quemadmodum in vetere senario dicitur, qui à Cicerone vndecunque etiam refertur lib. 4. Epist. ad Atticum: Philone etiam Iudæo in lib. de Sacrificijs Abelis & Caini. Hinc factum est, referente diuo Hieronymo, vt Origenes, ab assiduo lucubrandi studio Adamantius cognominatus, sex librorum milia scripserit: Didymus vero Alexandrinus, Chalcenterus propterea dictus, cuius Seneca & Quintilianus meminerunt: Athenæus quoq; (qui βιβλιολάθα dicitur, ab ingenti librorum à se conscriptorum numero) ter mille cum quingentis conscriberet: Liuius, Romanæ historiæ scriptor, decades librorum quatuordecim: & Varro septuaginta hebdomadas librorum similiter ederet, autore Gellio lib 3. cap 10. Plura scripturi, si vita longior suppeditata fuisset Vide prouerb. Nihil est vanius quàm omnia scire: item. Nihil est dulcius quàm omnia scire: ac, Honesti nulla satietas.

Origenes sex librorum millia scripsit.

Didymus librorum scripsit tria millia & quingentos. Numerus librorum Liuij, ac Varronis.

ὑπεραιρέστης.) Quemadmodum suprà dixit, πλοῦτον πλοῦτον παντὸς χρήματος ἐστι κλέος.

οὐδένα.) Fortè id vult, ne liberis congeramus multas opes: ne post parentum obitum, dum ipsi non habēt quod faciant, freti thesauris ingentibus, ad mala se conuertant studia, vitam malè perdentes: opes quoque ipsas, multo parentum sudore partas, turpissime profundant. vt in Theocriti versu dicitur, χρήματα δ' ζώοντες ἀμαλδύνουσι θανόντων: in Charit. Ac diuitum & magnorum virorum liberi aliàs plerunq; solent esse noxæ: quemadmodum dicitur, τῶν ἡρώων τέκνα πήματα.

αἰτοῦσι.) Pentameter ille videtur esse nouum præceptum, de beneficentia cum delectu: hoc est, de benefaciendo bonis. quòd de malis in veteri verbo ferè dicatur: Simul & mistertum est, interijt gratia.

οὐδείς.) Hi sex versus hoc loco repetiti, paucis quibusdam immutatis, etiam suprà expositi sunt, de eo quod nemo ab omni parte sit beatus: & quod vir bonus etiam aduersam fortunam rectè ferat, malus verò neutram: & quod oporteat patienter ferre quamcunq; fortunam.

οὐκ ἐπίδηλος.) Id est, celat infortunium suum, fert patienter, ne molestia amicos, gaudio verò inimicos afficiat. Homines namq; boni & frugi omnia rectè faciunt, quemadmodum in prouerbio dicitur.

ὀφθαλμοί.) Quòd sapientes nihil stultum, nihilq; inconsideratum committant: neq; oculis, neq; sermone, neq; auribus. quod, quicquid sapiens agit, id ex virtute proficiscatur: quemadmodum id ita docuerunt Stoici, vt autor est Plutarchus lib. 1. de Fortuna & virtute Alexandri.

τοῖς ἀγαθοῖς.) Præceptum sæpè repetitum, de vitando prauo consortio, & adhærendo bonis: quod ἀνάγκη sit ὁμοιοῦσθαι τὸν χαίροντα, ὁποτέροις ἂν χαίρῃ quemadmodum à Platone dicitur lib. de Legib. 2. Aeschyli quoq; veteris Tragici versiculus memoratu dignus est,

ἐν παντὶ πράγει δ' ἐσθ' ὁμιλίας κακῆς κάκιον οὐδέν: in tragœdia quæ inscribitur, Septem duces ad Thebas.

ἀπόκειται.) id est, à bonis bona disces, quæ & durant & semper prosunt in omni vita, non pereunt, non auferuntur à ventis euanescentia, quemadmodum improborum dicta factaq;

κακὰ γίνεται.) id est, Deus punit eos qui improborum vtuntur consuetudine, quod ipse huiusmodi congresɩib offendatur: mens quoq; bona amittatur, quæ deinde peccata & pœnæ comitari solent.

γνώμην.) Commendat prudentiam, quam vt vtiliorem prę fert saturitati, quæ mater est iniusticiæ, tyrannidis, superbiæ, &c. quemadmodum id suprà pluribus est expositum.

πείρατα ἔχει.) id est, sapientia omnia perficiuntur & gubernantur. De eo vide prouer. Sapientia gubernator nauis: item, Mens cœli terræq; regina.

ὀλλυμένους.) Id est, perdente homines. veluti suprà Centaurorum Lapitharumq; exempla produxit, qualia horum similia multa suppeditat historicorum & poëtarum lectio, vita quoq; præsens, & singulorum experientia.

ἥν τ' εἴπ.) Ad Cyrnum amicum, quòd qui virtutis amore ac studio tenentur, à vitijs tanquam virtutis extremis sibi temperent: quod virtus iubeat viuere ad rectæ rationis regulam, quæ est ipsa lex naturæ, à Deo singulorum animis inscripta. Recta ratio.

κύριε.) Præceptum est valde pium, si de cultu veri Dei, & non deorum gentilium pluralitate ageret: quorum puto tot fuerunt, quot à gentibus, Græcis præcipuè, populo omnium quos sol vidit superstitiosissimo, excogitari potuerunt: ita vt ignotos etiam quosdam deos colerent, quemadmodum suprà & in Pythagora id plurib. exposuimus. Præcipit autem de pietate & timore Dei, quem σοφίας ἀρχὴν etiam scriptura constituit: quod eum deinde sequatur vita ab omnibus peccatis & turpitudinibus aliena. Deorum gentilium turba infinita.

δημοφάγον.) Quòd tyrannum impunè interficere liceat. Tyrannus autem olim cõmune nomen erat regum & principum, quemadmodum id ostendit Xenophon in Hierone, seu Tyranno: Strabo etiam id velle ostendere videtur lib. 7. Nunc verò accipitur pro imperatore sæuo, crudeli & violento: quales fuerunt, Nero Cæsar, cloaca satanæ: Phalaris etiam Agrigentinorum tyrannus, quem Clearchus in libris Vitarum apud Athenæum lib. 9. eò vsque crudelitatis processisse narrat, vt infantes lactentes comederit. Cæterùm de nominis origine, vide Stephanum in voce τυραννία. An verò tyrannum interficere liceat, Ciceronem lib. 3. de Officijs. Aristoteles lib. Politicor. 2. cap. 5. scribit, honorem maximum haberi non ei qui furem, sed qui tyrannum occiderit. Vide prouer. Abstinenda vis à regibus: item, Cum principe non pugnandum. Atqui istud præceptũ Theognidis sequuti Locrenses, qui Locrim Siciliæ metropolim incolebant, non solum Dionysium tyrannum expulerunt, qui matris deûm tympana gestans, ac stipem cogens, miserrimè demum vitam permu- Tyrannus quid olim, quid nunc significet. Phalaris tyrannus infantes lactentes comedit. An tyrannũ interficere liceat. Dionysius pulsus regno misere vixit.

permutauit: ſed etiam illius vxorem ac filios capientes, captiuosq́; in via conſtituentes, in eos atrociter egerunt: & vbi iniuriæ pleni eſſent, acub. ſub manuum vnguibus pungentes, ipſos interfecerunt: mortuorumq́; oſſa in mortarijs contuderunt, atq; carnes reliquas cum diſtribuiſſent, diris imprecationib. eorum caput obligarunt qui ex ijs nō guſtaſſent: reliquas vero demerſerunt. quod ipſe Dionyſius paulo antè in ampliſsima quadá Locrorum domo, quam ſerpillis roſiſq́; ſtrauerat, eò accerſitis Locrorum virginibus, nudus cum nudis, nulla pudoris ratione habita, ſuper ſtratis ſe conuoluiſſet, referente id ad hunc modum Athenæo lib. 12. Dipnoſoph. ſuorum. Vide prouerb. Ne catulus quidem relinquendus ex genere malo.

Locrenſes quo genere ſupplicij necarint filios Dionyſij tyranni.

Dionyſij incōtinentia & luxuria.

νῶν ἀγαθὸς.) Prudentiam & facundiam rarò coniungi docet. & alioqui in omnib. diſciplinis & artibus plures extitere admirabiles, quàm in dicendo: quemadmodum id meminit alicubi Cicero, ipſe dono quodam prouidentię genitus, in quo omnes vires eloquentia experiretur: quemadmodum id ipſi tribuere Quintilianus non dubitauit.

οὔ τις.) Quòd omnibus ſit moriendum, & quòd fatalem neceſsitatem nemo hominum poſsit effugere: alia item, quæ in hominum vita minus grata nobis ſolent vſuuenire, quod ea nulla curent ſeu munera, ſeu potentiam, ſeu opulentiam, ſeu quodcunque tandem mundus ſolet admirari. Vide prouerb. Mors omnibus communis: item, Ne dij quidem à morte liberant.

τέρμα βάλοι.) id eſt, niſi Deus ipſe finierit calamitatem.

ἐν τοῖς γὰρ τέλος ἐςὶν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε: Heſiod.

οὐκ ἔραμαι.) Non admodum pia eſt hæc ſententia, & nequaquam probanda, quod ſpem videatur ponere in bonis tantum huius vitæ, ſublata ſpe & expectatione vitæ æternæ & melioris, quam Cicero ſubinde æternam illam domum nominat, Pindarusq́; cum Homero fortunatas & beatorum inſulas, campum Elyſium. Plato quoq; & alij multa ſimilia ſcripſerunt, quib ſententiam ſuam de animorum immortalitate ad omnem poſteritatem teſtatam facere voluerunt. Vbi maximè memoranda ſunt Ciceronis illa, vbi Socratem 1. Tuſc. quæſt. iniuſtè damnatum, ex Platonis Apologia, quæ adhuc cum Platonis operibus coniuncta reperitur, ſic loquentem ad iudices inducit: Quis me beatior, ſi vera ſunt quæ dicuntur, migrationem eſſe mortem in eas oras, quas qui è vita exceſſerunt, incolunt? Id multo iam beatius eſt, te, cum ab ijs qui ſe iudi-

Veteres quomodo nominarint vitam æternam.

Socratis morituri ac conſolantis ſe ſpe alterius cuiuſdam vitæ, oratio.

se iudicum numero haberi volunt, euaseris, ad eos venire qui verè iudices appellentur, Minoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptolemum: conuenireq; eos qui iustè & cum fide vixerint. Hæc peregrinatio mediocris nobis videri potest. Vt verò colloqui cum Orpheo, Musæo, Homero, Hesiodo liceat, quanti tandem existimatis? Equidem sæpè mori, si fieri posset, vellem: vt ea quæ dico, mihi liceret inuenire. Quanta delectatione auté afficerer, cum Palamedem, cum Aiacem, cum alios iniquorum iudicio circumuentos conuenirem? Tentarem etiam summi regis, qui maximas copias duxit ad Troiam, & Vlysis, Sisyphiq; prudentiam: nec ob eam rem, cum hæc exquirerem, sicut hic faciebam, capite damnarer. Sensus autem Theognidis est: Quomodocunq; post mortem accipiar, modò dum viuo bona grataque mihi contingant.

In vita altera boni viri inter se colloquentur.

ξυλόν.) Id est, mortui non sentiunt: quare eodem loco ab ipsis habetur, seu molliter, seu duriter tractentur. mollia namque & dura eodem modo eos afficiunt. Vide prouerb. Mortui non dolent. Videtur autem hic locus factus ex versibus Homeri Odysseæ λ. quem Plato totum improbat lib. 3. de Republica.

μήτε θεούς.) Deos non periurio offendendos, & contra se prouocandos: & depositum, id est, id quod proximo debetur, non celandum, non periurio retinendum, sed reddendum esse monet, αἰδρὸς γὰρ εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων: quemadmodum oraculum hoc versu Hesiodi respondit Glauco Spartano, & periuro, apud Herodotum lib. 6.

ὄρνιθος.) Dolet poëta, seu quicunq; alius, cum videt instare iam tempus arationis, redeuntibus gruibus: quod posthabita agricultura, studio dulcisimo & innocentisimo & honestisimo (in quo commendando veteres scriptores sunt plurimi, Virgilius, Varro, Plinius, &c.) alia studia periculosiora sectetur. Cæterùm de gruibus arationis tempus indicantibus, Hesiodus quoq; meminit lib. 2. quò poëta hoc loco respicere videtur.

ἔχουσιν.) Id est, Quòd alijs seu vendiderim, seu colendos permiserim, nec ipse potius in ijs me exerceam, propter nauigationem quandam, quò adiunxi animum.

οὐκ εἰμ'.) Vitandam esse amicitiam tyranni, cuius vita omnibus sit exosa: & quia ipse nullius calamitate, nullius morte afficitur: quod nemo quoque sit qui eundem mortuum lachrymis prosequendum esse censeat. quod adeo ma-

Magna fuit calamitas apud veteres, non defleri mortuum.

Oo gnam

gnam calamitatem existimauit antiquitas, vt Solon id de ea re distichon conscripserit:

μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι

καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς. autore Plutarcho in Solone, Cicerone quoq; in lib. de Senectute: vbi magis probat versũ Ennij, *Nemo me lacbrymis decoret, nec funera fletu Faxit.* Non enim lugendam mortem arbitratur, quam animæ immortalitas consequatur. Vide prouerb. Senex bos non lugetur: item, Porrò à Ioue atq; à fulmine.

οὔτι σι.) Ad amicum tetricum & grauem, molestumq; in congressibus: quem abesse potius à nobis longissimè, quàm propè adesse, optamus.

ἄθαν.) Ad famulam quandam Argyrin hæc dicuntur, quibus docetur, aduersam fortunam nemini exprobrandã esse: quod nemo sit, qui non possit miser fieri: ipsaq; iam maiori malo, seruitute videlicet, prematur (quæ domino ius in eam permittat vitæ necisq;, & vendendi seu permittendi quibuscunq;) quàm exules illi, quibus exilium exprobrare non dubitabat.

ἄθαν.) Fortè familiæ nomen est.

θήβην.) Stephanus in commentario de vrbibus, in *θήβη*, Thebas nouem commemorat, & *λήθην* Macedoniæ vrbem constituit. Quod si hoc loco Theben Ioniæ in Asia poëtam velle intellexerimus (Strabonem secuti, qui ibidem Lethæum quoque fluuium ex Pactio monte ortum habere affirmat, lib. 14. Geographiæ suæ) plana iam erunt omnia.

δουλοσυνη.) quemadmodum scilicet tibi. Quæ autem semel ancilla, nunquam hera: vt in prouerbio dicitur. Exulibus vero spes adhuc super est, redeundi iterum ad suos, à quibus sunt pulsi, vt dicitur, Spes alunt exules: item. Spes seruat afflictos.

μήποτε.) Vt quæ suo tempore suoq; loco fieri cõueniebat, illa faciamus: non lætemur alijs dolentibus, cum ijs condolere sit æquum. Seu, ne aliorum calamitates rideamus, non simus *ἐπιχαιρέκακοι*, cum hominis sit affici misera miserorum sorte, & *προσδοκᾶν ἅπαντα* (iuxta Xenophontem, Musam illam Atticam) quod *κύκλος* sint *τὰ ἀνθρώπινα*, vt dicitur.

ἐχθρόν.) Quod amicos decipere facilius sit, quàm inimicos: quod amici nihil horum metuant: inimici vero omnia metuant, ac cuncta suspecta habeant, vt suprà ipse monuit,

δειλῶν γὰρ κραδίη γίγνεται ὀξυτέρη. De priori apud Plautum dicitur: Facis, quod est facillimum, amico iniuriam.

αὐδὴν

οὐδὲν κύριʼ.) Secundum Hesiodium etiam illud,

οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληΐζετ᾽ ἄμεινον,
τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ᾽ αὖ τε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.

οὐδὲν κύριʼ.) Reprehensio est iræ, quod vel maximè eum etiam damno mulctet, à quo fouetur, instigans eum ad peragenda quæ habet in animo improba, ac contra rationem suscepta. ideoq; κλῆμα vocat ἀδικώτατον, hospitem iniustissimum. de quo in Mimo dicitur: Maior hostis qui latet sub pectore. Et alioqui πᾶν πάθος τῆς ψυχῆς εἰς σωτηρίαν αὐτῆς ἐναντιώτατον, quemadmodum à Platone dicitur.

πολλὰ φέρειν.) Quod homines turbati, & ab affectibus occupati, ratione de sede sua deturbata, multa dicant minus probanda, quorum ipsos deinde pœnitet. Extat autem Plutarchi liber de Cohibenda iracundia, vbi tum hæc, tum id genus alia fusius exponuntur, quæ huc referenda sunt.

ἀγέννητος, ἀμερὴς, [b] ἀνομιότατος, ἡνίοχος
παντὸς καλοῦ, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἀ-
γαθώτατος, φρονίμων φρονιμώτατος. ἐστὶ δὲ καὶ πατὴρ
εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης, αὐτοδίδακτος, φυσικὸς καὶ
τέλειος, καὶ σοφὸς, καὶ ἱεροῦ φυσικοῦ μόνος εὑρετής.

Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου.

Ὁ [c] δὲ θεὸς τὸ ἀγαθὸν οὐ κατὰ τιμὴν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν.
μία γὰρ ἡ φύσις τοῦ θεοῦ, τὸ ἀγαθόν.

Ἄκρον καὶ τέλος καὶ ὅρος εὐδαιμονίας, ὁ θεός.

Θεὸν μὲν νοῆσαι χαλεπὸν, φράσαι δὲ ἀδύνατον.

Φυλακὴ εὐσεβῶν, ἡ εὐσέβεια· εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου οὔτε
δαίμων κακὸς, οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. θεὸς γὰρ ῥύεται τὸν εὐ-
σεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν
ἀγαθὸν εὐσέβεια, ἡ γνῶσις ἐστὶ τοῦ θεοῦ.

ΕΛΛΗ-

a In Græco apud Euseb. etiam hæc verba legebantur addita: θεὸς ἐστὶν κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος, οὗτος ἐστὶν ὁ πρῶτος ἄφθαρτος, &c. Id est. Deus caput accipitris habet. Ac exponitur hieroglyphicon illud a doctissimo Pierio lib. 21. Hieroglyphicōn, siue de sacris Aegyptiorum literis, in Accipitre. Simile autem ferè isti est, quod alicubi templi parietibus ascriptum vidimus: Deus est sphæra immobilis, cuius centrum est vbique, circumferentia verò nusquam.

b Creaturis omnibus dissimillimus.

c Dei virtutes non sunt accidentia, sed ipsa Dei substantia. Quicquid enim est in Deo, substantia est.

GNOMOLOGICI GRAECOLATINI

Pars prima.

a BARBARORVM.

b Zoroastris.

Eius incorruptibilium primus est, sempiternus, ingenitus, expers partium, sibijpsi similimus, bonorum omnium auriga, munera non expectans, optimus, prudentissimus, pater iuris, sine doctrina iusticiam perdoctus, natura perfectus, sapiens, sacrae naturae vnicus inuentor. Euseb. lib. 1. de Praepar.

D

c Mercurij termaximi.

Deus autem est bonum non secundum precium aut honorem, sed secundum naturam. Vna enim est natura Dei, ipsa bonitas. Steuch. de Peren. philosoph.

Summum & finis terminusq; felicitatis, Deus est. Ibid.

Deum cogitare animo difficile est, loqui impossibile. Stob. orat. 80. & Iustin. in or. ad gentes.

Custodia piorum, pietas. Pio enim homini neq; daemon malus, neque fatum nocere potest. Deus enim liberat pium ex omni malo. Pietas enim vnicum ac solum hominum bonum est. Est autem pietas, Deum nosse. Lactan. lib. 2. Diuin. instit.

a Graeci ac Romani cunctas gétes, quae seu Graeci seu Romani nō essent, Hebraeos, Chaldaeos, Aegyptios, &c. Barbaros vna voce, nulla géte excepta, nuncupabant. Hinc Menelao reuerso à Troia obijcitur in tragoedia apud Euripidem, quòd βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις. Barbari autem peregrinae nationes omnes nuncupabātur, à βάρβαρ absona voce, in quā peregrini homines Athenis, cum primùm Graecè loqui conarentur, saepius incidere solebant. b In fragmentis Berosi Chaldaei legitur, Zoroastrem Persam fuisse Cham, filium Noe, à patre maledictum: ac primùm inuenisse artes magicas, & mundi principia, siderumq; motus diligentissimè spectasse. Vnde & Zoroastres dictus est, quòd velut ζῶν ἄστρον, quasi viuens astrum ab omnibus coleretur, propter doctrinam ac sapientiam. Extant eius quaedam oracula, quae Platonici admirantur, & Psellus exposuit, Parisijs in 4. excusa. Meminerunt autem Zoroastris, Suidas, Plutarchus, Plato, Laërtius, Plinius, Apuleius, & multi alij. c Mercurius τρισμέγιστος dicitur, quòd Philosophus, sacerdos, & rex maximus fuerit. Eo tempore floruit, quo Moses natus est. Eius Pymander, de potestate & sapientia Dei dialogus, & Asclepius, de voluntate Dei, extant Graecè in Italia. Inde testimonia vsurpant Patres Graeci, Steuchus, Reuchlinus, Stobaeus, & alij quibus copia librorum eius manuscriptorum fuit. Apud Suidam Trismegisti versus leguntur de verbo Dei: sed corruptiores sunt, quam vt possint restitui.

ΕΛΛΗΝΩΝ ΣΟΦΩΝ.

Θάλητος.

a Ἕν τι μάντευε σοφὸν, ἕν τι κεδνὸν αἱροῦ.

Τί τὸ θεῖον; τὸ μήτε ἀρχὴν ἔχων, μήτε τελευτήν.

b Οὓς ἂν ἐράνους εἰσενέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοὺς αὐτοὺς προσδέχου καὶ παρὰ τῶν τέκνων.

Σόλωνος.

Λόγος εἴδωλον ἔργων.

τὰ σπουδαῖα μελέτα.

Συμβούλευε μὴ τὰ ἥδιστα, ἀλλὰ τὰ κάλλιστα.

c Διαθήκας κυρίας τῶν τελευτώντων.

ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλου.

d ὁ γὰρ τῶν περιττῶν ζῆλος, εὐθὺς ἀκολουθεῖ καὶ συνοικίζεται τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων.

e Τρόπου καλοκαγαθίαν, ὅρκου πιστοτέραν ἔχε.

Τὸν δὲ f ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὕμνησε τῶν τῇδε ποιητὴς, οὔτε ὑμνήσει κατ' ἀξίαν.

* Αἰσώπου.

Οἷα γὰρ ἡ μορφὴ, τοίαδε καὶ ἡ ψυχή.

οὐκ εἰς τὴν ὄψιν, ἀλλ' εἰς τὸν νοῦν ἀποβλέπειν χρή. πολλάκις γὰρ καὶ τῇ φαύλῃ μορφῇ χρηστὸν νοῦν ἡ φύσις ἐνέθηκεν.

ἀγαθὸς γενόμενος μὴ μεταβάλλου.

Πιττακοῦ.

Κάτοπτρον γὰρ εἴδους χαλκός ἐστ', οἶνος δὲ νοῦ.

βαρὺ ἀπαιδευσία.

Ἀναχάρσιδος.

Γλώσσης, γαστρὸς, αἰδοίων κρατεῖν.

Βίαντος.

Πείσας λαβὲ, μὴ βιασάμενος.

a Vtilia ac necessaria discenda, docenda ac facienda in vita.

b ἔρανος παρὰ τὸ ἐρᾶν, τὸ ἐπιθυμεῖν, donum, collectionem ac tributũ significat.

c Testamenta.

d Necessarijs ac vtilibus studendum.

e Mores persuadent, non oratio.

f Vita æterna in hac vita inenarrabilis.

Vultus proditor animi.

Cõsilio melius vincas quàm iracundia, secũdum Publij Mimum.

νόος, καὶ

* Aesopi Phrygis fabulæ Græcolatinè Basileæ excusæ sunt, cum vita Aesopi, quam Maximus Planudes monachus Constantinopolitanus scripsit. Meminerunt Aesopi Herodotus, Plutarchus, Philostratus, ac multi scriptores alij. nec desunt qui affirment, nullum vnquam Aesopum fuisse. sed fabulas quæ sub eius nomine proponuntur, collectas esse hinc inde ex variorum authorum scriptis ac monumentis.

GRAECORVM [a] SAPIENTVM.

Thaletis.

Vnum aliquid sapiens diuina, vnum quippiam praclarum elige. Laërt. in Thalete.

Quid Deus? quod initio & fine caret. Ibid.

Quaecunque stipendia parentibus intuleris, eadem ipsa à filijs expecta. Ibid.

a Primi qui doctrinæ nomine apud Græcos clari erant, sapientes σοφοὶ nominabantur. Id verò nomen cum Pythagoræ & alijs nimis arrogans & superbum videretur, pro sapientibus seu σοφοῖς, φιλοσόφους, philosophos, hoc est, studiosos ac amatores sapientiæ se nuncuparunt: vt ea copiosius persequitur Laertius in Vitis philosophorum.

Solonis.

Sermo, imago operis. Laërt. in Solone.

Praclara studiose meditare. Ibid.

Consule non quæ suauissima, sed quæ sunt optima. Ibid.

Morientium donationes ratæ sunt. Plut. in Probl.

Quæ non posuisti, ne tollas. Laërt.

Admirationē superuacaneorum, statim sequitur necessariorum indigentia, eiq; contubernalis est. Plutarch. in sept. Sapient. conuiuio.

Probitatem morum habere debes, quæ plus fidei mereatur quàm iusiurandum. Stob. orat. 37.

Cælum neq; laudauit satis poëta mundanus vnquam, neq; laudabit pro dignitate. Aristid. sophista.

AEsopi.

Qualis enim forma, talis & anima. Max. Planud. in vita Aesopi.

Mentem aspicere oportet, non faciem. Sape enim in turpi forma bonum animum natura imposuit. Ibid.

Bonum esse ne pæniteat. Ibid.

Pittaci.

Speculum æreum formæ, vinum mentis est index. Athen. lib. 10.

Imperitia res est intolerabilis. Stob. orat. 3.

Anacharsidis.

[b] *Linguam, ventrem, mentulam compesce. Sententia quæ asscribebatur statuæ Anacharsis Scythæ. Laërt. in Anacharsi.*

b Quibus maximè membris imperandum sit.

Biantis.

Persuasione cape, non vi. Laërt. in Biante.

νόει, καὶ τότε πρᾶττε.
ἄκουε πολλὰ, λάλει καίρια.

Κλεοβούλου.

φιλήκοον εἶναι μᾶλλον, ἢ φιλόλαλον.
καλὸν ἡσυχία. ἐπισφαλὲς προπέτεια.
μελέτη τὸ πᾶν.

Περιάνδρου.

Πρᾶττε ἀμεταμέλητα.

Χίλωνος.

Γλώττης κρατεῖν, καὶ μάλιστα ἐν συμποσίῳ.
Ζημίαν αἱρεῖσθαι μᾶλλον, ἢ κέρδος αἰσχρόν. ἡ μὲν γὰρ ἅπαξ ἐλύπησε, τὸ δὲ διὰ παντός.
[a] ἐγγύη, πάρα δ' ἄτη.
πίνων μὴ πολλὰ λάλει· ἁμαρτήσει γάρ.
ἀτυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη.

a pro ἐγγύα, venit à verbo ἐγγυάω. Bürgen sol man würgen.

* ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ.

Λυκούργου.

[b] φορτίον ἡ γυνή.

b Coniugium.

Ζαλεύκου.

Οὐ [c] τιμᾶται θεὸς ὑπ' ἀνθρώπου φαύλου, οὐδὲ θεραπεύεται δαπάναις, οὔτε τραγῳδίαις τῶν ἀλισκομένων, ἀλλ' ἀγαθῇ προαιρέσει τῶν καλῶν ἔργων καὶ δικαίων.

c Deus peccatores non exaudit.

Χαρώνδα.

[d] Οὐδενὸς ἀδίκου θεὸς κοινωνεῖ.

d Deus iustus est.

ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

Αναξα-

* Legislatores viri docti ac sapientes fuerunt, qui inspectis diligenter cuiusque gentis institutis ac legibus, alijs populis, gentibus ac ciuitatibus leges tradiderunt, quibus ratio commodè ac in pace viuendi monstrata erat. Nam multæ gentes aliquando sine legibus vixerunt: aliæ etiam absurdissimis legibus, ac turpib. planè, aliæ contrà rigidioribus vsæ sunt. Sic Solon, qui Danielis prophetæ tẽporibus floruit, Salaminius, Atheniensib. leges scripsit (quemadmodum Plutarch. & Laërt. in Solone, ac multi alij prodidère) quas postea Romani, cum ipsi quoque scriptam legem necdum haberent, missis in Græciam legatis (teste Liuio, & Dionysio Halicarnasseo) in 12. Tab. descripserunt: quibus etiam nunc vtimur, & Ius ciuile, seu leges 12. Tab. quas Cicero philosophorum bibliothecas appellat, cum Iustiniano nuncupamus.

Considera, & postea rem aggredere. Stob. orat. 3.

Audi multa, loquere tempestiua. Ibid.

Cleobuli.

Audiendi magis quàm loquendi studiosum oportet esse. Laërt. in Cleobulo.

Bona res quies, ac periculosa temeritas. Ibid.

Cura potest omnia. Ibid.

Periandri.

Facito quorum te non pœniteat. Stob. orat. 3.

Chilonis.

Lingua semper, sed in conuiuio præsertim còntinenda. Laërt. in Chilone.

Damnum potius quàm turpe lucrum eligendum. nam id semel tantùm dolori est, hoc semper. Ibid.

Sponde, noxa præstò. Ibid.

Inter pocula non multum loquere: delinques enim. Stob. orat. 3.

Infortunatum ne irriseris: communis enim est fortuna. Stob. orat. 113.

*LEGISLATORVM.

[a] Lycurgi.

Graue onus mulier. Stob. orat. 68.

[b] Zaleuci.

Deus non colitur ab homine malo, neq; placatur sumptibus, neq; tragœdijs captorum, sed bona voluntate bonorum & iustorum operum. Meliß. orat. 55. lib. 1.

[c] Charondæ.

Cum nullo iniusto Deus commercium habet. Stob. orat. 43.

[d] PHILOSOPHORVM.

a Lycurgus Spartanorũ legislator fuit: ac cõmemoratur tota eius Reipub. forma ac institutio à Plutarcho cũ alibi, tum copiosiss. in Lycurgo.

b Zaleucus Locrẽsib. leges condidit.

c Charondæ aliquot leges recitantur apud Diodorũ Sic. lib. 12. Bibliothecæ suæ.

d De initijs, sectis, successionib. & nominib. varijs philosophorum, vbi alij Ionici, Italici, Eleatici: alij Socratici, Pythagorei, Platonici, Peripatetici seu Aristotelici, Academici, Cynici, Stoici, Epicurei dicti sunt, seu à præceptoribus, seu moribus, vita, doctrina, quam profitebantur, & opinionibus variè inter se pugnantibus, vt nunc sunt in religione dissensiones multiplices: seu etiam schola & loco, vbi Athenis conueniebant, & viuebant longè aliter quàm disputabant, vide Laërt. lib. 1. Clement. Alexandrinum libro 1. Stromat. Epiphanium lib. 1. Tom. 1.

Αναξαγόρυ.

a Αρχὴ πάντων ὁ νῦς.

Σωκράτυς.

ὔδε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, ὔτε ἐλπὶς χωρὶς πόνυ γένοιτ᾽ ἂν χρήσιμον.

δεῖ [b] συνεσενέγκαι μὲν τὶς τὸ κοινὸν τὰς ἀτυχίας, ὥστε διελέσθαι τὸ ἴσον ἕκαστον, ἀσμένως τὰς πλείυς τὰς αὐτῶν λαβόντας ἀπελθεῖν.

τῦ σοφῦ σῶμα τῷ ἀνοιχθέντι, καθάπερ ἱερῦ, τὰ τῆς ψυχῆς καταβλέπεται ὥσπερ ἀγάλματα.

ὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστῆλαι δυνατὸν, ὔτε αἰσχρὸν ἁμάρτημα [c] χρόνῳ.

Αναχάρσιδος.

Ψυχῆς ὄργανον τὸ σῶμα, θεῦ δὲ ἡ ψυχή.

Πλάτωνος.

Καὶ [d] οἱ μὲν παλαιοὶ κρείττονες ἡμῶν, καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκῦντες.

δίκαιος ἀνὴρ, καὶ εὐσεβὴς, καὶ ἀγαθὸς, πάντως θεοφιλής ἐστι.

εὖ θ᾽ ἡ παροιμία δοκεῖ ἔχειν, τὸ δὶς καὶ τρὶς τόγε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖ.

[e] Τοιαῦτα τὰ ἡμέτερά ἐστιν, ὐχ᾽ οἷα βύλεταί τις, φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι, ἀλλ᾽ οἷα δύναται.

θεὸς ὐδαμῇ ὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ᾽ ὡς οἷόντε δικαιότατος. καὶ ὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον ὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος.

κρεῖττον γὰρ πῦ σμικρὸν εὖ, ἢ πολὺ μὴ ἱκανῶς * περᾶναι.

ἐλάττω πράττων, [f] ἐλάττω αὖ ἐξαμαρτάνοι.

τὸ σπάνιον, τίμιον.

ὗτος μέν τοι ὁ ἔπαινός ἐστι καλὸς, ὃν ἐπαινῇ ὑπ᾽ ἀνθρώπων ἀξίων πιστεύεσθαι.

τὸ ἀδικεῖν τῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον.

τὸ γὰρ ἀληθὲς ὐδέποτε ἐλέγχεται.

τὸ ἀδικεῖν τῦ ἀδικεῖσθαι κάκιον, καὶ τὸ μὴ διδόναι δίκην τῦ διδόναι.

[g] Φιλοσοφία γάρ τοι ἐστὶν χαρίεν, ἄν τις αὐτῦ μετρίως ἅψηται.

a Deus.

b Nemo adeò miser est & infelix, vt non sint aliqui ipso deteriore conditione. συνεσενέγκαι, aorist. a. est infinitiui verbi ἐνέγκω. Sunt enim quædam, quæ in aoristis retinent characteristicam præsentis. πλείυς pro πλείονας seu πλέους, cōtractione Attica.

c Tempus reuelat omnia.

d Prisci ideo sapientiores, quia viciniores fuerūt origini.

e Vt quimus, quando vt volumus nō licet.

* aorist. a. verbi περαίνω.

f pro ἐλάττονα, cōtractè, minora, pauciora: à μικρός.

g In Philosophia non tota vita consumenda, cū sint magis necessaria ac longè vtiliora legenda, discenda, tractanda ac facienda per vitā.

Anaxagoræ.

Mens omnium est initium. Hermias in Irris. gentil.

Socratis.

Nec mulier absq; viro, nec spes absque labore quicquam parit vtile. Meliss. lib. 1. orat. 5.

Conueniebat vt infelicitates in commune conferrentur, vt vnusquisq; ex æquo partiretur: futurum autem dicebat, vt plures suas libenter capientes discederent. Plutarch. in orat. consolatoria.

Cum sapiens os suum aperuerit, tanquam templum, ibi animæ pulcherrima simulachra perspiciuntur. Stob. orat. 1.

Nec ignem vestimento occulere possibile est, nec fœdum peccatum tempore. Stob. orat. 6.

Anacharsidis.

Corpus animæ instrumentum est: Dei verò, anima. Plutarch in 7. Sapient. conuiuio.

[a] Platonis.

a Platonis Atheniensis sapientissimi ac eloquentissimi philosophi, Socratis discipuli, opera Græcè Basileæ excusa sunt, in folio, in nouem quaternitates diuisa.

Etenim prisci nobis præstantiores, dijsq; propinquiores. (Philebo.

Vir iustus, pius, & probus, Deo amicus est. Ibid.

Præclarum nempe prouerbium illud, quo dicitur:

Quæ pulchra sunt, & bis & ter repetenda esse. Ibid.

Talia quidē nostra sunt, non qualia quis optaret, vt trito prouerbio fertur, sed qualia esse possunt. In Hipp. maiore.

Deus nequaquam & nullo modo iniustus, sed quàm iustissimus, totam videlicet iusticiæ complexus potestatem: nihilq; illius similius, quàm iustissimus homo. In Theæt. vel de scientia.

Præstat namq; parū bene, quàm multum non sufficienter (perficere. Ibid.

Qui pauciora agit, rarius errat. In Euthyd. seu Litigioso.

Quod rarum, in precio habetur. Ibid.

Optima hæc laus est, quæ alicui à viris fide dignis tribui- (tur. In Lachete.

Iniuriam inferre, peius quàm pati. In Gorg.

Quod verum est, refelli nunquam potest. Ibid.

Peius facere iniuriam, quàm accipere: ac pœnas effugere, quàm subire. Ibid.

Philosophia quidem gratiosa res est, & venusta: si quis illam

ἅψηται ἐν τῇ ἡλικίᾳ. ἐὰν δὲ περαιτέρω [a] τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων.

[b] Νόμος καὶ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐστὶν ἐν θεοῖς, τῶν ἀνθρώπων τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα, οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ, ἐκτὸς κακῶν. τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι.

ὑμᾶς ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι ἀσπάζομαι, καὶ φιλῶ. [c] πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ, ἢ ὑμῖν.

[d] ἄνθρωποι χρησμοδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι.

δεῖ ἕν τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθές, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν, οὔτε ζῶντι, οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα.

οὐκ ἄρα πάνυ ὑμῖν οὕτω φροντιστέον ὅ,τι ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς. ἀλλ' ὅ,τι ὁ ἐπαΐων περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ὁ εἷς, καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια.

καὶ [e] γὰρ ἴσως καὶ μάλιστα πρέπει, μέλλοντα ἐκεῖσε ἀποδημεῖν, διασκοπεῖν τε καὶ μυθολογεῖν περὶ τῆς ἀποδημίας τῆς ἐκεῖ, ποίαν τινὰ οἰόμεθα αὐτὴν εἶναι. τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιεῖ ἄλλο, ἐν τῷ μέχρις ἡλίου δυσμῶν χρόνῳ;

[f] τῷ ὄντι ἄρα οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστ' αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν.

ἀλλ' ἐστὶ καὶ τὸ ὄντι, καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι, καὶ ἐκ τῶν [g] τεθνεώτων τοὺς ζῶντας γίγνεσθαι, καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναι: καὶ ταῖς μὲν ἀγαθαῖς ἄμεινον εἶναι, ταῖς δὲ κακαῖς κάκιον.

ἡ δὲ ψυχὴ ἄρα τὸ ἀειδὲς, εἰς τοιοῦτον τόπον ἕτερον οἴχεται, γενναῖον καὶ καθαρὸν καὶ ἀειδῆ εἰς [h] ᾅδου, ὡς ἀληθῶς παρὰ τὸν ἀγαθὸν καὶ φρόνιμον θεόν.

οὐ γὰρ χεῖρον πολλάκις ἀκούειν.

ὅταν

a Comparatiuus aduerbij est, factus ab adiectiuo eiusdem gradus.

b Bonis bene, malis male erit in æterna uita, quam esse etiam gentes existimarunt. Beatorum autē insulas, quæ & fortunatæ & felices insulæ nominantur, pro paradiso seu loco vbi saluati viuunt, vsurpāt Poëtæ: vbi aureum seculum esse, scribit Horatius lib. Epod. Ode 16. Vide Straboně lib. 1. Plinium lib. 6. Melam lib. 2.

Τάρταρος, seu à ταρταρίζειν perpetuo tremore, ac dentium stridore, seu διὰ τὸ τεταράχθαι τὸν ἀέρα, à densa caligine.

c Oportet Deo magis obœdire quàm hominibus.

d Exempla Christianorum moriturorum possent numerari plus quàm innumera, puellarum etiam & adolescentum, in quibus morituris Spiritus sanctus potenter potens suam declarat potentiam. e Gloria vitæ æternæ cogitanda est indesinenter, idque vnum tantum faciendum in vita. f Sæpe apud Platonem obuium est. Nomen autem cum articulo pro aduerbio ponitur apud Græcos frequenter: vt τὴν ἀρχὴν, prorsus: τὸ τέλος, tandē: τὰ πρῶτα, primum, pro prima, &c. g pro τεθνηκότων, Ionicè. h In Plutonis, subaudi οἶκον, omissa præpositione. quemadmodum apud Terent. Vbi ad Dianæ veneris: videlicet ædem, vel domum, sacellum vel templum.

illam moderatè in adolescentia attingat. Sin autem supra modum tempus in ea contriuerit, hominum est corruptela. Ibid.

Lex & semper, & nunc etiam, extat apud deos: vt quicunque homines iustè pieq; vitam egissent, cum è vita migrarent, ad beatorum insulas profecti, in omni felicitate viuerent, à malis longè seiuncti: qui verò iniustè impieq; vixissent, in punitionis iustiq; supplicij carcerem, quod appellant tartarum, irent. Ibid.

O' viri Athenienses, diligo vos equidem, atque amo: Deo tamen parêre malo, quam vobis. In Socratis apologia.

Solent homines diuinare, quando videlicet sunt prope mortem. Ibid.

Idq; vnum cogitare oportet, viro videlicet bono nihil mali accidere posse, neq; viuenti, neq; defuncto, neque res illius à dijs negligi. Ibid.

Non admodum vobis curandum est, quid de nobis multi loquantur: sed quid dicat is vnus, qui intelligit iusta, & iniusta, atq; ipsa veritas. In Critone.

Etenim fortè maximè decet illò migraturum considerare, atq; effingere, qualis fore putanda sit hæc ipsa migratio. Quid enim aliud vsque ad solis occasum quis faciat? In Phædro.

Reuerà rectè philosophantes mori meditantur, atque à morte minimè omnium perterrentur. Ibid. Philosophia mortis meditatio.

Sed reuerà reuiuiscentia est, atque ex mortuis viuentes fiunt, mortuorumq; supersunt animæ. Atque bonis quidem melius est, malis verò peius. Ibid. Mortuorum resurrectio, vita æterna.

Anima, quæ inuisibile quiddam est, in quendam alium locum migrat, excellentem, purum, inuisibilem, nobis occultum: reuerà ad bonum sapientemq; Deum. Ibid. Anima immortalis resoluta à corpore.

Neque enim inutile, sæpius idem audire. Ibid.

a Beatitudo sita in tranquillo statu animæ.

ὅτῳ γὰρ ἀνδρὶ εἰς ἑαυτὸν ἀνήρτηται πάντα τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν φέροντα, ἢ ἐγγὺς τούτου, καὶ μὴ ἐν ἄλλοις ἀνθρώποις αἰωρεῖται, ἐξ ὧν ἢ εὖ ἢ κακῶς πραξάντων, πλανᾶσθαι ἠνάγκασται καὶ τὰ ἐκείνου· τούτῳ ἄριστα παρεσκεύασται ζῆν. οὗτός ἐστιν ὁ σώφρων, καὶ οὗτος ὁ ἀνδρεῖος καὶ φρόνιμος, οὗτος γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων καὶ διαφθειρομένων μάλιστα πείσεται τῇ παροιμίᾳ· οὔτε γὰρ χαίρων, οὔτε λυπούμενος ἄγαν φανήσεται.

ἐσχάτη ἀδικία, δοκεῖν δίκαιον εἶναι, μὴ ὄντα.

οὐ ῥᾴδιον, ἀεὶ λανθάνειν κακὸν ὄντα.

ἀδύνατον, ἕνα πολλὰς καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας.

ἀρχὴ παντὸς ἔργου, μέγιστον.

ἀγαθὸς ὅγε θεὸς τῷ ὄντι τε, καὶ λεκτέον οὕτω.

κακῶν δὲ φάναι θεὸν αἴτιόν τινι γίγνεσθαι, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ, μήτε τινὰ ταῦτα λέγειν ἐν τῇ αὑτοῦ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μήτε τινὰ ἀκούειν, μήτε νεώτερον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ, μήτε ἄνευ μέτρου μυθολογοῦντα: ὡς οὔθ' ὅσια ἂν λεγόμενα εἰ λέγοιτο, οὔτε ξύμφορα ἡμῖν, οὔτε ξύμφωνα αὐτὰ αὑτοῖς.

εἷς ἕκαστος ἓν μὲν ἂν ἐπιτήδευμα καλῶς ἐπιτηδεύοι, πολλὰ δ' οὔ. ἀλλ' εἰ τοῦτο ἐπιχειροίη πολλῶν ἐφαπτόμενον, πάντων ἀποτυγχάνοι ἄν, ὥστ' εἶναί που ἐλλόγιμος.

ἐὰν μὴ ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται, φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης * ἀποκλειθῶσιν: οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν, δοκῶ δ' οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει.

* Verbi ἀ-κλειθέω coniunct.

Philosophia malè audit propter mores improbos docentium ac discentium.

πολὺ δὲ μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη διαβολὴ γίγνεται φιλοσοφίας, διὰ τοὺς τοιαῦτα φάσκοντας ἐπιτηδεύειν.

χαλεπώτατον τὸ περὶ τοὺς λόγους.

Dialectica.

καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα † κατορωρυγμένον, ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω διαλεκτική.

γενο-

† κατορωρυγμένον particip. præteriti pass. pro κατωρυγμένον, geminatione Attica. quæ Luciano etiam familiaris est, ac plerisque Græcis scriptoribus.

Nam qui ita se comparauit, vt ex ipso pendeant omnia quæ ad beatitudinem ei conferunt, aut quàm proximè ad hoc accedant, nec ex alijs pendeat hominibus, qui si vel benè vel malè agant, hic sua quoque mutare cogatur: is optimè vitam instituit: temperans, fortis, prudens is est: hic siue pecunias nanciscatur, ac filios, siue amittat, prouerbio semper parebit. Nunquam enim nimis aut lætitia exultabit, aut dolore deijcietur. In Epitaphio.

μηδὲν ἄγαν, ne quid nimis.

Extrema iniustitia est, iustum videri eum qui non sit iustus. In 2 de Repub.

Haud facile est, vt malus quis semper lateat. Ibid.

Impossibile est, vnum plures artes bene exercere. Ibid.

In vnaquaque re maximum est, principium. Ibid.

Omne principium graue.

Bonus verò ipse Deus est, & ita dicendum. Ibid.

Malorum autem alicui causam esse ipsum Deum, quum bonus sit, refellendum est omnino: neq; permittendum hoc quenquam dicere in sua ciuitate, si bonis institui legibus ciuitas debet, neq; insuper quenquā audire, siue sit ille iunior, siue senior: siue carminibus hæc infetantur, siue soluta oratione narrentur, tanquam quæ neq; dictu sancta sint, neque nobis vtilia, neq; inter se consona. Ibid.

Singuli singula rectè efficere possunt plura verò minimè. Quod si quis plura tractare aggrediatur, in singulis ita deficiet, vt in nullo euadat egregius. In 3 de Repub.

Nisi philosophi ciuitatibus dominentur: vel hi qui nunc reges potentesq; dicuntur, legitimè sufficienterq; philosophentur, in idemq; ciuilis potentia & philosophia concurrant: neq;, quod nunc fit, à diuersis duo hæc tractentur ingenijs: non erit ciuitati, vel (vt mea fert opinio) hominum generi requies vlla malorum. 5 de Repub.

Maxima verò & vehementissima philosophiæ calumnia oritur propter eorum mores, qui philosophiæ studia profitentur. In 6. de Repub.

Difficilima pars est, peritia differendi. Ibid.

In omnibus disciplinis & artibus plures extitere admirabiles, quam in dicendo. Cicero.

Ac reuerà animi oculū cœno barbarico obrutū, paulatim sursū trahit ac ducit Dialectica. In 6. de Repu. vel de Iusto.

Tt 2 Omne

γινομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν.

Bonis seu viuentibus seu mortuis cuncta simul coadiumento sunt in bonum.

οὕτως ἄρα ὑποληπτέον περὶ τοῦ δικαίου ἀνδρὸς, ἐάν τ' ἐν πενίᾳ γίγνηται, ἐάν τ' ἐν νόσοις, ἤ τινι ἄλλῳ τῶν δοκούντων κακῶν, ὡς τούτῳ ταῦτα εἰς ἀγαθόν τι τελευτήσει ζῶντι, ἢ καὶ ἀποθανόντι. οὐ γὰρ δὴ ὑπόγε θεῶν ποτὲ ἀμελεῖται, ὃς ἂν προθυμεῖσθαι ἐθέλῃ δίκαιος γίγνεσθαι, καὶ ἐπιτηδεύων ἀρετὴν εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ὁμοιοῦσθαι θεῷ.

ἡγεῖται μὲν ὑγίεια, κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχὺς. εἴς τε δρόμον καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι. τέταρτον δὲ δὴ πλοῦτος, οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἄνπερ ἅμ' ἕπηται φρονήσει.

κεφάλαιον δὴ παιδείας, ὀρθὴ τροφή.

Consortium. ὁποτέροις, siue bonis, siue malis.

ὁμοιοῦσθαι δέ που ἀνάγκη τὸν χαίροντα, ὁποτέροις ἂν χαίρῃ.

* ἐὰν δὲ πλουτῇ μὲν τὶς κινύρα καὶ μίδα μᾶλλον, ᾖ δ' ἄδικος, ἄθλιός τε ἐστὶν, καὶ ἀνιαρῶς ζῇ.

ἄρχοντες ὑπηρέται τοῖς νόμοις.

ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχει.

Munera ab improbis non accipienda.

παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα, οὔτ' ἄνδρ' ἀγαθὸν, οὔτε θεὸν, ἐστί ποτε τόγε ὀρθὸν δέχεσθαι.

πᾶς γὰρ ὅ, τ' ἐπὶ γῆς καὶ ὑπὸ γῆς χρυσὸς, ἀρετῆς οὐκ ἀντάξιος.

† Accusatiuus 4. contractorũ, ἡ αἰδώς.

παισὶ δὲ † αἰδῶ χρὴ πολλὴν οὐ χρυσὸν καταλείπειν.

ἀλήθεια δὴ, πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις.

Philautia.

τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε πάντων ἁμαρτημάτων διὰ τὴν σφόδρα ἑαυτοῦ φιλίαν, αἴτιον ἑκάστῳ γίγνεται ἑκάστοτε· τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν.

δὶς γὰρ τόγε καλῶς ῥηθὲν, οὐδὲν βλάπτει.

ὁ μὴ δουλεύσας, οὐδ' ἂν δεσπότης γένοιτ' ἄξιος ἐπαίνου.

Disciplina & institutio quid possit.

ἄνθρωπος δὲ ὥς φαμεν ἥμερον, ὅμως μὴν παιδείας μὲν ὀρθῆς τυχὸν, καὶ φύσεως εὐτυχοῦς, θειότατον ἡμερώτατόν τε ζῷον γίγνεσθαι φιλεῖ. μὴ ἱκανῶς δὲ, ἢ μὴ καλῶς τραφὲν, ἀγριώτατον ὁπόσα φύει γῆ.

χρὴ τὸ

* Lege deûm stabili semper metus angit iniquos. Cinyras autem Phœnicię, & Midas Phrygię, reges fuerunt opulentissimi.

Omne quod genitũ est, corruptioni est obnoxiũ. In 8. de Rep.

Sic itaq; de iusto viro existimandum, siue paupertati, seu morbis, siue quibusuis alijs eorum quæ mala videntur, obnoxius sit, huic demum vel viuenti vel mortuo ad bonum aliquod ista conducere. Neq; enim à dijs vnquam negligitur, quicunq; iustus euadere, virtutisq; officijs (quoad homini licèt) Deo similis fieri conabitur. In 10. de Republica.

Primum est sanitas, forma secundum, tertium vires ad cursum cæterosq; corporis motus. Quartum diuitiæ, quæ cacæ non sunt, sed acutè cernunt, si prudentiam sequuntur. In 1. de Legib.*

Caput disciplinæ, recta educatio. Ibid.

Necesse est vt similis efficiatur, gaudens vtriscunq; gaudeat. In 2. de Legib.

Si quis ditior sit Cinyra & Mida, sit verò iniustus: miser tamen est, & viuit miserè. Ibid.

Magistratus legum ministri. In 4. de Legib.

Deus, sicut antiquus quoque sermo testatur, principium, finem, & media rerum omnium continet.

Ab impuro autem capere munera, neq; bonum virum, neq; Deum decet.

Totum quod super terram, quódue sub terra est aurum, virtuti compensari dignè non potest. In 5. de Legibus.

Liberis nõ auri, sed pudoris multũ oportet relinquere. Ib.

Veritas profectò cùm dijs, tum hominibus dux omnium est bonorum. Ibid.

Sed reuerà nimius in seipsum amor, omnium peccatorũ semper est causa: occæcatur quippe circa amatũ, quod amat. Ibi.

Non enim nocet bis dicere, quod bene dicitur. In 6. de Legib.

Qui nunquam seruiuit, is laude dignus esse dominus nunquam poterit. Ibid.

Hominem autem mansuetum animal esse dicimus. Porrò si cum natura felici rectam quoq; disciplinam fuerit assecutus, in diuinißimum mansuetißimũq; animal solet euadere: sin verò nõ satis aut nõ bene fuerit educatus, ferocißimum omniũ quæ in terris nascũtur, animal redditur. Ibid.

* De ordine votorum seu summi boni popularibus etiam cantilenis celebrati: ad quem alludit Aristoteles Moralium Eudæmiorum lib. 1. Meminit eius Plato etiã lib. 2. de Legib. In Gorgia etiam, & alibi. Stobæus quoq; ex Sceleriæ cuiusdã sententia. Athenæus similiter lib. 15. Dipnosophistarum. Clemens porrò Alexandrinus ex Simonidis Lyrici poëtæ & Aristotelis philosophi sententia. Cæterùm ex Philemone hoc pacto refert Lucianus: ὑγιαίνειν πρῶτον, εἶτα εὐπραξίαν, τρίτον δὲ χαίρειν, εἶτ᾽ ὀφείλειν μηδενί.

Vxor sobolis causa ducenda, ne intereat genus humanũ, ac vt quisq; Deo relinquat pro se aliũ cultorem.

χρὴ τῆς ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας παίδων καταλείποντα, ἀεὶ τῷ θεῷ ὑπηρέτας αὑτοῦ ἀνθ' αὑτοῦ παραδιδόναι.

ὁ δὲ παῖς, πάντων θηρίων ἐστὶ δυσμεταχειριστότατον. ὅσῳ γὰρ μάλιστα ἔχει πηγὴν τοῦ φρονεῖν μήπω κατηρτυμένην, ἐπίβουλον καὶ δριμὺ καὶ ὑβριστότατον θηρίων γίγνεται. Διὸ δὴ πολλοῖς αὐτὸν οἷον χαλινοῖς τισι δεῖ δεσμεύειν.

μηδεὶς τολμάτω μηδενὸς ἅπτεσθαι τῶν γενναίων ἅμα καὶ ἐλευθέρων, πλὴν γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικός.

δύο δὲ ἐπιτηδεύματα ἢ δύο τέχνας ἀκριβῶς διαπονεῖσθαι, σχεδὸν οὐδεμία φύσις ἱκανὴ τῶν ἀνθρωπίνων.

οὐκ ἐπὶ τὸ μὴ δρᾶν κακὰ τρεπόμεθα οἱ πλεῖστοι, δράσαντες δὲ ἐξακεῖσθαι πειρώμεθα.

Parentes senes à liberis reuerenter habiti, efficacissimũ domus simulachrum.

πατὴρ οὖν ὅτῳ καὶ μήτηρ, ἢ τούτων πατέρες ἢ μητέρες, ἐν οἰκίᾳ κεῖνται κειμήλια, ἀπειρηκότες γήρᾳ, μηδεὶς διανοηθήτω ποτὲ ἄγαλμα αὐτῶν τοιοῦτον ἐφέστιον οἴκημα ἐν οἰκίᾳ ἔχων μᾶλλον κύριον ἔσεσθαι, ἐὰν δὴ κατὰ τρόπον γε ὀρθῶς αὐτὸ θεραπεύῃ ὁ κεκτημένος.

σοὶ τοῦτο τέλος εἴη τῶν νόμων, θεοὺς προσκαίσαντι, καθαρώτερόν τε διαγαγόντι τὸν βίον, τῆς ἅμα τελευτῆς ἀρίστης τε καὶ καλλίστης τυχεῖν.

πολλάκις δὲ λεγόμενα, καὶ ἀεὶ ἀκουόμενα, καὶ πολλὰ ἔτη, μόγις ὥσπερ χρυσὸς ἐκκαθαίρεται μετὰ πολλῆς πραγματείας.

Potentũ preces, mandata.

τὰς δὲ τῶν τυράννων δεήσεις, ἴσμεν ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν.

ἀπὸ γὰρ θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον ἀεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν.

ἥδιστόν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, τὸ τὰ αὑτοῦ πράττειν.

ἀλλὰ κἀκεῖνο δεῖ σε ἐνθυμεῖσθαι, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνον γέγονεν. ἀλλὰ τῆς γενέσεως ἡμῶν τὸ μέν τι ἡ πατρὶς μερίζεται, τὸ δὲ οἱ γεννήσαντες, τὸ δὲ οἱ λοιποὶ φίλοι. πολλὰ δὲ καὶ τοῖς καιροῖς δίδοται, τοῖς τὸν βίον ἡμῶν καταλαμβάνουσιν.

ὅταν βούληται θεὸς εὖ πρᾶξαι πόλιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐνεποίησεν: ὅταν δὲ μέλλῃ κακῶς πράξειν πόλις, ἐξεῖλε τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ὁ θεός.

Σπευσίππου.

Σπάνιόν τι, τὸ τίμιον.

Κράντορος.

Ταῖς θεῶ-

Oportet filiorũ filios relinquendo, nostros videlicet in diuino ministerio successores, naturã assequi sempiternã. Ibid.

Est autem puer omni bestia intractabilior. Nã cùm prudentiæ fontem nondum perfectum habeat, insidiosissimus est, acerrimusq́ & petulantissimus omnium bestiarum. Ideo multis quasi frenis vinciendus est. 7. de Legib. Puer ferocissimus omnium bestiarum.

Nemo generosas liberasq́ mulieres, præter suam vxorem, audeat tangere. In 8. de Legib. Quisque abstineat ab alterius coniuge, propria vxore contentus.

Duas verò artes aut studia duo diligenter exercere humana natura non potest. Ibid.

Plurimi non id studemus, ne faciamus mala: sed vbi fecimus, tũ primùm medicinam malo quærimus. de Legib. 10.

Cuius ergo pater aut mater, vel horum parentes senio cõfecti quasi thesaurus quidam domi iacent: is putet nunquam aliud sibi tale simulachrum, magisq́ efficax domui suæ affuturum, si rectè, vt decet, ab eo colitur. In 11. de Legib.

Finis hic legum tibi sit propositus, vt Dei cultu, & vitæ puritate optimum atq́ pulcherrimum exitum consequaris. In Epinomide. Piorum vitæ exitus placidus.

Sæpe dicta, semperq́ audita, & multis annis, vix tandem velut aurum cum magno labore purificantur. Epist. 2. ad Dionysium. Ex actu multoriens iterato fit habitus.

Preces autem tyrannorum necessitati permixtas esse non ignoramus. Epist. 7. ad Dionis propinquos.

Omnibus in rebus & dicendis & cogitandis principium semper & à dijs est sumendum. Epist. 8. ad eosdem.

Dulcissimũ vitæ genus, agere sua. Epist. 9. ad Archytam.

Sed illud quoq́ te considerare oportet: Nullum nostrûm sibi soli natũ esse: sed ortus nostri partẽ sibi patriam vendicare, partẽ parentes, partẽ amicos: multa insuper ꝑ temporũ diuersitate nobis accidere, quib. vita nostra occupata est.

Cùm Deus beneficia in aliquam ciuitatem conferre voluerit, viros bonos in ea collocat: quos, vbi aliquid mali imminet Reipublicæ, Deus ciuitati adimit. Stob. orat. 1.

Speusippi.

Quod rarum, charum est. Theophrastus in Metaphys.

Crantoris.

τἀνθρώπινα τιμωρία.

Ἀρκεσιλάου.

Πενία, γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον.

Βίωνος.

ἡ φιλαργυρία μητρόπολις πάσης κακίας.

a Πλωτίνου.

Θεοῦ καὶ ὁ καλὸς οὗτος κόσμος σκιὰ, καὶ εἰκών.

b Πορφυρίου.

Deus.

ἄχρονος γὰρ ἀεὶ, καὶ μόνος αἰώνιος, ὁ νοῦς.

c Ἰαμβλίχου.

Sine Deo, & extra Deũ, nemo beatus.

Θεῖα αἰτία ἀρχὴ, τέλος, μέσον: ἧς δεῖ ἀντέχεσθαι, τοὺς μέλλοντας εὐδαιμονήσειν.

d βίος ἅπας συντέτακται πρὸς τὸ ἀκολουθεῖν τῷ θεῷ.

πᾶσά τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται.

τὸ γὰρ πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐστιν ἀπαρέσκειν.

πᾶν τὸ τιμώμενον αὔξεται, ἐλαττοῦται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον.

Πρόκλου.

Deus.

οὐκ ἐν χρόνῳ, ἀλλὰ παντὸς χρόνου ἔξω.

Σιμπλικίου.

Pietas, timor Dei, fons virtutum.

ὁ δὲ περὶ τὴν τοῦ θεοῦ τιμὴν ἀμελὴς καὶ ῥάθυμος φαινόμενος, περὶ τί αὖ τῶν δεόντων σπουδάσειν;

e Θεμιστίου.

Οὐδὲν οὕτως ἄκουσμα φορτικὸν, ὡς ὁ καθ' αὑτοῦ ἔπαινος.

f Μαξίμου Τυρίου.

Τῶν ἐπεξιόντων τοῖς θυμοῖς, οἱ τόκοι μεγάλοι τῶν συμφορῶν.

οὐ γὰρ

a Plotinus è Platonica familia philosophus, celebratur à doctis vt alter Plato. Scripsit autem de rebus Philosophicis lib. 54. in Enneadas sex distributos, quos Latinè à Marsilio Ficino redditos excuderunt Colonienses in folio. Græcè seruari feruntur Venetijs, necdum in publicum quod sciam prodierunt. b Porphyrius Christianorum hostis, contra quos scripsit, Plotini discipulus fuit: cuius extant quædam pauca in Aristotelem & Homerum scripta. c Iamblichus Porphyrij discipulus fuit, cuius extat liber de mysterijs Aegyptiorum, Chaldæorum & Assyriorum, interprete Marsilio Ficino. Græcè hactenus non prodijt ex bibliothecis Italiæ, vbi quædam eius alia latére feruntur. d Ideo viuimus, vt Deo seruiamus, & proximo, inquit Scriptura. In fide, dilectione & patientia se continet Christianismus, quæ fabulæ sunt Platoni & Iamblicho, quibus istæ virtutes ne in somnis quidem visæ sunt vnquam, ne quidem in febribus, vbi tamen somniorum ac phantasmatum multum est. e Tempore Iuliani vixit. Extant eius in Aristotelem Commentarij, ab Aldo Venetijs editi. Orationes item aliquot, quæ Latinè Basileæ sunt editæ. f Maximi Tyrij philosophi Platonici sermones siue disputationes 41. Græcè & Latinè Parisijs sunt editæ in 8.

Res humanæ sunt pœna. Plutarch. in orat. consolatoria.

Arcesilai.

Paupertas, efficax virtutis gymnasion est. Stob. orat. 95.

Bionis.

Auaricia, omnis improbitatis metropolis est. Stob. orat. 10.

Plotini.

Dei & iste pulcher mũdus est vmbra, & imago. Steuch. lib. 4. de Prouidentia.

Porphyrij.

Semper enim est carens tempore, & solã æterna mens. Lib. 4 de historia philosophi, apud Cyrillum contra Iulianum Imp.

Iamblichi.

Diuina causa est principium, finis, medium: cui adhæreant necesse est, qui volunt esse beati. Lib. de secta Pythagorica.

Omnis vita coordinata est ad sequendum Deum. Ibid.

Omnis [a] scientia à iusticia cæterisq; virtutib. disiuncta, non sapientia, sed malicia vel impostura est.

Multis enim placuisse, est sapientibus displicuisse.

Omne honoratum augetur, contemptum minuitur. Stob. orat. 46.

[b] Procli.

Non in tempore est, sed extra omne tempus. Steuch.

[c] Simplicij.

Qui autem circa Dei cultum honoremq; negligens ignauusq; cernitur, quámnam necessariam rem sedulò curabit? Ibid.

Themistij.

Supra modum verò se suaq; iactare, auditu graue ac molestum est. De Amore liberorum.

Maximi Tyrij.

Qui iræ indulgent, maximis se calamitatum vsuris inuoluunt. Sermone 2.

Vn Neq;

a Finis sapientiæ, eruditionis, & omnis doctrinæ est, nõ sapientem aut eruditum esse, sed bonum ac iustum fieri.

b Proclus discipulus Plutarchi fuit. Eius extant quatuor hymni, cũ Orpheo excusi: in Platonẽ & Hesiodum etiam Græci Cõmentarij. Scripsit multa alia, quæ partim perierunt, partim edita sunt, partim in Bibliothecis asseruantur.

c Simplicius in Aristotelem Cõmentaria scripsit, quæ excusa sunt. Præfertur autẽ cæteris omnib. Aristotelicis interpretibus, vt qui illorum omnium scripta legerit, & prolixior etiam sit, dum varias ipsorum sententias aut recenset aut refutat, aut Platonem contra Aristotelem defendit, vt vtrumq; sibi inuicem conciliet. Scripsit etiam alia quædam, quæ publicum nondum acceperunt.

οὐ γὰρ θέμις ἀγαθῷ ἀνδρὶ, ὑπὸ πονηροῦ βλαβῆναι. αὕτη φωνὴ δίκης: ἣν εἴπερ ἅπαντες ταύτην ἐφθέγγοντο, οὐκ ἂν ἦσαν αἱ τραγῳδίαι, οὐδὲ τὰ ἐπὶ τῇ σκηνῇ δράματα, οὐδὲ πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ συμφοραί.

οὕτω δυσάρεστόν τι ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος κομιδῇ καὶ φιλαίτιον, καὶ δεινῶς δύσκολον, καὶ οὐδὲν τῶν αὐτοῦ ἀσπάζεται.

καλὰ μὲν γὰρ τὰ Ὁμήρου ἔπη, καὶ ἐπῶν τὰ κάλλιστα καὶ φανώτατα, καὶ ᾄδεσθαι Μούσαις πρέποντα: ἀλλ᾽ οὐ πᾶσι καλὰ, οὐδὲ ἀεὶ καλά.

τυραννὶς ἀκόλαστος, ὅταν ἀπῇ μὲν ὁ λόγος.

a εἰ δὲ καὶ Περσεὺς εὐδαίμων, ὅτι πτηνὸς ἦν, καὶ περιεφέρετο ἐν τῷ αἰθέρι, πάντα ἐποπτεύων τὰ ἐν γῇ παθήματα καὶ χωρία: πολὺ τῶν Περσέως πτερῶν ἡ ἱστορία κουφότερον καὶ μετεωρότερον, ἡ λαβοῦσα τὴν ψυχὴν περιφέρει πανταχοῦ, οὐκ ἀργῶς οὐδὲ ἠμελημένως δεικνύουσα, ἀλλὰ καὶ ἄστρα γενεαλογεῖ, καὶ ποταμόν.

πόλεμος μὲν διδάσκαλος ἀδικίας, γεωργία δὲ δικαιοσύνης.

ὃν γὰρ καλοῦσι πολλοὶ θάνατον, αὐτὸ τοῦτο ἦν ἀθανασίας ἀρχὴ, καὶ γένεσις μέλλοντος βίου: τῶν μὲν σωμάτων τῷ αὐτῶν νόμῳ καὶ χρόνῳ φθειρομένων, τῆς δὲ ψυχῆς ἐπὶ τὸν αὐτῆς τόπον καὶ βίον ἀνακαλουμένης.

τὸ δαιμόνιον αὐτὸ, ψυχὴ ἀποδυσαμένη τὸ σῶμα.

ἐνύπνιον γάρ τι ἐστὶν ἀτεχνῶς οὑτοσὶ ὁ δεῦρο βίος, καθ᾽ ὃν ἡ ψυχὴ κατορωρυγμένη ἐν σώματι, ὑπὸ κόρου καὶ πλησμονῆς, μόλις πως ὀνειρώττει τὰ ὄντα.

οἱ ποιηταὶ ἐξεῦρον μηχανὴν ἐν τοῖς θείοις λόγοις, μύθους λόγων μὲν ἀφανεστέρους, αἰνίγματος δὲ σαφεστέρους: διὰ μέσου ὄντας ἐπιστήμης πρὸς ἄγνοιαν, κατὰ μὲν τὸ ἡδὺ πιστευομένους, κατὰ δὲ τὸ παράδοξον ἀπιστουμένους, καὶ χειραγωγοῦντας τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ ὄντα, καὶ διερευνᾶσθαι περαιτέρω.

ἔτυχον

a Perseus Iouis & Danaes, Acrisij regis Argiuorum filiæ, filius fuit: qui talaribus & cæteris insignibus donatus à Mercurio, res multas, maximas & stupendas gessit. quemadmodum id de ipso prodiderunt tum alij, tum etiam Ouid. in Metam.

Neq; enim improbo licet, probo detrimentum inferre. Hæc quidem iusticiæ vox est: qualem si vniuersi mortales loquerentur, nullas profectò Tragœdias, nullas scenicas fabulas, præterea non tam multas variasq; calamitates haberemus. Idem. Iusticiæ vox.

Adeò hominis ingenium rem nullam perpetuò probat, & semper est querulum, morosum præterea, ac proprijs rebus minimè contentum. Serm. 5. Hominis ingenium quale.

Pulchra sunt carmina Homeri, carminumq; pulcherrima & clarissima cunctorũ, dignaq; quæ decantentur à Musis: nõ tamen omnib. pulchra, nec perpetuò pulchra. Serm. 7. Alia alijs pulchra sunt, vt trahit quenque sua voluptas.

Licentiosa nimirum inde oritur tyrannis, vnde abierit ratio. Serm. 10. Affectus non gubernati recta ratione.

Si Perseus beatus, propterea quòd alis vteretur, quibus per ætherem volitans, vniuersas terræ affectiones ac loca despiceret: leuior profectò ac sublimior habẽda est historia Persei alis, quæ animum assumens, vndequaq; circumfert, minimè quidẽ vel hebes vel negligens rerũ demonstratrix, sed quæ vel hominũ vel omniũ genituras depromat. Serm. 12. Historia.

Bellũ est iniuriæ magister, agricultura iusticiæ. Serm. 14.

Hoc enim quod mortẽ homines vocant, idipsum est immortalitatis initium, & futuræ vitæ procreatio: pereuntibus scilicet sua lege, suoq; tempore corporibus, animis verò ad propriũ locum propriamq; vitam ascendentibus. Serm. 25. Animæ immortalitas.

Nihil aliud est dæmon, quàm nudus animus corpore deposito. Serm. 27. Anima spiritus, Deus spiritus.

Quid enim est aliud hominũ vita, præterquã somnium manifestum? per quam animus demersus in corpus, præ nimia (vt ita dixerim) satietate ac crapula, vix rerum somniat substantias. Serm. 28. Anima inclusa in corpore, tanquam in carcere.

Poëtæ structionẽ inuenerunt, quã diuinis accõmodarunt rationibus, rem quidẽ aperta obscuriorẽ ratione, ænigmatis autẽ clariorem: æqualiter à scientia atq; ignorantia distantem, propter iucunditatẽ fidem sibi vendicantẽ, propter admirationẽ minimè creditã. ducentem præterea animũ ad existentiũ rerum inquisitionẽ, remotiorumq; inuestigationẽ. Poëtæ.

ἔτυχον μέχρι πλείστου οἱ ἄνδρες οὗτοι, ἐπιβουλεύσαντες ἡμῶν ταῖς ἀκοαῖς, φιλόσοφοι μὲν ὄντες, ποιηταὶ δὲ καλούμενοι, ἀλλαξάμενοι σχήματος ἐπιφθόνου δημοτερπῆ τέχνην. ὁ μὲν γὰρ φιλόσοφος, βαρὺ καὶ προσάντες τοῖς πολλοῖς ἄκουσμα, ὡς ἐν πένησιν ὁ πλούσιος θέαμα βαρὺ, καὶ ἐν ἀκολάστοις ὁ σώφρων, καὶ ἐν δειλοῖς ἀριστεύς. οὐ γὰρ ἀνέχονται αἱ πονηρίαι τὰς ἀρετὰς ἐν αὐταῖς καλλωπιζομένας. ὁ δὲ ποιητὴς, ἄκουσμα ἁβρὸν, καὶ δήμῳ φίλον, ἀγαπώμενον μὲν καθ᾽ ἡδονὴν, ἀγνοούμενον δὲ κατὰ τὴν ἀρετήν. καθάπερ δὲ οἱ ἰατροὶ τοῖς κακοσίτοις τῶν καμνόντων τὰ πικρὰ τῶν φαρμάκων ἀναδεύσαντες γλυκερᾷ τροφῇ, ἀπέκρυψαν τὴν τοῦ ὠφελοῦντος ἀηδίαν: οὕτω καὶ ἡ παλαιὰ φιλοσοφία καταθεμένη τὴν αὐτῆς γνώμην εἰς μύθους καὶ μέτρα καὶ σχῆμα ᾠδῆς, ἔλαθε τῇ περιβολῇ ψυχαγωγίας, κεράσασα τὴν ἀηδίαν τῶν διδαγμάτων.

ἂν δ᾽ ἐξέλῃς τοῦ βίου φιλοσοφίαν, ἐξεῖλες αὐτοῦ τὸ ζώπυρον, τὸ ἔμπνουν, τὸ ζωτικὸν, τὸ μόνον εὔχεσθαι ἐπιστάμενον. ὡς ψυχὴν σώματος ἐὰν ἀφέλῃς τὴν ζωὴν ἐξέταμες. ὡς ἥλιον ἡμέρας, τὴν ἡμέραν ἔσβεσας.

ἀνθρώπου γὰρ βίος πρὸς ἡδονὴν νενευκότος, καὶ λύπην ἐπτοημένου, κοῦφος, καὶ ψοφοδεὴς, καὶ ἄπιστος, καὶ θαλάσσης πάσης ἀδηλότερος.

τὰ μὲν γὰρ ἄλλα, ἃ ὑπ᾽ ἀνθρώπων διώκεται, ἢ πείρᾳ γνωρισθέντα παρεδέχθη, ἢ τέχνῃ δοκιμασθέντα ἐτιμήθη, ἢ λόγῳ ἐξετασθέντα ἐπιστεύθη, ἢ χρόνῳ βασανισθέντα ἠγαπήθη.

τί ἂν οὖν γένοιτο ἀπιστότερον βίου δαιμονίας ἐλευθερίας; ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ, πατέρες καὶ ποιηταὶ γῆς καὶ θαλάττης, καὶ ὅσα γῆς καὶ θαλάττης θρέμματα, οἷον τοῦτο τὸ ζῶον τῷ δεῦρο τόπῳ καὶ βίῳ ἐγκατεστήσατε; ὡς θρασὺ καὶ ἰταμὸν καὶ λάλον, ἀγαθοῦ ἄπορον, ἔργου ἔρημον, ἡδοναῖς βοσκόμενον καὶ δημαγωγούμενον; αἴθ᾽ ὄφελεν ἄγονόν τ᾽ ἔμεναι, ἄγαμόν τ᾽ ἀπολέσθαι.

Versus est ex Homero vsurpatus.

αἱ παρὰ τῆς τύχης συμφοραὶ, πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια.

ὁ μὲν

In quo hi viri maximum operæprecium fecerunt, dum auribus nostris insidias commenti, philosophi re, nomine poëtæ, inuidiosam rem ad eam artem traduxerunt, quæ maximè populum demulceat. Philosophus enim ita grauiter ac molestè à multitudine auditur, vt à pauperibus locuples, vt ab imprudentibus temperans, vt etiam à pauidis strenuus spectetur. Haud impuritas sustinet virtutem, nisi eam viderit superinducto aliquo fuco adumbratam. Poëta autem mollis habetur, & multitudinem oblectat, vtpote qui propter voluptatem à populo diligatur, propter virtutem nequaquam cognitus sit. Sicut igitur medici cum fastidientibus ægrotis porrecturi sunt saporis amari medicamentum, dulci ipsum liquore aspergunt, atq; adeò salutarē amaritudinem tegunt: sic etiam illa philosophia vetus, sententijs suis, fabularum, carminum ac cantus amictu velatis, antiquos illos animos cæpit, neq; aliter quam dissimulatæ disciplinæ molestia ad institutionem illexit. Serm. 29.

Philosophus in quo differat à poëta.

Poëtæ quare omnia inuoluāt fabulis.

Si philosophiam de vita sustuleris, huius exiguæ pulchritudinis fomitē penitùs extinxeris: quæ scilicet spirat, quæ vitalis est, quæq; sola veram adorationem intelligit. Veluti dempta è corpore anima, vitam omnino prodideris: dempto sole de die, extinxeris diem. Ser. 30.

Sine doctrina, literis, disciplina & institutione, vita nequit consistere.

Viri eius vita, qui ad voluptatē propēsum animū gerit, dolorēq; formidat, leuis est: & sonos omnes, quamuis tenues, perhorrescit insidias, & omni incertior salo. Serm. 31.

Voluptatib. dediti quales.

Alia namq; quæcunq; homines petunt, aut propter experientiam cognita recepta sunt, aut antè probata in honore habita sunt, aut ratione discussa fidem acceperunt, aut tempore examinata adamantur ac placent. Serm. 33.

Res ac artes quomodo in vitā introductæ.

Cuínam igitur minus credendum sit, quàm miserandæ felicitati? Summe Iupitèr, dijq; omnes, patres & opifices maris ac terræ, quale est animal hoc, quod in extremum hunc angulum coniecistis? quàm illud audax, procax, loquax? quàm indigum boni? vt à voluptatibus exceditur? vt populariter fertur? O` foret, vt nunquam natum, prolémue dedisset. Serm. 34.

Res humanæ, circulus.

Homo mirabile & miserum animal.

ὁ μὲν γὰρ θεὸς ὁ τῶν ὄντων πατὴρ καὶ δημιουργὸς, ὁ πρεσβύτερος μὲν ἡλίου, πρεσβύτερος δὲ οὐρανοῦ, κρείττων δὲ χρόνου καὶ αἰῶνος, καὶ πάσης ῥεούσης φύσεως, ἀώνυμος νομοθέτης, καὶ ἄρρητος φωνῇ, καὶ ἀόρατος ὀφθαλμοῖς.

Ἀριστοτέλους.

Amicus vsq; ad aram.

Ἀμφοῖν ὄντοιν φίλοιν, ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.

παραμυθητικὸν ὁ φίλος καὶ τῇ ὄψει καὶ τῷ λόγῳ, ἐὰν ᾖ ἐπιδέξιος.

Vsque adeò à primis annis assuescere multum est.

οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν.

περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται, καὶ ἀρετή.

ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν.

Malum destructiuum sui.

τὸ κακὸν καὶ καθ' ἑαυτὸ ἀπόλλυσι.

πολλάκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη. καὶ οὔθ' ἕσπερος οὔθ' [a] ἑῷος οὕτω θαυμαστός.

Quodq; parum nouit, nemo docere potest.

ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία.

ὁ ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ, παύεσθαι ἐκέλευε πρὸς ταῖς θύραις· καὶ γὰρ αὐτὸς ἑλκύσαι τὸν πατέρα μέχρις ἐνταῦθα.

Vnus vir nō omnia videt. vt ferrum ferro acuitur, sic vir amici congressu, inquit Scriptura.

σύν τε δύ' ἐρχομένω, καὶ γὰρ νοῆσαι καὶ πρᾶξαι δυνατώτεροι·

ἀρετὴ μόνιμον.

τὸ [b] δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς, καὶ γονεῦσι· οὐδεὶς γὰρ τὴν ἀξίαν ποτ' ἂν ἀποδοίη. εἰς δύναμιν δὲ ὁ θεραπεύων, ἐπιεικὴς εἶναι δοκεῖ.

τῶν τε γὰρ πεπραγμένων ἐπιτερπεῖς αἱ μνῆμαι, καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδες ἀγαθαί.

πᾶν μεθ' ἑτέρου ἀγαθοῦ αἱρετώτερον, ἢ μόνου μόνον.

πᾶσαν τε ἐνέργειαν τελειοῖ ἡ ἡδονή.

Veritatis simplex oratio.

τὸ μὲν γὰρ κακὸν πολυειδές, τὸ δ' ἀγαθὸν μονοειδές.

τέ, τε

a Ἕσπερος ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. Homerus.

b Dijs, parentibus & præceptoribus non potest reddi æquiualens. Et alibi consimiliter ait de præceptoribus: τοῖς φιλοσοφίας κεκοινωνηκόσι τιμὴ ἰσόῤῥοπος οὐκ ἂν γένοιτο, ἀλλ' ἴσως ἱκανὸν ὥσπερ πρὸς θεοὺς, καὶ πρὸς γονεῖς τὸ ἐνδεχόμενον. Id est: Præceptoribus, qui veram sapientiam nobis impertiunt, non potest par honor & precium à nobis referri. Sed fortassis, vt erga Deum & erga parentes, satis est referre gratiam, quantam quisque potest.

Fortunæ incommoda, quasi quadam viatica sunt ad iter philosophiæ. Serm. 37. Res aduersæ materia sunt philosophiæ.

Deus enim rerum omnium pater atque opifex, antiquior sole & cælo, tempore melior, æuo melior, omniq; fluxibili natura, sine nomine, legislator innominabilis voci, inuisibilis oculis est. Sermone trigesimo octauo. Deus qualis.

[a] Aristotelis.

Cum ambo sint amici, sanctum est honori veritatem præferre. Ethic. ad Nicomach. lib. 1.

Non parũ, sed plurimùm, quin potius totũ refert, sic, an non sic, homines ab adolescentia consuescant. Lib. 2. Ibid.

Circa difficilius semper & ars versatur, & virtus. Ibid.

Alij ad alia natura sumus procliues. Ibid.

Malum seipsum perdit. Lib. 4.

Iusticia præclarissima persæpe virtutũ esse videtur. Et neque est hesperus ita, nec lucifer admirabilis. lib. 5.

Ex antea notis fit omnis doctrina. lib. 6.

Qui trahebatur à filio, sistere iubebat in ostio: se enim etiam patrem eo vsque traxisse dicebat. lib. 7. Verba patris mali ad filium. Qua mensura mensus fueris parentibus, eadem remetientur tibi filij.

Duo aut tres simul euntes, & dicere & facere sunt potentiores. lib. 8.

Virtus res permanens est. Ibid.

Amicitia namq; id exposcit quod fieri potest, non id quod est pro dignitate. Neq; enim in omnibus est, vt in honoribus erga deos aut parentes: nemo enim vnquam reddere dignũ potest. Sed qui quoad potest obsequitur, bonus & æquus esse videtur. Ibid.

Actarum rerum recordatio iucunda est, & futurarum spes bona. lib. 9.

Omne bonũ expetibilius est cũ alio bono, quàm solũ. lib. 10.

Omnem operationem perficiet ipsa voluptas.

Malum namq; multiplex: at bonum simplex est. Magnorum moral. lib. 1.

Bonum

a Aristoteles Platonis discipulus, Methodi summus artifex, princeps ac veluti deus philosophorum, tum præceptor Alexandri Magni. Eius opera Græcè Basileæ in tres tomos diuisa, item Latinè, in folio excusa sunt.

Vir bonus idē est semper: malus mutatur in puncta.

τό,τε γὰρ ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον. καὶ ἀγαθὸς μὲν ὅμοιος ἀεὶ, καὶ οὐ μεταβάλλεται τὸ ἦθος: ὁ δὲ φαῦλος καὶ ὁ ἄφρων, οὐδὲν ἔοικεν ἕωθεν καὶ ἑσπέρας.

ὁ θεὸς ἀνέχεται κατὰ δύναμιν λαμβάνων τὰς θυσίας.

κουφότεροι εἰμὲν, μὴ μόνον φέροντες τὰ κακά.

τῶν γ' ἀδικημάτων ἑκουσίων τὰ πλεῖστα συμβαίνει σχεδὸν διὰ φιλοτιμίαν, καὶ διὰ φιλοχρηματίαν τοῖς ἀνθρώποις.

Vnus homo nō sufficit multis.

ἓν ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται.

οἰκονομία ἑτέρα ἀνδρὸς καὶ γυναικός. τοῦ μὲν γὰρ κτᾶσθαι, τῆς δὲ φυλάττειν, ἔργον ἐστίν.

Maior pars concludit.

πανταχοῦ τὸ πλέον μέρος κύριον.

*** Pro ἥττονες.**

ἀεὶ ζητοῦσι τὸ ἴσον, καὶ τὸ δίκαιον, οἱ * ἥττους: οἱ δὲ κρατοῦντες, οὐδὲν φροντίζουσι.

ἀγαθοί γε καὶ σπουδαῖοι γίγνονται διὰ τριῶν. τὰ τρία δὲ ταῦτά ἐστι: φύσις, ἔθος, λόγος.

† quodcunque etiam turpium.

ἐκ τοῦ γὰρ εὐχερῶς λέγειν † ὁτιοῦν τῶν αἰσχρῶν, γίνεται καὶ τὸ ποιεῖν σύνεγγυς.

Artes monstratæ diuinitus vt sint adminicula quædā in infirma natura, qua ipsa subleuetur.

πᾶσα τέχνη καὶ παιδεία, τὸ προσλεῖπον βούλεται τῆς φύσεως ἀναπληροῦν.

μετὰ λύπης γὰρ ἡ μάθησις.

Commoda coniugij.

οὐ μόνον τοῦ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τοῦ εὖ εἶναι, σύνεργα ἀλλήλοις τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν ἐστί. καὶ ἡ τῶν τέκνων κτῆσις οὐ λειτουργίας ἕνεκεν τῇ φύσει μόνον οὖσα τυγχάνει, ἀλλὰ καὶ ὠφελείας. ἃ γὰρ ἂν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους ποιήσωσι, πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων ἀδυνατοῦντες ἐν τῷ γήρᾳ. ἅμα δὲ καὶ ἡ φύσις ἀναπληροῖ ταύτῃ τῇ περιόδῳ, τὸ ἀεὶ εἶναι.

Coniugium ad hoc datum, vt genus humanum sit perenne.

Germani rectè dicunt vetere ac sapiente verbo, Selbst ist der Mann.

τὸ τοῦ Πέρσου καὶ τὸ Λίβυος ἀπόφθεγμα εὖ ἂν ἔχοι. ὁ μὲν γὰρ ἐρωτηθεὶς, τί μάλιστα ἵππον πιαίνει; ὁ τοῦ δεσπότου ὀφθαλμὸς, ἔφη. ὁ δὲ Λίβυς ἐρωτηθεὶς, ποία κόπρος ἀρίστη; τὰ τοῦ δεσπότου ἴχνη, ἔφη.

Mores dicentis persuadent, non oratio.

σχεδὸν κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος.

ἐν τοῖς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως.

τὸ μεταβάλλειν, ἡδύ.

Mortem ideò non metuunt homines, quia non se tā citò morituros existimant.

τὰ πόρρω σφόδρα, οὐ φοβοῦνται. ἴσασι γὰρ πάντες ὅτι ἀποθανοῦνται: ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγγὺς, οὐδὲ φροντίζουσιν.

μάρτυς πιστὸς, καὶ ἧς χρήσιμος.

πολλοῖς

Bonum simplex est, malum verò multiplex. & bonus similis sibi semper, neque mores mutat: prauus autem & stultus, sibi dispar est, manè & vesperi. Lib. 5.

Deus pro facultatum modulo nostrarum, sacrificia sibi probari sinit. Ibid.

Leuius mala tolerantur, cum non à solis feruntur. Ibid.

Pleraq; eorum quæ homines iniustè faciunt, per ambitionem & auariciam committuntur. Politic. lib. 2.

Vnicum ab vno optimè perficitur opus. Ibid.

Administratio domus alia mulieris, alia viri. nam viri est acquirere, mulieris seruare. Libro 3.

Vbiq; maior pars praualet. Lib. 4.

Semper qui imbecilliores sunt, æquũ & iustum quærunt: sed qui plus possunt, ista non curant. lib. 6.

Boni quidem & studiosi fiunt propter tria. Sunt autem hæc tria: natura, assuefactio, doctrina. lib. 7.

Ex turpiter loquendi licẽtia, sequitur & turpiter facere.

Omnis ars & disciplina implere vult id ꝙ deest naturæ.

Quæ nocent, docent. lib. 8.

Non essendi causa solùm, verùm etiam bene essendi, mas & fœmina ope mutua coniunguntur, filiosq; procreant: non solùm vt id naturæ tributum ferant, verùm etiam vt commoda exinde suscipiant. Valentes enim ipsi, imbecilles ob senium facti, à valentibus eadem reportant. Et simul natura per hunc circuitum adimplet sempiternitatem. Oeconom. lib. 1.

Persæ simul & Libyci dictum rectè se habet. Persa enim rogatus, quid equum maximè pinguem faceret? Oculus domini, respondit. Libycus verò rogatus, quod sterquilinium agro foret optimum? Domini, inquit, vestigia. Ibid.

Ferè præcipuam mores faciunt fidem. Rhetoric. lib. 1.

Salus ciuitatis in legibus sita est. Ibid.

Varietas quoq; ac vicissitudo iucunda est.

Remota nimium non timent. omnes enim sciunt se morituros: verùm quoniam non propè, iccirco non curant. lib. 2.

Testis probus, vel vnus facit satis. Ibid.

Deus multis bona dat non ex gratia, sed ira.

πολλοῖς ὁ δαίμων οὐ κατ' εὔνοιαν φέρων, μεγάλα δίδωσιν εὐτυχήματα· ἀλλ' ἵνα τὰς συμφορὰς λάβωσιν ἐπιφανεστέρας.

μέγα μέν τοι τὸ ἔθος ἐστὶν ἑκάστοις.

Atrocia delicta, atroces pœnæ.

τῶν μὲν ἀξιολόγων ἁμαρτημάτων μεγάλαι καὶ αἱ κολάσεις εἰσίν.

σημεῖον εἰδότος, τὸ δύνασθαι διδάσκειν.

ἅπαντα ἢ ἀρχὴ, ἢ ἐξ ἀρχῆς.

Prouidentia.

οὐδὲν ὡς ἔτυχε ποιεῖ ἡ φύσις.

Deus.

θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα, ἡ φιλοσοφία.

μηδὲν ἡ φύσις ποιεῖ μάτην, μήτε ἀπολείπει τῶν ἀναγκαίων

Curæ ac exercitia conseruant memoriā.

αἱ δὲ μελέται τὴν μνήμην σώζουσι.

φύσις, τὸ ἔθος.

λείπεται [a] δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι (μόνον.

οὐ [b] μόνον τοῖς πολλῶν κρατοῦσιν ἔξεστι μεγαφρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ θεῶν δόξας ἀληθεῖς ἔχουσι.

νομίζειν χρὴ τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἐν τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι γίγνεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τῇ ψυχῇ εὖ διακεῖσθαι.

Θεοφράστου.

ἁπάντων [c] ζητοῦντες λόγον, ἀναιροῦσι λόγον. ἅμα δὲ τὸ εἰδέναι.

Gute wort / harte straff / retinent in officio homines.

Θεόφραστος ἐρωτηθεὶς, τί συνέχει τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον; ἔφη. εὐεργεσία, καὶ τιμὴ, καὶ τιμωρία.

Ἀντισθένους.

Bona mens, bona conscientia, murus ahene[illegible], secundū Horat.

τείχη κατασκευαστέον ἐν τοῖς αὐτῶν ἀναλώτοις λογισμοῖς.

Διογένους.

Pessimus ac stultissimus iudex, vulgus.

εἰσὶ δὲ οἱ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες, γάλλοι μᾶλλον ἢ φιλόσο- (φοι.

Κράτητος.

ἀσκεῖτε ὀλίγων δεηθῆναι. τοῦτο γὰρ ἐγγυτάτω θεοῦ· τὸ γὰρ ἐναντίον, * μακροτάτω.

Μουσωνίου.

ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν

a Anima nō nascitur ex traduce, sed diuinitùs inseritur, ipsa spiritualis immortalis essentia, infanti formato in vtero materno.

b Tanta vnius Christiani est gloria, vt fortior sit omnibus diabolis, quos ipse iudicaturus est in extremo die. Sed hanc gloriam ignorat Aristoteles, & eloquens Demosthenes, & Plato ille magnus: quorum [illegible] sapientia dicta ac opera peccatum sunt, ac maledictum coram Deo, quia ex fide non fiunt.

c Ratio omnium reddi non potest.

* Comparatiuus aduerbialis, formatus ab adiectiuo eiusdem gradus μακρότατος.

Multis non ex beneuolentia Deus ingentes præstat prosperitates, verùm vt nobiliores fiant suæ calamitates.

Consuetudo res magna cuiq;. Lib. Problematum.

Magnis delictis, magna supplicia statuta sunt. Ibid.

Signum scientis est, posse docere. Metaphys. lib. 1.

Omne quod est, aut est principium, aut ex principio est. lib. 3.

Nihil casu natura facit. 2. de Cœlo.

Philosophia est res sacra, & planè diuina. de Mundo.

Natura nihil facit frustra, neq; necessariorum quicquam omittit. 3. de Anima.

Commentationes memoriam conseruant. de Memoria.

Consuetudo vim naturæ obtinet. Ibid. Consuetudo altera natura.

Restat vt mens sola extrinsecus accedat, eaq; sola diuina sit. 2. de Animal. generat.

Non solùm multorum hominum imperatoribus licet excelsum gerere animum, sed ijs etiam qui veras de dijs habent opiniones. Plutarch. de sua ipsius laude.

Existimandum est, felicitatem non in magnitudine possessionis esse, sed in bono statu animæ. Stob. orat. 3. Bona conscientia, summum bonum.

* Theophrasti.

* Theophrasti, discipuli Platonis, & Aristotelis etiã, opera philosophica & physica, Græcè Basileæ in folio excusa sunt.

Qui de omnibus rationem quæritant, simul cum ratione scientiam tollunt. In Metaphys.

Theophrastus interrogatus, quídnã vitã humanã conseruaret: dixit, Beneficentia, honor & pœna. Stob. orat. 43.

Antisthenis.

Mœnia struẽda in nostris animis, quæ capi non possunt. Laërt. in Antisthene.

Diogenis.

Qui multitudini placent, spadones potius sunt quàm philosophi. Epistol. ad Cratetem.

Cratetis Thebani.

Assuefacite vos vt paucis indigeatis. id enim Deo proximum. Pluribus verò indigere, contrà. In epist. ad Hermaiscum.

Musonij.

Si quod feceris pulchrum cum labore, labor recedit, sed

καλὸν μένει. ἄν τι ποιήσῃς αἰσχρὸν μετὰ ἡδονῆς, τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰσχρὸν μένει.

οὐκ ἔστι τὴν ἐνεστηκυῖαν ἡμέραν καλῶς βιῶναι, μὴ προθέμενον αὐτὴν ὡς ἐσχάτην βιῶσαι.

καὶ ἐσθίειν δὲ, καὶ πίνειν, καὶ καθεύδειν ὑφορώμενον ὑπ' ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, μέγα ὄφελος.

Philosophiæ definitio. οὐ γὰρ δὴ φιλοσοφεῖν ἕτερόν τι φαίνεται ὂν, ἢ τὰ ἃ πρέπει καὶ ἃ προσήκει, λόγῳ μὲν ἀναζητεῖν ἔργῳ δὲ πράττειν.

Ἐπικλήτου.

Bona conſcientia, optima ſubſtantia. κρεῖσσον γὰρ λιμῷ ἀποθανεῖν ἄλυπον καὶ ἄφοβον γενόμενον, ἢ ζῆν ἐν ἀφθόνοις ταρασσόμενον.

φιλοσοφίας ἐπιθυμεῖς; παρασκευάζου αὐτόθεν, ὡς καταγελασθησόμενος, ὡς καταμωκησομένων σου πολλῶν.

Quicquid agas, memori mente teneto mori. θάνατος καὶ φθορὰ καὶ πάντα τὰ ἄλλα δεινὰ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔστω σοι καθ' ἡμέραν, καὶ οὐδὲν οὐδέποτε ἐνθυμηθήσῃ, οὔτε ἄγαν ἐπιθυμήσεις.

De Deo aſsiduè cogitandum, loquendum. ἀθάνατον χρῆμα ἡ ἀλήθεια, καὶ ἀΐδιον.

ἀνανεούσθω ὁ περὶ θεοῦ λόγος καθ' ἡμέραν μᾶλλον, ἢ τὰ σιτία.

συνεχέστερον νόει τὸν θεὸν, ἢ ἀνάπνει.

Solus & artifices qui facit, vſus erit. Quid. εἰδέναι χρὴ, οὐ ῥᾴδιον δόγμα παραγενέσθαι ἀνθρώπῳ, εἰ μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ αὐτὰ καὶ λέγοι τις, καὶ ἐπακούῃ, καὶ ἅμα χρῷτο πρὸς τὸν βίον.

θαυμαστοὶ ἄνθρωποι, μήτε ζῆν θέλοντες, μήτε ἀποθνήσκειν.

Ἀῤῥιανοῦ.

* σχολαστικόν σε δεῖ γενέσθαι, τοῦτο τὸ ζῶον, οὗ πάντες καταγελῶσιν.

ὅπου ἡ οὐσία τοῦ θεοῦ, ἐκεῖ καὶ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ.

πόλιν μὲν ἢ οἶκον μὴ δύνασθαι διαμένειν, μηδ' ὀλιγοστὸν χρόνον, δίχα τοῦ διοικοῦντος καὶ ἐπιμελουμένου: τὸ δ' οὕτω μέγα καὶ καλὸν κατασκεύασμα, εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν οὕτως ἀτάκτως οἰκονομεῖσθαι; ἔστιν οὖν ὁ διοικῶν.

ὁ σπουδαῖος

* Scholaſtici ordinis homines, ac ij magis qui iuuentutem docent, ſunt ludibrium diabolorum & hominum.

pulchrum manet. Si verò turpitudinem aliquam cum voluptate admiseris, voluptas abit, sed turpitudo te comitatur semper. A. Gell. lib. 15.

Non licet præsentem diem bene transigere, ni eam tibi quasi postremum illuxisse statueris. Stob. orat. 1.

Cibum potumq; sumere, & dormire in boni viri conspectu, perquàm vtile est. In lib. quisnam quæstus philosopho conueniat. Stob. 56.

Philosophari non aliud esse videtur, quàm ea quæ decet & conuenit, tum ratione inquirere, tum re ipsa facere. Ibid. orat. 67.

Epicteti.

Epicteti philosophi Stoici enchiridiô, seu præcepta philosophica, de vita, de moribus, Græcè & Latinè in 8. exierunt Basileæ.

Præstat enim fame perire, sine dolore & metu, quàm in affluentia viuere cum perturbatione. In Enchirid.

† Si philosophiam cupis, præpara te continuò, vt irridearis, vt subsanneris à multis.

† Qui bonus studet esse in mundo, irridetur ab omnib.. In hanc sententiam longè sunt meliora in Scriptura.

Mors, corruptio, & alia omnia terribilia, quotidie tibi ante oculos versentur, & nihil vnquam mali desiderabis, vel appetes nimium. Meliß. orat. 14. lib. 1.

Immortalis & æterna res est veritas. Ibid. or. 21. lib. 1.

Magis est de Deo sermo renouandus quotidie, quàm ipsi cibi. Max. orat. 52.

Crebrius Deum cogitato, quàm respirato. Ibid.

Sciendum quòd homo non facilè vllum sibi dogma comparauerit, nisi quotidie eadem dicat & audiat, & simul ad vitam accommodet. Stob. orat. 29.

Mirabiles homines, qui nec viuere nec mori volunt. Ibid orat. 122.

* Arriani.

* Arrianus philosophus, Epicteti discipulus, scripsit libros 4. de Epicteti dissertationibus, præceptis saluberrimis refertissimos, qui & in 4. Basileæ Græcè & Latinè excusi sunt, adiuncto vnà etiam Epicteti enchiridio, item ex H. Vuolfij versione, cum Simplicij in Epictetum commentario.

Scholasticus nempe tale animal est, quod irrideatur ab omnibus. lib. 1.

Vbi est Deus, illic boni quoq; est substantia. lib. 2.

Ciuitas autem domus ne momento quidem, aut puncto tēporis consistere sine procuratione & gubernatore potest: & hic tanta amplitudine & magnitudine præditus mundus, temere ac fortuitò, nulloq; ordine administrari poterit? Ergo est aliquis ipsius gubernator. Ibid.

Vis eloquentiæ.

[a] ὁ σπουδαῖος ἀήττητος.
λέγων τὸ καλὸν, καὶ λίθον κινῆσαι δύναται.
[b] ἰατρεῖόν ἐστιν τὸ τοῦ φιλοσόφου σχολεῖον.
στρατεία τίς ἐστιν ὁ βίος ἑκάστου, καὶ αὕτη μακρὰ καὶ ποικίλη.
οὐδεὶς [c] γὰρ ἐπαμφοτερίζων δύναται προκόψαι.
τίς [d] οὖν ὕλη τοῦ φιλοσόφου; μὴ τρίβων; οὐκ, ἀλλὰ ὁ λόγος.
ἐστὶν ὁ λιμὴν πάντων, ὁ θάνατος.

Πυθαγόρου.

[e] παῖδες εἴκοσι, νεανίσκοι εἴκοσι, νέοι εἴκοσι, γέροντες εἴκοσι.
ἑλοῦ βίον ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει.
[f] πέπεισο μὴ εἶναι σὸν κτῆμα, ὅπερ μὴ ἐντὸς διανοίας ἔχεις.
ψυχῆς πᾶν πάθος, εἰς σωτηρίαν αὐτῆς πολεμιώτατον.
οὗτος θεοῦ νόμος, ἀρετὴν εἶναι τὸ ἰσχυρὸν μόνον, τὰ δ᾽ ἄλλα λῆρον.

Bona mens, bona conscientia.

ζῆν κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον, καὶ θαρρεῖν, ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην.
ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη.

Patienter posse ferre quorũdam stulticiam, magnæ est sapientiæ.

μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι᾽ ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν.
χρὴ σιγᾷν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λαλεῖν.
μὴ ἐν πολλοῖς ὀλίγα λέγε, ἀλλ᾽ ἐν ὀλίγοις πολλά.
φαῦλος κριτὴς παντὸς καλοῦ πράγματος ὄχλος.
[g] λεωφόρους μὴ βαδίζειν.

στρώματα lectos significãt.

τὰ στρώματα ἀεὶ συνδεδεμένα ἔχειν.
ἐν δακτυλίῳ θεοῦ εἰκόνα μὴ περιφέρειν.

καθῆσθαι

a Christianorum ac piorum martyrum exempla constantiæ ac fortitudinis stupenda, assignauit multa vetus Ecclesiæ historia, cuius generis similia nulla habet vlla gentium historia, nec habitura est vsque ad finem mundi. in promptu causa est. b Philosophia, medicina, quæ versatur in contemplatione omnium rerum conditarum, tradunt mutuas operas. c Nemo claudicans in quamcunque partem, vir bonus est. d Pallium non facit philosophum, aut barba. Summa autem philosophiæ est, inquit Plato, vt affectus obtemperent rationi tanquam regi. e Vitæ hominum in quatuor partes diuisio, quæ sumpta est ex Solonis carmine, quod legitur apud Clementem Alexandrinum lib. 6. Stromatum, & Philonem orat. 1. de Mundi opificio, vbi loquitur de mundi septenario. f In animi opes nullũ ius habet fortuna, docent id exempla innumera. πέπεισο autem est secunda præteriti passiui imperatiui modi, verbi πείθομαι. g Optima plurimis rarò placent, vulgo ferè semper displicent, cuius iudicio non est standum. Vnum est de symbolis Pythagoræ, quæ referuntur & exponuntur à Plutarcho, Clemente Alexandrino, diuo Hieronymo, Erasmo in Chiliad. lib. Lilio Gyraldo in lib. ænigmatum, & aliquot alijs tum veteribus, tum recentibus. λεωφόρος autem à λαὸς populus, via regia, Die laudstrasse.

Vir bonus insuperabilis est. lib. 3.

Ornata enim oratio vel lapidem mouere posset. Ibid.

Schola philosophi, officina est medici. Ibid.

Militia est cuiusq; vita, & diuturna quidem, ac varia. Ibid.

Nemo enim in vtramq; partem claudicans, potest proficere. lib. 4.

Materia porrò philosophi est, num pallium? Non: sed recta & conueniente vti ratione. Ibid.

Portus omnium miseriarum, ac receptus, quidam mors est. Ibid.

Pythagoræ.

Pueri viginti, adolescentes viginti, iuuenes viginti, senes viginti. Crinit. lib. 5. cap. 9. de Honest. discipl. Gell. lib. 10. cap 28. item lib. 15. cap. 7. vbi de sexagenarijs.

Vitam optimam elige, hanc tibi non insuauem consuetudo efficiet. Plutarch. de Exilio.

Persuasum habeas, tuas non esse facultates, quas non conclusas animo geras. Stob. orat. 1.

Animæ quiuis affectus, infensissimus saluti ipsius est hostis. Affectus immoderati noxij hominibus.

Dei hæc lex est, virtutem solam esse, quæ potens solidaq; sit, cætera omnia nugas & ineptias.

Satius est humi cubantem viuere, & bono animo esse, quàm perturbatum in aureo lecto. Ibid. orat. 5.

Robur animæ est temperantia. Ibid.

Magnamq; peritiam existimato, quæ ferre potes aliquorum imperitiam. Ibid. orat. 19.

Aut oportet silere, aut afferre meliora silentio. Ibid. orat. 34.

Ne multis verbis pauca comprehendas, sed paucis multa. Ibid. orat. 35.

Omnis rei honestæ malus iudex, vulgus est. Ibid. orat. 46.

Per publicam viam ne ambules.

Stragula semper conuoluta habeto. Vbique verecundiæ studendum.

*In annulo * Dei imaginem ne circumferas.*

Ado-

* Non passim temerè admiscenda Dei mentio.

a καθῆσθαι προσκυνήσοντας.

Ἐμπεδοκλέους.

τὸν φιλόσοφον προσήκει οὐ μιᾶς τινος πόλεως, οὐδὲ τῶν παρ' ἐνίοις πατρίων εἶναι θεραπευτὴν, κοινῇ δὲ τοῦ ὅλου κόσμου b ἱεροφάντην.

Ἀρχύτα.

ὁ θεὸς c ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐστὶν τῶν μετὰ δίκαν τε καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον περαινομένων.

Περικτυώνης.

Μείζων γὰρ ἁμαρτίη καὶ ἀδικίη ἀνθρώπων οὐκ ἂν γένοιτο, ἢ εἰς πατέρας ἀσεβεῖν.

Ἴσα θεοῖσι πάντα τέλουσι καὶ d πρήσσουσι τοῖς ἐγγόνοις.

Διοτογένους.

Ἀρχὰ πολυτείας ἁπάσης, νέων τροφά.

Θεάγεος.

Ἑκουσίως δεῖ τὰν ἀρετὰν τὰ δέοντα πράσσειν.

τὸ μὲν ἀκούσιον οὐκ ἄνευ e λύπας, καὶ φόβω: τὸ δὲ ἑκούσιον, οὐκ ἄνευ ἡδονᾶς καὶ φιλοφροσύνας.

ἀρχὰ γὰρ καὶ αἰτία καὶ κανὼν * ἐντὶ τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμοσύνας, ἁ τῶν θείων καὶ τιμιωτάτων ἐπίγνωσις.

Ἱεροκλέους.

Τέλος ἁπασῶν ἀρετῶν ἡ φιλία, ἀρχὴ δὲ ἡ εὐσέβεια.

Τέλος βίου, θεὸν ποιεῖν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου κατὰ τὸ δυνατόν.

οὐδὲν οὕτω φορτικόν ἐστι τῶν ὄντων, ὥστε μὴ ῥᾷστον εἶναι συμφρονοῦσι γε ἀνδρὶ καὶ γυναικί.

συμβέβηκε δὲ, καὶ τὸν μὴ πεῖραν ἐσχηκότα γαμετῆς γυναικὸς καὶ τέκνων, ἄγευστον εἶναι τῆς ἀληθινωτάτης καὶ γνησίου εὐνοίας.

Ἀπολλωνίου.

Τὸ μὴ

a καθῆσθαι infinitiuo posito, pro imperatiuo κάθησο, verbi κάθημαι. vt est is mos solennis admodum poëtis.

b ἱεροφάντης, rerum sacrarum custodiæ præfectus, qui sacra ostenderet aliis.

c ἀρχὰ pro ἀρχὴ, δίκαν pro δίκην, Ionicè.

d πρήσσουσι, pro πράσσουσι, Ionicè.

e λύπας pro λύπης, φόβω pro φόβου, Doricè: & sic cætera.

Orans sedulò oret, non aliud agens, cogitansque.

Bonæ ac iustæ actiones à Deo proficiscuntur.

Virtus spōte facit facienda, sine coactione.

* ἐντὶ, pro ἐστὶ, Doricè. Exempla multa sunt apud Theocritum: τᾶς pro τῆς, ἁ pro ἡ.

Saluari in vita æterna, dij erunt.

Qui nunquā coniux & pater fuit, nihil scit.

Adoraturi sedeant.

Empedoclis.

Decet philosophum non vnius ciuitatis, neque certarum tantum gentium institutorum ac rituum curam gerere, sed esse in vniuersum totius orbis antistitem. In vita Procli, quæ excusa est cum Antonini Cæsaris vita.

Philosophus non sibi viuat, sed omnibus, pro omnium hominum salute sollicitus.

Archytæ.

Deus est principium & finis & medium, omnium quæ secundum ius rectamq́; rationem peraguntur. Iamblich. de secta Pythagoræorum.

Perictyonæ.

Maius enim inter homines peccatum admitti nequit, quàm erga parentes impietas. Stobæus oratione 79.

Parentes dijs per omnia similes sunt, & similia suis liberis exhibent. Ibid. orat. 85.

Diotogenis.

Fundamentum est totius reipublicæ, adolescentium educatio. Stob. orat. 43.

Theagis.

Voluntariè oportet virtutem, quæ decet, agere. coactum quidem non caret dolore & metu: voluntarium verò non vacat voluptate & hilaritate. Stob. orat. 1.

Principium & causa & regula humanæ beatitudinis est, diuinarum præstantissimarumq́; rerum cognitio. Ibid.

Dei cognitio, fons felicitatis.

[a] Hieroclis.

Finis virtutum charitas, principiumq́; pietas. Steuch.

Finis vitæ huius, vt homo deus fiat. Ibid.

Nihil tam onerosum est, quod vir & vxor non facilimè ferant concordes. Stob. orat. 67.

Coniugij commoda.

Profectò quisquis vxorem & liberos nō expertus est, verißimam & genuinam beneuolentiam ignorat. Ibid.

[b] Apollonij Tyanæi.

Ty Non

a Hieroclis philosophi Alexandrini commentaria in aurea carmina Pythagoræ ex Græco versa, Basileæ in 8. excusa sunt: Græcè nondum prodierunt. b Apollonij Magni Tyanæi, qui discendi causa ferè orbem vniuersum peragrauit (vt scribit Philostratus libris 8. quos de eius vita composuit) epistolæ aliquot in volumine epistolarum Græcarum, quas Aldus collegit & edidit, leguntur.

Vita humana, miseria.

Τὸ μὴ γενέσθαι, οὐδέν· τὸ δὲ γενέσθαι, πόνος.
τὸ λυπούμενον, ἀλλοτρίοις κακοῖς παραμυθοῦ.

Ξύστου.

Ἀφόρητος γίνεται κακία, ἐπαινουμένη.

* Ἐπικούρου.

οὐ γὰρ ἔγωγε δύναμαι νοῆσαι τὸ ἀγαθὸν, ἀφαιρῶν μὲν τὰς διὰ χυλῶν ἡδονὰς, ἀφαιρῶν δὲ τὰς ἀφροδισίων, ἀφαιρῶν δὲ τὰς διὰ μορφῆς κατ᾽ ὄψιν ἡδείας κινήσεις.

Iusticiæ fructus, bona conscientia.

δικαιοσύνης καρπὸς μέγιστος, ἀταραξία.
ὁ δὲ πάντων βίος μελλισμῷ παραπόλλυται, καὶ διὰ τοῦτο ἕκαστος ἡμῶν ἀσχολούμενος ἀποθνήσκει.
χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα, τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα.

Μετροδώρου.

Vox Epicurei.

Περὶ γαστέρα τὸ ἀγαθόν.

Ἡρακλείτου.

Μένει τοὺς ἀποθνήσκοντας, ὅσα οὐκ ἔλπονται, οὐδὲ δοκέουσιν.
αὔτη γὰρ ψυχὴ ξηρὴ, ἀρίστη.
ἀνθρώποις γίνεσθαι ὁπόσα θέλουσιν, οὐκ ἄμεινον.
ἀξυνετοὶ ἀκούσαντες κωφοῖς ἐοίκασι.
εἰ μὴ ἥλιος ἦν, εὐφρόνη ἂν ἦν.
βλὰξ † ἄνθρωπος ἐπὶ παντὶ λόγῳ πτοιεῖσθαι φιλεῖ.

Δημοκρίτου.

Λόγος ἔργου σκιή.
τὰς μὲν πόλεις ἀναθήμασι, τὰς δὲ ψυχὰς μαθήμασι δεῖ κοσμεῖν.
τὸ[a] προσπεσὸν, τερπνόν.
ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστιν.

ἐλπίς

* Epicureis summum bonum voluptas, quibus vita æterna (Platone, Plutarcho ac Laertio testibus) est æterna crapula, κραιπάλη αἰώνιος, vbi estur ac bibitur dies noctesq́; ac itur de vna zecha in aliam. Talis æterna vita contingat hostibus, non nobis, sed Epicuri de grege porcis, qui alia sibi somnia fingere nesciunt.

† Imò sapientis est, etiam de stercore colligere aurum: cùm nullus liber tam sit malus, qui non boni aliquid habeat.

a Aorist. β. participium neutrum, verbi πίπτω.

Non esse natum, nihil est: natum autem esse, labor est. Stob. orat. 29. (orat. 125.

Quæ molesta sunt, alienis malis consolari oportet. Stob. Exempla.

Xysti, *aliàs* Sexti.

Improbitas si laudetur, intolerabilis fit. Meliß. orat. 68. lib. 1.

Epicuri.

Ego bonum dignoscere nequeo, si laborum, reiq́ Venereæ, audituśq voluptatem abstulero, ac si ademero suaues formæ motus per aspectum. Athen. lib. 7.

Iusticiæ fructus maximus est, vacuitas perturbationis. Clemens lib. 6. Stromat.

Omnium verò vita cunctando perit: & hinc est, quòd vnusquisq́ nostrûm inter negocia moritur. Stob. orat. 16.

Gratia est habenda naturæ beatæ, quæ necessaria parabilia fecerit, difficilia autē paratu nō necessaria. Ibid. orat. 17.

Metrodori.

Summū bonū existit in ventre. Plutarch. contra Coloten.

Heracliti.

Manent morientes homines, ea quæ neque sperant, neq́ expectant. Theodorit. lib. 8. de Martyrib.

Ipse enim animus siccus, optimus. Plutarch. in Romulo.

Hominib. omnia quæ volunt cōtingere, nō bonū est. Stob.

Indocti audientes (sapiens dictum) surdis similes sunt. Theodorit. Therapeut. lib. 1. Indocti surdis similes.

Nisi sol esset, nox esset perpetua. Plutarch. lib. Vtrum ignis vel aqua vtilior. Sine sole nō est vita.

Stupidi est ingenij, ex quouis sermone quærere quod discat. Plutarch. de Officio auditoris.

Democriti.

Sermo operis vmbra. Laërt. in Democrito.

Ciuitates ornāt anathemata, animas verò mathemata. Melissa orat. 50.

Quod se forte fortunà obtulit, id iucundum est. In epist. Hippocratis ad Damagetum. Inexpectata gratiora.

Totus homo ex natiuitate morbus est. Ibid.

ἐλπὶς κακοῦ κέρδους, ἀρχὴ ζημίης.

a. ἀπανδόκευτος, ἀ πανδοχεῖον, verbi δέχομαι.

βίος ἀνέορτος, μακρὴ ὁδὸς [a] ἀπανδόκευτος.

ὑπὸ γυναικὸς ἄρχεσθαι, ὕβρις ἀνδρὶ ἐσχάτη.

διζημένοισι τ' ἀγαθὰ μόλις παραγίνεται, τὰ δὲ κακὰ καὶ μὴ διζημένοισι.

Ἀρίστωνος.

Οὔτε γὰρ βαλανείου, οὔτε λόγου μὴ καθαίροντος ὄφελός ἐστιν.

Τίμωνος.

στοιχεῖα τῶν κακῶν ἀπληστία καὶ φιλοδοξία.

[b] Εὐσεβίου.

Ἀνὴρ ἀγαθὸς εὖ πρήσσων, πόλιος καὶ παντὸς κοινὴ εὐδαιμονίη.

Σωσιάδου.

Ne doceas, ne facias, quæ nescis.

Γνοὺς πρᾶττε.

ἐργάζου κτητά.

Ὀβρίμου.

Est aliqua flere voluptas, Expletur lacrymis egeriturq; dolor. Ouidius.

Ἔστι δὲ ἀνθρώποις καὶ θρηνῶν χάρις, καὶ ταύτην ἔδωκεν ἡμῖν παραμυθίαν ἡ φύσις ἐν ταῖς τύχαις.

Νικοστράτου.

[c] Τοῦ ὑγιαίνειν οὐδὲν ἐμοί γε δοκεῖ ἄλλο τι περίθημα [d] περιδέῤῥαιον κρεῖττον.

Καλλιμάχου.

[e] Μέγα βιβλίον ἴσον μεγάλῳ κακῷ.

Ἀλκύφρονος.

Superuacua in breui hac vita non agenda.

οὐ μακρὸν δίδωσιν ὁ δαίμων χρόνον τοῦ ζῆν, μὴ λάθῃς τοῦτον εἰς αἰνίγματα καὶ λήρους ἀναλώσας.

Ἀριστωνύμου.

Falsa persuasio.

Ἔστιν ἐν βίῳ μάλιστα βλάπτον, τὸ ἀνοήτους ὄντας τοὺς πολλοὺς, οἴεσθαι φρονίμους εἶναι.

ἔοικεν ὁ βίος θεάτρῳ. διὸ πολλάκις χείριστοι τὸν κάλλιστον ἐν αὐτῷ κατέχουσι τόπον.

Θεο-

b Eusebius iste philosophus fuit, quicunque etiam. Alius Cæsareæ in Palæstina Episcopus fuit, cuius opera Græca extant plurima, quæ in hoc Sententiarum libello sæpe citamus: Historiæ Ecclesiasticæ lib. 10, de vita Constantini lib. 5. de Præparatione euangelica contra gentes lib. 15. de Demonstratione euangelica lib. 10. edita Græcè in voluminib. tribus Parisijs. c Τοῦ ὑγιαίνειν sanitate: infinitiuo cum articulo, posito pro genitiuo nominis, more Græcis vsitato. d περιδέῤῥαιον, seu περιδέραιον, collarium: à δέρη collū, καὶ περὶ circum. e Et libri, & vniuersa doctrina ac institutio, est magna pœna peccati. Nam labore docendi ac discendi non fuisset opus, si peccatum non esset.

Spes mali lucri, initium est iacturæ. Stobæus orat. 10.

Vita sine festiuitatibus, longa est via sine diuersorijs. Ibid. orat. 16.

Parere mulieri, extremũ dedecus est viro. Ibid. orat. 74.

Bona quærentibus vix obtingunt, mala autem non quæsita. Ibid. orat. 98.

Aristonis.

Neq; balnei vlla est vtilitas, neq; orationis, vnde non prodeas purior. Plutarch. de auditoris officio.

Timonis.

Elementa malorum auaricia & ambitio. Stob. orat. 10.

Eusebij.

Vir bonus feliciter agens, communis est prosperitas & ciuitatis & vniuscuiusq;. Stobæus orat. 38.

Sosiadis.

Vbi cognoueris rem, actioni incumbe. Stob. orat. 3.

Labora pro rebus quæ acquiri possunt. Ibid. Impossibilia non affectanda.

Obrimi.

Hominibus etiam luctuum est aliqua gratia, & hoc solatium natura nobis in aduersis casib. dedit. Stob. orat. 123.

Nicostrati.

Bona valetudine nullum ornamentum aut monile præstantius est. Stob. orat. 74.

* Callimachi.

Magnus liber, magnum malum. Athen. lib. 3.

Alcyphronis.

Non longum tempus vitæ tribuit tibi Deus. Ne itaq; temerè hunc insumas in ænigmata & nugas. Epistol. 1.

Aristonymi.

Est hoc inprimis in vita damnosum, quòd hominũ pars maxima stulta sit, sapere tamen sibi videatur. Stob. orat. 23.

Similis est vita theatro. Quocirca sæpius pessimi quiq; honoratissimũ inter homines obtinent locum. Stob. orat. 106.

* Callimachus grammaticus & poëta, volumina plusquã octingenta scripsisse traditur, quæ interciderunt cuncta temporis iniuria, vsque ad paucos hymnos qui Græcè in 4. Basileæ cum Scholijs editi sunt.

Θεοκτίστου.

χαλεπὰ τὰ καλὰ, τὰ δὲ κακὰ οὐ χαλεπά.

Δίωνος.

Iocorū modus sit.

Τῷ γελοίῳ, καθάπερ ἁλὶ, πεφεισμένως δεῖ χρῆσθαι.

[a] Ἀρτεμιδώρου.

Bona conscientia neminem formidat, liberè dicit quod sentit.

Οὐδὲν γὰρ ἐλευθεριώτερον ὑγιοῦς γνώμης, οὐδὲ βασιλικώτερον.

Οὐ γὰρ ἀπὸ γνώμης, οὔτε κατὰ προαίρεσιν φιλεῖ αὖ πολλὰ μητρυιὰ πρόγονον.

Φαβωρίνου.

Modus.

Φρονήσῃς μὲν οὖν μηδέποτε ἐπὶ σεαυτῷ μέγα, ἀλλὰ μηδὲ καταφρονήσῃς σεαυτοῦ.

[b] Συνεσίου.

Mediocrium conditio optima.

Οὐ γὰρ χωρεῖ μέγεθος συμφορᾶς οἰκία μικρὰ, οὐδὲ ὄγκον ἀτυχημάτων πτωχεία.

Εὔνοια μόνη καὶ μάλιστα βασιλέως ἐστὶν ἰσχυρὸν φυλακτήριον.

Rarò in vna sede morantur virtus & fortuna.

Ἀρετὴ δὲ καὶ τύχη, μόλις μὲν, ἀλλὰ ἐπὶ μεγάλοις συγγίνονται.

αὔξειν δὲ ἅπαν ἀνάγκη τὸ τιμώμενον.

ἔργου μεῖζον τὸ πάρεργον.

ἀγαθός ἐστι φύλαξ, ὅταν κατὰ θεόν τι πιστεύηται.

ΙΑΤΡΩΝ.

Ἱπποκράτους.

Τέχναι θεῶν χάριτες, ἄνθρωποι δὲ ἔργα φύσεως.

Malum lucrū non diuites, sed pauperes facit.

οὐκ ἔστι πλοῦτος, τὸ πανταχόθεν χρηματίζεσθαι.

μέγιστα ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθὰ, τὸ δὲ ἦθος εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθόν.

Ἰητρὸς φιλόσοφος, ἰσόθεος.

Medicina testimoniū Dei, ac prouidētiæ.

καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ θεῶν εἴδησις, ἐν νόῳ ἰατροῦ ἐμπλέκεται.

ἰητρικὴ

a Artemidorus philosophus Ephesius, libros quinque scripsit de somniorum interpretatione, quos Aldus Græce excudit Venetijs in 8.

b Synesij philosophi Christiani opera in folio Græcè excusa sunt Parisijs. Eos verò libros vnde nos has sententias descripsimus, ante conuersionē scripsit, ideoq; locum inter philosophos gentiles ipsi reliquimus.

Theoctisti.

Difficilia quæ pulchra sunt, mala verò non difficilia. Stob. orat. 127.

Dionis.

Ridiculo sermone, tanquam sale, parcè vtendũ est. Stob. orat. 34.

Artemidori.

Nihil enim liberius est sana mente, neq; quicquam magis regium. lib. 2. de Som. interpretat.

Neq; enim ex animo, neq; beneuolè vnquam amauerit priuignum nouerca. lib. 3.

Phauorini.

Nunquam de te superbam opinionem concipies: neq; contrà nimium de te humiliter senties. Stob. orat. 22.

Synesij.

Non enim capit domus exigua calamitatem magnam, neq; paupertas molem aduersationum. de Regno.

Beneuolẽtia sola est firmissima imperatoris custodia. Ibid.

Virtus autem & fortuna rarò quidem, sed in magnis tamen viris coniunguntur. orat. 1. de Prouidentia.

Crescere & augescere necesse est, quæ in honore sunt. Ibid. Honos alit ac excitat studia.

Plura sunt parerga, quàm erga. lib. de Somnijs.

Fides in Deum, optima custodia. Ibid.

MEDICORVM.

* Hippocratis.

Artes deorum dona sunt, homines naturæ opera. Epist. ad senatum Abderitarum.

Non sunt diuitiæ, vndiquaq; lucrari. Ibid.

Maximè ad opinionem ac autoritatem comparandam conducit, bonis ac honestis morib. præditũ esse. lib. de Medico. Vita honesta honestum nomen conciliat.

Medicus philosophus, est Deo æqualis. Ibid.

Scientia de dijs vel maximè animo medici implexa est. Ibid.

Medi-

* Hippocrates Cous fuit, medicorum vetustissimus & coryphæus, medicorum & philosophorum primus, qui primus naturæ opera cognouit, cuius libros studiosi exosculantur tanquam oracula diuina, non autem humanæ vocis verba. Quotquot eius reperiuntur opera, Græcè edita sunt Basileæ in folio.

ἰητρικὴ [a] τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἐπιφανεστάτη. διὰ δὲ ἀμαθίην τῶν χρεομένων αὐτῇ, καὶ τῶν εἰκῇ τοὺς τοιούσδε κρινόντων, πολὺ δὴ πασέων ἤδη τῶν τεχνέων ἀπολείπεται.

οἱ ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοί, ἔργῳ δὲ παγχύβαιοι.

φύσιος αὐτὶ πρατιλύσης, κενέα πάντα.

ἐπίδειξις τῶν πολλῶν.

Contraria cõtrarijs curãtur.

τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν [b] ἰήματα.

τὰ ἀνόμοια στασιάζει.

τὰ μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ὁσιώτατα τὸ θεῖον ἐστὶ τὸ καθαῖρον καὶ ἁγνίζον, καὶ ἔρυμα γινόμενον ἡμῖν.

Sanitas in quibus rebus consistat.

ἄσκησις ὑγιείας, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων.

ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ [c] καιρὸς ὀξύς.

δοτέον δέ τι καὶ τῷ ἔθει, καὶ τῇ ὥρῃ, καὶ τῇ χώρῃ, καὶ τῇ ἡλικίῃ.

ὕπνος, ἀγρυπνίη, ἀμφότερα τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν.

περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστατα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότατα.

πᾶν τὸ πολὺ, τῇ φύσει πολέμιον· τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλές.

αἱ μεταβολαὶ τῶν [d] ὡρέων μάλιστα τίκτουσι νοσήματα.

σιτία, ποτὰ, ὕπνοι καὶ ἀφροδίσια, πάντα μέτρια.

Nimia confidentia perniciosa.

οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι, δῆθεν ἐστὶν, οἳ ἁμαρτάνουσιν.

Θεσσαλοῦ ἱπποκράτους υἱοῦ.

Alia alibi proueniunt.

οὐ πάντες τόποι τὰ αὐτὰ φέρουσι βοηθήματα.

Πολύβου ἱπποκράτους μαθητοῦ.

Νόμος πάντα κρατύνει.

Ἀντιφάνους.

[e] Μία τῶν νόσου αἰτιῶν, ἐδεσμάτων ἡ πολυειδία.

Μνασιθέου.

κατα-

a τεχνέων, pro τεχνῶν Ionicè, qua Dialecto, quemadmodum & Herodotus historicus, Hippocrates vtitur. sic πασέων, pro πασῶν. b ἰήματα pro ἰάματα, verbi ἰάομαι. c καιρὸς, occasio agendorũ præceps: hoc est angustissima, & ferè momentanea, atq; adeò difficulter comprehensibilis, vt copiosius in commentarijs Aphorismorum idem prosequitur Galenus. d ὡρέων, pro ὡρῶν. e Si homo vnum esset, (id est ederet) nunquam infirmus esset.

Medicina omnium artium præclarißima est. Verùm propter ignorantiam eorum qui eam exercent, & ob vulgi ruditatem, quod tales pro medicis iudicat & habet, iam eò res deuenit, vt omnium artiũ longè vilißima censeatur. In lege.

Medicina duplici de causa ars contempta.

Medici fama quidem & nomine multi, re autem & opere valde pauci. Ibid.

Natura repugnante irrita omnia fiunt. Ibid.

Ostentatio vulgi est. 1. de Diæta.

Viri boni ac sapientes non ostentatores sunt.

Contraria contrariorum sunt medicamina. de Flatib.

Seditiones mouent, quæ sunt inæqualia. Ibid.

Inæqualitas parit bellum.

Deus est, qui maxima ac scelератißima peccata purgat, ac purificat, & liberatio nostra existit. de Morbo sacro.

Exercitatio sanitatis est, vesci citra saturitatem, non refugere laborem. de Morbis popularibus libro 6.

Vita breuis, ars longa, tempus præceps. In Aphoris.

Dandum etiam aliquid consuetudini, & tempori, & regioni, & ætati. Ibid.

Somnus, vigilia, vtraque modum excedentia, malũ. Ibid.

Circum principia ac fines omnia debiliora sunt, circa vigores verò fortiora. Ibid.

Omnis multitudo naturæ contraria est: quod verò paulatim fit, tutum est. Ibid.

Mutationes temporum maximè pariunt morbos. Ibid.

Cibi, potus, somni & amores, hæc omnia sint mediocria.

Sanitatis tuendæ præceptũ, quæ in mediocritate consistit.

Qui sapientes sibi videntur medici, hi sunt nimirum qui peccant. lib. de Fracturis.

Thessali Hippocratis filij.

Non omnes loci eadem auxilia ferunt. in Orat. legati ad Athenienses, quam habuit in senatu ipsorum, cùm patriæ excidium deprecaretur.

Polybi Hippocratis discipuli.

Lex omnia corroborat. lib. de Genitura.

Antiphanis.

Vna morborum causa, ciborum varietas. Clement. lib. 2. Pædagogi.

Mnasithei.

καταινίζεται γὰρ τὸ σῶμα τοῖς οἴνοις, ὑγρὸν γὰρ καὶ θερμὸν ὁ οἶνος.

* Γαληνοῦ.

a Deus non ex opib. & honoribus homines, sed ex virtute æstimat.

b εἴθισται præteritū pass. verbi ἐθίζομαι. augetur addito iota.

[a] οὐ γὰρ ἀξιώμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ γένους ὑπεροχαῖς, οὐδὲ πλούτῳ τοὺς ἀρίστους ὁ θεὸς οὗτος [b] εἴθισται κρίνειν· ἀλλὰ τοὺς καλῶς μὲν βιοῦντας, ἐν δὲ ταῖς ἑαυτῶν τέχναις πρωτεύοντας, ἑπομένους δὲ τοῖς προστάγμασιν αὐτοῦ, καὶ νομίμως τὰς τέχνας ἐργαζομένους. τιμᾷ τε, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἄγει περὶ αὐτὸν ἔχων ἀεί.

Nemo ab omni parte beatus.

σπάνιόν ἐστι καὶ τὸ τυχεῖν αὐτῶν ὁμοῦ πάντων, ὡς εὐγενῆ τε καὶ πλούσιον εἶναι, καὶ καλὸν ἅμα τὸν αὐτόν.

Deliberandū ante opus.

εὐεξαπάτητος ἕκαστος, ἐν οἷς ἐστιν ἀπρόσκεπτος.

Eruditio summum bonum.

ἐπιμελήσασθαι χρὴ παιδείας, ἧς τυχόντες μὲν τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἕξομεν.

ἀλλ' οὐκ ἐνδέχεται, πλοῦτον ἀρετῆς τιμιώτερον ὑποθέμενον, καὶ τὴν τέχνην οὐκ εὐεργεσίας ἀνθρώπων ἕνεκεν, ἀλλὰ χρηματισμὸν μαθόντα, τοῦ τέλους τοῦ κατ' αὐτὴν ἐφίεσθαι.

Nemo vnus sufficit simul multis.

ἀνάγκη καταφρονῆσαι θατέρου, τὸν ἐπὶ θάτερον ὁρμήσαντα σφοδρότερον.

ἐπίκτητοι φύσεις τὰ ἤθη.

ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΩΝ.

† Πτολεμαίου.

Vulgus iniquū artibus ac literis.

Πᾶν μὲν τὸ δυσέφικτον παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐδιάβλητον ἔχει φύσιν.

οὐ τῆς ἐπιστήμης, ἀλλὰ τῶν μεταχειριζομένων ἐστὶν ἀδυναμία.

Abusus rerū non tollit rem ipsam.

οὐδὲ γὰρ φιλοσοφίαν ἀναιρετέον, ἐπειδή τινες τῶν προσποιουμένων αὐτὴν πονηροὶ καταφαίνονται.

ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης.

ἡ ἐπιτή-

* Claudij Galeni medici celeberrimi ac feliciss. & ingeniosissimi interpretis librorum Hippocratis, opera Basileæ in magno folio Græcè typis excusa sunt Tomis quinque. Eius autem librorum lectio non tantùm Medicinæ studiosis vtilis ac necessaria est, sed alijs etiam philosophiæ, philologiæ, & bonarum artium candidatis. sermone Græco enim loquitur admodum puro & eleganti, & magnam vocabulorum supellectilem habet, & rerum optimarum ac variarum copiam suppeditat lectoribus, quarum cognitio ad omnem vitam vtilis est, & necessaria.

† Claudij Ptolemæi, excellentis ac summi mathematici, Basileæ opera excusa sunt Græcè: hoc est, Geographiæ lib. 8. Magnæ constructionis mathematicæ, Almagestum vulgò vocant, id est, perfectæ cœlestium motuum pertractationis lib. 13. De Iudicijs astrologicis, seu Quadripartitæ constructioni, lib. 4. Et centum eiusdem sententiæ, in quibus quæcunque tradit Ptolemæus, vsu experientiaq; probata esse dicit, ac veritati maximè consentire.

Corpus vino lauatur, cùm vinum calidum sit, ac humidum. Athen. lib. 11.

Galeni.

Non ex dignitatibus ciuilibus, neq; ex generis claritate, neque ex diuitijs consueuit Deus hic præstantißimos iudicare: sed qui cum virtute vitam agerent, quiq; in suis artibus excellerent, quiq; præceptis ipsius obsequerentur, ac legitimè suas artes exercerent, hos & magni facit, & cæteris anteponit, sibi coniunctißimos habens semper. Orat. adhortatoria ad artes.

Rarum est istis simul vniuersis potiri, vt idem pariter & nobilis sit, & diues, & formosus. Ibid.

Facilè quisq; fallitur in his, in quib. est impræmeditatus. (Ibid.

Curemus eruditionem: quam assequuti, quod est in bonis summum habebimus. Ibid.

[a] *Fieri non potest, vt qui pluris faciat diuitias quàm virtutem, quiq; artem non in hoc didicit, vt de hominibus bene mereretur, sed vt ditesceret, ad proprium artis finem perueniat. Orat. Quod opt. med. etiam philos. sit.*

a Finis studiorũ, vt Deo seruiamus, ac proximo. Omnia quæ scio, inquit Seneca, cupio in alium transfundere: ac in hoc cupio discere, vt doceam.

Necesse est vt qui vehementius incumbit in alterum, alterum negligat. Ibid.

Consuetudo altera natura. lib. 1. de Tuenda valetud.

MATHEMATICORVM.

Ptolemæi.

Artes difficiliores cunctæ, vulgi iudicijs vituperantur, lib. 1. Quadripartit.

Non artis sunt errata, quæ ab imbecillitate professorum oriuntur. Ibid.

Non artes incertæ, si artifices errant quandoque.

Nec Philosophia ideo tollenda est è medio, quod nonnulli studium eius simulantes, praui sunt, & impostores. Ibid.

[b] *A te, & à scientia. In fructu librorum suorum, seu Centum sententijs.*

b Natura & ars coniuncta, eruditos & excellentes artifices facit in omnibus artibus. Cùm enim natura negat, facit indignatio versum, Qualemcunque potest, inquit Iuuenalis.

Exercitatio non idem potest quod natura.

ἡ ἐπιτύδεια ψυχὴ πρὸς γνῶσιν πλέον ἐπιτυγχάνει τοῦ ἀληθοῦς, ἢ ὁ ἄκρως ἀσκήσας τὴν ἐπιστήμην.

ΓΑΙΟΓΡΑΦΩΝ.

† Παυσανίου.

ὅσιον, ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι.

χαλεπὸν ἀνθρώπῳ, τὰ θεῖα βιάσασθαι.

οὐ γάρ τι ἕτοιμον μεταπεῖσαι τοὺς πολλοὺς ἐναντία ὧν δοξάζουσιν.

μάλιστα δὲ πως ἐπὶ πταίσμασι μεγάλοις, φιλεῖ προαφαιρεῖσθαι τὸν ἡγεμόνα ὁ δαίμων.

κέρδος, καλῶς τινα ἀποθανεῖν.

συνειδὸς ἀγαθὸν φιλεῖ παῤῥησιάζεσθαι.

* ἕπεται δέ πως τῷ γήρᾳ τά τε ἄλλα, ὡς τὸ πολὺ ἐναντιοῦσθαι νέοις, καὶ οὐχ ἥκιστα ἐς τοὺς ἐρῶντας τὸ ἀνάγλητον.

Wers glück hatt / füret die braut heym.

ἀνθρώποις καὶ τὰ ἐς ἔρωτα τύχῃ μᾶλλον, ἢ ὑπὸ κάλλους κατορθοῦται.

* Senes difficiles adolescétibus amatoribus, ex ingenio suo senili eos iudicantes. γήρᾳ pro γήρατι, à τὸ γῆρας contractè.

ἀδίκοις μὲν τὸ μήνιμα τὸ ἐκ τῶν θεῶν ὀψέ τε, καὶ ἀπελθοῦσιν ἐντεῦθεν ἀπόκειται.

ἀλλὰ ἀνθρώπων μὲν τῶν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ κακὰ αὖτις ἐλάσσονα ἀναδέξαιτο, καθὰ καὶ ναῦς ἧσσον ἂν χειμασθείη νεὼς ἄλλης· ἄνδρα δὲ συμφορῶν ἀεὶ πάντα ἐκτὸς, ἢ τὰ πάντα οὐρίῳ ναῦν χρησαμένην πνεύματι οὐκ ἔστιν ὅπως δυνησόμεθα ἐξευρεῖν.

* Στράβωνος.

Peregrinationes vtiles.

Ἐν μεγάλῳ τίθεται, πολλῶν ἀνθρώπων ἰδεῖν ἄστεα, καὶ νόον γνῶναι.

† Pausaniæ [illegible] οἱ παcommentarios Græcos, Græciam describentes vniuersam, Aldus excudit olim Venetijs in folio, & Oporinus Latinè Basileæ similiter in folio. Excuderunt eosdem Latinè etiam Florétini. Continet autem hoc Pausaniæ opus antiquæ rareque eruditionis thesauros, multa recondita, multa scitu pulchra, quæ maximam toti historiæ Græcarum rerum lucem afferunt. Non enim tantùm describit Pausanias regiones & loca Græciæ omnia, & quid in singulis extiterit ἀξιομνημόνευτον: verùm etiam familiarum ac principum in Græcia genealogias ex antiquissimis stirpibus deductas, & multarũ insignium rerum narrationes, quæ nusquam alibi leguntur: dignum opus quod studiosorum manibus omnium teratur. * Strabonis Geographiæ libri 17. seu de situ orbis, vita, moribus, consuetudinibus ac legibus variarum gentium Græcolatinè impressi sunt in fol. Basileæ. In ea Geographia, vt Strabo ipse scribit in Præfatione quadam, ad res vrbanas actionesq; principum, nonnulla ad cœlestium, terrestrium, rerumq; maritimarum scientiam, animalium, plantarum, fructuum, & aliorum quæ penes vniuersos cernuntur: pertinent. permulta etiam passim Homeri carmina citat & interpretatur, ipse Homericæ philosophiæ summus admirator, ac diligens rerum omnium indagator.

Anima ad cognitionem apta, veri plus aſſequitur, quàm qui ſupremum in modum ſe in ſcientia exercuit. Ibid.

GAEOGRAPHORVM.

Pauſaniæ.

Pietatis officium eſt, hominis cadauer terra mandare. lib. 1. deſcriptionis Graciæ.

Difficile eſt, res diuino conſilio ordinatas, humana violentia cogere. lib. 2.

Difficile eſt, vulgi animos ab opinione ſemel confirmata ad diuerſam traducere. Ibid.

Maximè cùm calamitates imminent ingentes, duces præripere Deus ſolet. lib. 3. Quando Deus vult punire gentem aliquã, tollit prius viros bonos.

Lucrum eſt, honeſtè mori. lib. 4.

Bona conſcientia loqui facit liberrimè. lib. 7.

Familiare eſt ſenibus, vt aliás plerunq; aduerſentur iuuenibus, & vel in primis contra amantes duros ſe præbeant.

In rebus amatorijs plus poteſt fortuna, quàm pulchritudo.

Iniuſtos deorum indignatio & ſerò vindicat, & è viuis ſublatos. lib. 8. Deus certò punit peccata, etiamſi pœnam quandoque differat.

Fieri ſanè poteſt vt paucioribus, quàm alij eo tempore homines, malis quis conflictetur: quemadmodum & nauis vna, naue alia minus obruitur tempeſtate. Hominem autem qui extra calamitatem perpetuò ſit poſitus, & nauis quæ vento ſecundo ſemper vehatur, non eſt vt poſſim inuenire. Ibid.

Strabonis.

Eſt res non parua, multorum hominum vidiſſe vrbes, & prudentiam cognouiſſe. lib. 1. Deſcriptionis terræ.

Poëtica, prima philosophia.

οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρώτην τὴν ποιητικήν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκ νέων, καὶ διδάσκουσαν ἤθη καὶ πάθη καὶ πράξεις μεθ᾽ ἡδονῆς.

Delectatio retinet operantem in opere, Lust zu einem dinge.

ἡδονή ἐστι τοῦ μανθάνειν φίλτρον.

ἐπιμελητὰς δὲ λαβόντα ἀγαθούς, καὶ τὰ φαύλως οἰκούμενα, καὶ λῃστρικῶς, ἡμεροῦνται.

Multorum imperium, malum.

χαλεπὸν δὲ ἄλλως οἰκεῖν τὴν τηλικαύτην ἡγεμονίαν, ἢ ἑνὶ ἐπιτρέψοντας ὡς πατρί.

ἅπαντες γὰρ τῆς δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας· αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας προκαλοῦνται πρὸς τὰς ἐπιπλέον θεραπείας τῶν θεῶν, καὶ ἑορτάς, καὶ ποτνιασμούς. σπάνιον δ᾽ εἴ τις ἀνὴρ * καθ᾽ αὑτὸν ζῶν, εὑρίσκεται τοιοῦτος.

* τοῦ καθ᾽ αὑτ. eorum qui sibi viuunt soli, sui iuris.

a εὖ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους μάλιστα μιμεῖσθαι τοὺς θεούς, ὅταν εὐεργετῶσιν· ἄμεινον δ᾽ ἂν λέγοι τις, ὅταν εὐδαιμονῶσι. τοιοῦτον δὲ τὸ χαίρειν, καὶ τὸ ἑορτάζειν, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν, καὶ μουσικῆς ἅπτεσθαι.

In die welte ist gut liegẽ, Mentiri.

τὸ δὲ πόρρω δυσέλεγκτον.

νομίζειν μὲν γὰρ χρὴ τὸν μὲν ἐνθάδε βίον, ὡς ἂν b ἀκμὴν κυομένων εἶναι· τὸν δὲ θάνατον, γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι.

ΙΣΤΟΡΙΚΩΝ.

c Ξενοφῶντος.

ἕπεσθαι δὲ δοκεῖ μάλιστα τῇ ἀχαριστίᾳ ἡ ἀναισχυντία. καὶ γὰρ αὕτη μεγίστη δοκεῖ εἶναι ἐπὶ πάντα τὰ αἰσχρὰ ἡγεμών.

μέτρον βασιλεῖ, οὐχ ἡ ψυχή, ἀλλ᾽ ὁ νόμος ἐστίν.

Parum debet libère ei, cui plurimũ licet. Seneca.

πόνοι τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνες

καὶ πρὸς τὸ ἡδέως ἐσθίειν ἀγαθόν, καὶ πρὸς τὸ ὑγιαίνειν, οἱ πόνοι.

a Vsurpatur hæc sententia alicubi etiam à Philone. Deus est mortali mortalem iuuare. Hæc est ad æternam gloriam via: inquit Plinius lib. 2. Historiæ mundi. b ἀκμὴν κυομένων, seu florem, seu summum dolorem, miseriam parientium. c Xenophon Socratis discipulus, fuit philosophus, historicus ac miles, cuius iucunditatẽ Quintilianus inaffectatam nuncupat, quam nulla affectatio consequi possit. Ideoq; à priscorum eruditis Attica Musa nuncupatus est, & Cicero sermonem ipsius quouis melle dulciorem dicit, & meritò quidẽ. Nam vbique sui similis Xenophon, amœnus iuxtà ac fœcundus, neque sterilis, neque aridus vnquam: non tamen suprà quàm oportet effusus. Eius opera varia tum alibi aliquoties Græcè excusa, tum etiam Basileæ in folio Græcolatinè prodierunt.

Antiqui Poëticã, primã quandã philosophiam esse perhibent, quæ ab ineunte nos ætate ad viuendi rationes adducit, quæ res gerendas cum iucunditate præcipiat. Ibid.

Oblectatio, discendi illecebra est. Ibid.

Curatores autem probos nacta, loca etiam praué per latrocinia habitata mitigantur. lib. 2. Lex magistratus.

Arduum sanè ac difficile est, alio pacto ingens regere imperium, quàm si vni perinde ac parenti procuratio demandetur. lib. 6.

† *Cuncti namq; fœminas superstitionis duces existimant & autores esse. Ea enim sunt quæ viros ad deorum cultus, ad dies festos, ad venerationes, ad preces inuitent amplius. Rarumq; est, vt vir quispiam sine vxoribus solus degens, talis reperiatur. lib. 7.*

Rectè enim illud dictum est, mortales tunc maximè deos imitari, quando benefici sunt: rectius verò quis dixerit, cùm beati fuerint: quod gaudere est, & festos dies agere, & philosophari, & Musicam attingere. lib. 10. Beatitudo, est æternũ gaudium.

Longinquitas redargui non facile est. lib. 11.

Hæc vita putanda est quasi quidam viuidus hominum conceptus: mors verò, natiuitas ad veram illam & felicem vitam, ijs qui rectè philosophati sunt. lib. 15. Vita misera, mors verò porta felicitatis æternæ.

HISTORICORVM.

Xenophontis.

Ingratitudinẽ verò potissimùm impudẽtia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima est dux. lib. 1. de Pædia Cyri.

Modus, non libido regi est, sed lex. Ibid.

Labores iucundæ vitæ duces. Ibid.

Labores ad suauiter vescendum, & bonam valetudinem faciunt. lib. 2.

Nullus

† Fœminæ superstitionis duces ac autores viris. Epiphanius scribit plerosque hæreticos à fœminis primarijs adiutos omnis generis officijs, ac defensos.

διδάσκαλος οὐδεὶς κρείττων τῆς ἀνάγκης.

τὰς μεγάλας ἡδονὰς, καὶ τὰ ἀγαθὰ τὰ μεγάλα, ἡ πειθὼ καὶ ἡ καρτερία, καὶ οἱ ἐν τῷ καιρῷ πόνοι καὶ κίνδυνοι παρέχονται.

Viri boni præferunt virtutẽ omni mundanæ gloriæ.

ἀντὶ ἀρετῆς καὶ δόξης ἀγαθῆς, οὐδ' ἂν τὰ σύρων καὶ ἀσσυρίων πάντα περιέλοιντο ἀγαθοί.

σὺν θεοῖς πάρεστιν ἡμῖν ἀγαθά.

ἡ γὰρ κατὰ μικρὸν μετάλλαξις, πᾶσαν ποιεῖ φύσιν ὑποφέρειν τὰς μεταβολάς.

τὰ ἔργα πιθανώτερα τῶν λόγων.

μηδέν ἐστι κερδαλεώτερον ἀρετῆς.

πόνοι, ὄψον τοῖς ἀγαθοῖς.

* Verba sunt Crœsi, Lydorũ regis opulentissimi & potentissimi paulo antè, sed captiui tunc, ad Cyrũ Persarũ regem sapiẽtissimum.

* αἱ τέχναι πηγαὶ τῶν καλῶν.

ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ.

εὐδαιμονέστεροι ἦν. θεραπεύουσι τοὺς θεοὺς ἄνθρωποι.

ἀδύνατον ἦν, πολλὰ τεχνώμενον ἄνθρωπον, πάντα καλῶς ποιεῖν. (θοῦ.

παραπλήσια ἔργα ἐστὶ νομέως ἀγαθοῦ, καὶ βασιλέως ἀγα-

a ἀνάγκη τὸν πολλὰ ἔχοντα, πολλὰ καὶ δαπανᾶν, καὶ εἰς θεοὺς, καὶ εἰς φίλους, καὶ εἰς ξένους.

b οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὴν βασιλείαν διασῶζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πολλοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον.

ὁποῖοί τινες γὰρ ἂν οἱ προστάται ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται.

αἱ μὲν δὴ γνῶμαι ἀνθρώπων χείρους νῦν εἰσὶν, ἢ τὸ παλαιόν.

πάντα μὲν, ἄνθρωπον ὄντα, προσδοκᾶν δεῖ.

εἰσὶ μὲν δή που πᾶσαι μεταβολαὶ πολλῶν θαναληφόροι.

ἐλεύθερον εἶναι, ἀντάξιον τῶν πάντων χρημάτων.

Prouidentia.

θεοὶ οὔτε τῶν ἀσεβούντων, οὔτε τῶν ὅσια ποιούντων ἀμελοῦσι.

ἐκ τῶν πόνων καὶ τὰ μαλακὰ γίγνεται.

Bona conscientia.

ἄνδρες ἀγαθοὶ ὀρθοῖς βλέπουσιν ὄμμασι.

τῶν χρηστῶν ὁμιλία, ἄσκησις τῆς ἀρετῆς· ἡ δὲ τῶν πονηρῶν, κατάλυσίς ἐστι.

ἔπαινος ἑαυτοῦ, ἄκουσμα ἥδιστον παντός.

οὐ πάνυ

a Qui multum accepit, debet multum reddere. b Verba sunt Cyri morituri, ad filios multis rationibus ostendentis, nõ interire animam vnà cum corpore, sed immortalem ipsam esse.

Nullus est præstantior doctor necessitate. Ibid.

Magnæ voluptates, maximaq́; bona præbentur obædientia, constantia, tempestiuisq́; & laboribus & periculis. lib 3.

Virtuti atq; bonæ gloriæ ne bona quidem omnia Syrorum Assyriorumq́; præferrent boni viri. libro 5.

Deorum benignitate contingunt nobis bona. Ibid.

Nam mutatio quæ fit paulatim, efficit vt omnis natura mutationes ferat. lib. 6.

Opera verbis probatiora sunt. Ibid.

Nihil est virtute fructuosius. lib. 7.

Labores obsonium sunt bonis viris. Ibid.

Artes bonorum fontes sunt. Ibid.

*Bonus princeps nihil differt * à bono patre. lib 8.*

* Inde Homerus suos principes λαῶν ποιμένας nũcupat, ac Romani consules suos patriæ patres appellarunt.

Feliciores sunt homines, si deos coluerint. Ibid.

Non fieri potest vt qui multis vtitur artibus, is homo omnia pulchrè faciat. Ibid.

Similia sunt opera boni pastoris & boni regis. Ibid.

Necesse est, qui multa possidet, eum facere multum etiam sumptũ, & erga deos, & erga amicos, & erga hospites. Ibid.

Non est aureum hoc sceptrum, quod regnum seruet: sed amici multi sceptrum sunt regibus verissimum, maximeq́; securum. Ibid.

Quales enim fuerint præfecti, tales etiam qui sub ipsis sunt, frequentius fiunt. Ibid.

[a] *Mentes hominũ nunc deteriores sunt, quàm antiquitus. Ibid.*

a Homines subinde fiunt infirmiores, ac tota rerum natura fit deterior.

Nihil est quod homini metuendũ nõ sit. li. 7. de Exped. Cyri.

Sunt omnes fermè publicarum rerum mutationes morti obnoxiæ. lib 2. rer. Græcarum.

[b] *In libertate viuere cunctis anteferendũ reb. est. lib. 4.*

b Non bene pro toto libertas venditur auro.

Dij scelestos, impios & iniustos minimè negligunt. lib 5.

Laboribus paratur ocium lib. 6.

Viri boni erectis suspiciunt oculis. lib. 7.

Bonorum hominum conuersatio, exercitium est virtutis: prauorum verò, destructio. lib. 1. de dict. & fact. Socratis memoratu dignis.

Omnium dulcissimum est, suas audire laudes. lib 2.

οὐ πάνυ γε ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἔργον, ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι. χαλεπὸν γὰρ οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν· χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντας, μὴ ἀγνώμονι κριτῇ περιτυχεῖν.

ψυχῆς ἦθος οὐ μιμητόν.

Dij colendi secundum suū verbum.

πῶς ἂν αὖ τις κάλλιον καὶ εὐσεβέστερον τιμῴη θεοὺς, ἢ ὡς αὐτοὶ κελεύουσιν, οὕτω ποιῶν;

a δίκαια μὲν γὰρ λέγοντες πολλοὶ, ἄδικα ποιοῦσι.

ὃ ἄρα ἐπίσταται ἕκαστος, τοῦτο καὶ σοφός ἐστιν.

κάλλιστόν τε καὶ ἄριστον καὶ ἥδιστον γεωργία.

ἔστιν δ' οὐδὲν οὕτως οὔτ' εὔχρηστον, οὔτε καλὸν ἀνθρώποις, ὡς ἡ τάξις.

μείζων ζημία, φίλων ἢ χρημάτων στερίσκεσθαι.

οὐδὲν ἄδικον ποιεῖν, μελέτη καλλίστη ἀπολογίας.

ἥδιστόν ἐστιν b ἤδειν, ὁσίως καὶ δικαίως ἅπαντα τὸν βίον βεβιωμένον.

ἥδιστον ἀκρόαμα ἔπαινος.

τοσοῦτον δέ τι ἀγαθὸν κρίνω ἔγωγε τὸ φιλεῖσθαι εἶναι, ὥστε νομίζω τῷ ὄντι αὐτόματα ἀγαθὰ τῷ φιλουμένῳ γίγνεσθαι καὶ παρὰ θεῶν, καὶ παρὰ ἀνθρώπων.

αἱ ἀπὸ τῶν δυνατωτάτων ἡμισεῖαι χάριτες, πλέον ἢ ὅλον τὸ παρὰ τοῦ ἰδιώτου δώρημα δύνανται.

οὐκ ἔστιν ἐμπορεύματα λυσιτελέστερα, ἢ ὅσα ἄνθρωποι ἄθλων ὠνοῦνται.

ὁποῖοί τινες οἱ προστάται ὦσι, τοιαῦται καὶ αἱ πολιτεῖαι γίγνονται.

πρῶτον μὲν ἐνθύοντα χρὴ αἰτεῖσθαι θεοὺς ταῦτα διδόναι, καὶ νοεῖν καὶ λέγειν καὶ πράττειν, ἀφ' ὧν θεοῖς μὲν κεχαρισμενώτατα ἄρξειας ἄν, σαυτῷ δὲ καὶ φίλοις καὶ τῇ πόλει προσφιλέστατα καὶ εὐκλεέστατα καὶ πολυωφελέστατα.

πάντων δὲ τῶν ὑπομνημάτων κράτιστον, τὸ ὅσα ἂν γνῷ ἀγαθὰ εἶναι, ἐπιμελεῖσθαι ὡς ἂν πραχθῇ.

αἱ θερα-

a Aliter disputamus & docemus, inquit Lacydes philosophus apud Eusebium: aliter verò viuimus. οὐδὲν γὰρ τῶν πάλαι φιλοσόφων ἀφιλοσοφώτερον, ait ille apud Athenæum. b ἤδειν, pro ᾔδειν, Atticè.

Haud facile opus aliquod reperias, cuius nullam partem quisquam reprehendat. Difficile namq; est, ita quicquam peragere, vt nihil erres. Quod si etiam sine errore quis aliquid peragat, difficile est non iniquum iudicem reperire.

Animi mores pictura imitari nequit. lib. 3.

Quo pacto aut melius aut magis piè deos quisquam honorare possit, quàm eo modo quo ipsi præcipiunt? lib. 4.

Multi dum iusta dicunt, iniusta faciunt. Ibid.

Sapiens quisq; est in ea re quam scit. Ibid.

Dulcissimum ac pulcherrimum vitæ genus, agrorum cultus est. In Oeconomico.

Nihil in reb humanis est ordine præstātius, nihil vtilius.

Maior iactura est, amicis quàm pecunijs nudari. In orat. in Agesilaum regem.

Nihil iniustè facere, defensionis optima est meditatio. In apologia pro Socrate.

Dulcissimum est scire, se ætatem piè iusteq; totam transegisse. Ibid. Bona conscientia.

Nihil est auditu iucundius, laude. In Hierone, seu Tyrannico.

* *Ego sanè tam ingens bonum iudico amari, vt existimem reuera ei qui diligitur, vltrò bona affluere tum à dijs, tum ab hominibus. Ibid.* * Subditi oderunt, quos metuūt: imprecantur verò bona ijs quos diligunt, solliciti de ipsorum salute.

Dimidium beneficentiæ à potentissimis profectum plus valet, quàm totum à priuato profectum. Ibidem.

Nulla merx est magis vilis, quàm quæ ab hominibus præmijs emitur. Ibid.

Quales sunt gubernatores, tales respub. existere solent. In poris, seu de vectigalibus.

Primùm precandum est à dijs, faciendis sacrificijs, vt illud tibi largiantur, ea vt sentias, loquaris & agas, quæ gratissima ipsis sunt: tibi autem, amicis & reipub. minimè molesta, summeq; gloriosa ac vtilia aggrediaris. In Hipparchico, seu de magistri equitum officio. A dijs quæ precanda.

Omnium præceptorum illud præclarissimum est, vt quæ noris vtilia esse, ea cures etiam conficienda. Ibid.

αἱ θεραπεῖαι αἱ ἀλλότριαι οὐκ εἰσὶν αὔξιμοι. τὸ δὲ τῶν μητέρων καὶ τὸ γάλα ἀγαθὸν, καὶ τὸ πνεῦμα, καὶ αἱ περιβολαὶ φίλαι.

* Contra Sophistas, qui in scholis ad meras logomachias assuefaciebant iuuentutem.

* ὀνόματα μὲν γὰρ οὐκ ἂν παιδεύσειαν· γνῶμαι δὲ, εἰ καλῶς ἔχοιεν.

τῷ ὄντι ἄρδων τὰς ψυχὰς μὲν, τὰς λύπας ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζοι· τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει.

ἁβροτώτατον κτῆμα σχολὴ, ὥστε καὶ θεάσασθαι τὰ ἀξιοθέατα, καὶ ἀκούειν τὰ ἀξιάκουστα.

οἱ ὅμοιοι τοῖς ὁμοίοις εὔνοι εἰσί.

πενία αὐτοδίδακτος φιλοσοφία.

† Ἡροδότου.

a Ἱστορίης τοῦτο, ὡς μήτε τὰ γινόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται· μήτε ἔργα μεγάλα τε καὶ b θωμαστὰ τὰ μὲν ἕλλησι, τὰ δὲ βαρβάροισιν ἀποδεχθέντα, ἀκλεᾶ γένηται.

ἀνθρωπηΐη γὰρ εὐδαιμονίη c οὐδαμὰ ἐν d τὠυτῷ μένει.

e ὦτα τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν.

δεῖ τινα σκοπέειν τὰ f ἑωυτοῦ.

Longa vita, longa calamitas.

ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ πολλὰ μέν ἐστιν g ἰδέειν, τὰ μή τις ἐθέλει, πολλὰ δὲ καὶ παθέειν.

πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή.

οὐδέν ἐστι τῶν ἐν ἀνθρώποισι ἀσφαλέως ἔχον.

παθήματα, μαθήματα.

κύκλος τῶν ἀνθρωπίνων ἐστὶ πρηγμάτων, περιφερόμενος δὲ οὐκ ἐᾷ αἰεὶ τοὺς αὐτοὺς εὐτυχέειν.

τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι παρὰ τῶν θεῶν.

φθονέεσθαι h κρέσσον ἐστὶ, ἢ οἰκτείρεσθαι.

ἄριστον

a ἱστορίης τοῦτο, hoc est historiæ, scilicet opus seu finis, seu huc debet respicere. b θωμαστὰ, pro θαυμαστὰ Ionicè. c οὐδαμὰ, pro οὐδαμῇ. d τὠυτῷ, pro ταὐτῷ. e ὦτα autem, ἀπὸ τοῦ οὖς ὠτός. † Inter omnes historicos quorum extant monumenta, primus est Herodotus: ac cæteros omnes Græcos & Latinos antiquitate rerum ac regnorum, & exemplorum multitudine & eloquentia vincit. Historiæ pater est, vt Cicero ait, & sine vllis salebris, quasi sedatus amnis fluit. tanta enim puritate, elegantia & suauitate orationis res maximas exposuit, vt nulla vox humana existimetur, dulcius eas res narrare potuisse. Ideo & propter rerum maximarum cognitionem, & sapientissima vitæ præcepta, & propter orationis natiuam & castissimam formam legendus est. Incipit autem historiam suam à Cyro Persarum rege, & desinit in prælio ad Plateas, in quo Persæ post cæsum Xerxem Persarum regem, è Græcia eiecti sunt. Eius historiæ libri 9. Basileæ Græcè excusi sunt. f ἑωυτοῦ, pro ἑαυτοῦ. g ἰδέειν, pro ἰδεῖν, Ionica epenthesi. h κρέσσον, pro κρεῖττον.

** Ministeria aliena nihil ad alendũ prosunt: matrũ lac & halitus bonus est, & somẽta iucunda sunt. de Venatione.*

* Galenus idem præcipit lib. 1. de Tuenda valetudine, vt materno lacte alantur infantes, non alieno. Causas indicat multas vtiles. Facit idem Plutarchus.

Neq; enim verba, sed sententiæ, si honestæ fuerint, doctos faciunt. Ibid.

Vinum animos rigans, tristicias & dolores, quemadmodum † mandragoras sopit: & hilaritatem, quemadmodum oleum flamma, excitat. In Sympośio.

Iucundissima possessio est ocium, vt res magnas spectare & audire liceat. Ibidem.

Similes enim similib. bene volunt. In Athenienſ. politia.

Simile simili charum.

Paupertas, philosophia est sine magistro acquisita. Max. orat. 18.

Herodoti.

Historiæ finis is est, vt neq; ea quæ gesta sunt, ex rebus humanis obliterentur ex æuo: neq; ingentia & admiranda opera, vel à Græcis edita, vel à barbaris, gloria fraudentur. lib. 1.

Humana felicitas nequaquam in eodem tenore persistit. Ibid.

Oculis magis credimus quàm auribus, quàm ijs quæ ipsi non vidimus.

Magis incredulæ sunt hominib. aures, quàm oculi. Ibid.

Quæ sua sunt, inspicere debet quisq;. Ibid.

In diuturno enim tẽpore multa vidẽtur, quæ nemo velit videre: & tolerãtur multa, quæ nolit quispiã tolerare. Ibid.

Omnino calamitosus homo est. Ibid.

Nihil est in rebus humanis stabile. Ibid.

Quæ nocent, docent. Ibid.

Humanarum rerum circulus est, qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non sinit. Ibid.

Magnarum iniuriatũ magnæ à dijs quoq; sunt vltiones. lib. 2.

Atrocia delicta sequuntur atroces pœnæ.

Satius est inuidiosum quam miserabilem esse. lib. 3.

† Mandragora, officinis Pythagoræ ἀνθρωπόμορφος, Germanicè Alraun, vim habet refrigeratoriam, adeò vt tertij sit ordinis refrigeratiuum. ita sopit dolorem, vt stupefactiuum. quo vtuntur in his, quos sine doloris sensu secare aut vrere volunt: vt scribit Dioscorides.

ἀρίστων ἀνδρῶν εἰκὸς ἄριστα βουλεύματα γίγνεσθαι.

τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα, ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν.

τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύναται.

φιλέει δὲ [a] κῶς προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλει ἢ ἔθνει ἔσεσθαι.

οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς, ἢ ἑωυτόν.

[b] ἐπειχθῆναι πᾶν πρῆγμα τίκτει σφάλματα.

ἐν οὕτω βραχέϊ βίῳ οὐδεὶς οὕτω ἄνθρωπος ἐὼν εὐδαίμων πέφυκε, τῷ οὐ παραστήσεται πολλάκις, καὶ οὐκὶ ἅπαξ, [c] τεθνάναι βούλεσθαι μᾶλλον ἢ ζῆν.

Nunquã periculum sine periculo vincitur, inquit Publius.

μεγάλα πρήγματα, μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι.

[d] ἐπίσταμαι δὲ τοσοῦτο, ὅτι εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα κακὰ ἐς μέσον [e] συνενείκαιεν, ἀλλάξασθαι βουλόμενοι τοῖσι πλησίοισι, ἐγκύψαντες ἂν ἐς τὰ [f] τῶν πέλας κακὰ, ἀσπασίως ἕκαστοι [g] αὐτέων [h] ἀποφεροίατο ὀπίσω, τὰ [i] ἐσενείκαντο.

τῷ εὖ βουλευθέντι πρήγματι, τελευτὴ ὡς τὸ ἐπίπαν χρηστὴ ἐθέλει ἐπιγίνεσθαι.

μὴ βούλου ἐς κίνδυνον ἀπικέσθαι, μηδεμιῆς ἀνάγκης ἐούσης.

ἄνθρωπός ἐστιν οὐδεὶς, οὐδὲ ἔσεται, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη, τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων μέγιστα.

Eloquentia necessitas.

πειθὼ καὶ ἀνάγκη, δύο θεοὶ μεγάλοι.

δύναμις ὑπὲρ ἀνθρώπων ἡ βασιλῆος ἐστὶ, καὶ χεὶρ ὑπερμήκης.

τύραννος τυράννῳ συγκατεργάζεται.

φιλέει ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς γίνεσθαι. οὐ γάρ τι τῆς αὐτῆς γῆς, καρπόν τε θωμαστὸν φύειν, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια.

Vinum.

οἴνου κατιόντος εἰς τὸ σῶμα, ἐπαναπλέει κακὰ ἔπεα, καὶ τὰ μαινόμενα.

Θουκυ-

a κῶς pro πῶς, litera posita pro litera. b ἐπειχθῆναι, verbi ἐπείγομαι. c τεθνάναι verbi τέθνημι, reduplicatione Ionica. Iones enim pro ι sumunt ε: sed hæc ex Grammatica debent esse nota pueris. d Quisque suam putat conditionem esse miserrimam, scribit Cicero.
e συνενείκαιεν, aorist. α. est verbi ἐνείκω. Retinet characteristicam præsentis. f τῶν πέλας, vicinorum. aduerbia enim cum articulis iuncta, fiunt nomina: vt τῶν ἄνω, τῶν κάτω.
g αὐτέων pro αὐτῶν. h ἀποφεροίατο, pro ἀποφέροιντο, sæpe obuium apud Homerũ.
i ἐσενείκαντο, aorist. α. med. verbi ἐνείκομαι, retenta characteristica, vt dictum est.

Ex optimis viris, credibile est optima cõsilia existere. Ibid.

[a] *Antiquiora enim quæ ad Deum, quàm quæ ad homines pertinent. lib. 5.*

[b] *Cogitare & facere mala, idem apud Deum valet.*

Quoties ingentes sunt euentura calamitates vel ciuitati vel nationi, solent signis pronunciari. lib. 6.

Deus neminem alium, quàm se ipsum, sinit magnificè de se sentire. lib. 7. Deus superbis resistit.

Omnis res properando parit errores. Ibid.

In tam breui vita nullus hominum adeò felix extitit, cui non crebrò, nedum semel, subeat animo, moriendi voluntas potius, quàm viuendi. Ibid. Vita misera.

Magna negocia magnis cũ periculis suscipi volunt. Ibid.

Id verò scio si omnes homines qui domestica mala in medium contulissent, cum vicinis mutare volentes, mala vicinorum intuiti fuissent, libenter reportaturos rursum singulos, ea quæ ipsi attulissent. Ibid.

Rei consilio gestæ, lætus plerumq; est exitus. Bonum consilium sequitur lætus exitus.

Ne res periculosas suscipias cuiuscunq; rei fiducia, nulla cogente necessitate.

Homo quispiam nec est, nec erit, qui ex quo natus est, mali exors sit: & vt quisq; maximus est, ita ei debentur maxima. Ibid. Plus est sollicitus magis beatus. Ausonius. μεγίστοις μέγιστα.

Duo magna numina, suadela & necessitas. lib. octauo.

Regis vires supra hominũ sunt, & manus prælonga. Ibid. Regibus longæ manus.

Tyrannus tyranno operam præstat. Ibid.

Natura comparatum est, vt è mollibus regionibus molles viri existant: neue ex eadem terra admirandæ fruges, & egregij bello viri gignantur. lib. 9. Alia alibi proueniunt.

Vino descedente, ascendunt verba improba, ac furiosa. Athen. lib. 13.

Thu-

a Deus ante homines conditos ab æterno fuit principio & fine carens. seu docet illa sententia, quòd Deo oporteat magis obedire quàm hominibus. Laudat enim ea sententia Spartanos, qui pietatem prætulerint hominibus.

b Deo non tantùm scelera externa, sed etiam interiores vitiosi affectus displicent.

* Θουκυδίδου.

ἀεὶ ^a καθεστῶς γέγονε, τὸν ἥσσω ὑπὸ τοῦ δυνατωτέρου κατείργεσθαι.

Nemo contentus præsenti fortuna.

τὸ παρὸν γὰρ ἀεὶ βαρὺ τοῖς ὑπηκόοις.

προσπίπτουσαι τύχαι οὐ λόγῳ διαιρεῖται.

b πλεῖω καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι, εἰς τοὐναντίον αἰσχρῶς περιέστη.

Futura, incerta.

ἥκιστα πόλεμος ἐπὶ ῥητοῖς χωρεῖ.

c πάτριον ὑμῖν, ἐκ τῶν πόνων τὰς ἀρετὰς κτᾶσθαι.

a καθεστῶς Atticè, pro καθεστηκὼς, verbi καθίστημι.

b Etiã quæ bene cogitata sunt, surripiuntur hominibus sæpissimè. Plautus.

τὰ πολλὰ τοῦ πολέμου γνώμῃ καὶ χρημάτων περιουσίᾳ κρατοῦνται.

ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει.

τὸν οὐκ ἐόντα ἅπας ^d εἴωθεν ἐπαινεῖν.

φθόνος τοῖς ζῶσι πρὸς τὸν ἀντίπαλον· τὸ δὲ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται.

αἴσχιον ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι, ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι.

ἐλπίδος ἐν τῷ ἀπόρῳ ἡ ἰσχύς.

φεύγων πόνους, φεύγει καὶ τιμάς.

τὸ ἄπραγμον οὐ σώζεται, μὴ μετὰ τοῦ δραστηρίου τεταγμένον.

Nihil perpetuum.

πάντα πέφυκε ἐλασσοῦσθαι. (ἀκολασίας.

ἀμαθία μετὰ σωφροσύνης ὠφελιμώτερον, ἢ δεξιότης μετ'

δοῦλοι τῶν ἀεὶ ἀτόπων, ὑπερόπται δὲ τῶν εἰωθότων.

Crux vigilãtes & cautos, felicitas negligentes efficit.

κακοπραγίαν ῥᾷον ἀπωθοῦνται ἄνθρωποι, ἢ εὐδαιμονίαν διασώζονται.

ξύγγνωμον ἐστὶ τὸ ἀκούσιον.

c Generosos animos labor nutrit: quẽ si recuses, parũ esse poteris. Seneca.

e πεφύκασι ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν· καὶ οὐκ ἐστὶ νόμος ὅστις ἀπείρξει τούτου, ἐπεὶ ^f ἐξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι.

Βραχὺ.

* Thucydidis Atheniensis, belli Peloponnesiaci, quod Græcæ ciuitates inter se gesserunt multis annis, varijs ac multiplicibus vltro citroq; acceptis calamitatibus, lib 8. cum Græcis commentarijs, Basileæ impressi sunt in fol. Complexus est autem Thucydides in singulis libris aliqua insignia & splendida exempla & historias obseruatione & memoria dignas, quæ illustri specie & splendore suo mentes legentium allicerent. Oratio eius pressa est, quæ paucis verbis res multas complectens, propria, breuis, augusta, neruosa, conferta rebus, verborum numerum ferè sententiarum numero consequitur, qualis fuit sapientis illius antiquitatis βραχυλογία τις λακωνική, seu, vt Marcellinus inquit, in qua ἡ λέξις [illegible]. d εἴωθε præteritum med Atticum, cum prosthesi ε, & epenthesi ω, verbi ἔθω, pro ἦθε. e Homines sine peccatis, sine delictis non viuunt. f ἐξεληλύθασι Atticè pro ἐξηλύθασι, repetita prima thematis.

Thucydidis.

Semper factitatum est, vt imbecillior à potentiore coherceretur. lib. 1.

Semper enim præsens status grauis est subditis.

Fortuiti casus sub orationem non veniunt.

Futura, fortuita & incerta.

Plura quæ bene consulta videbantur, turpiter in contrarium ceciderunt.

Perrarò bellum eò, quò euasurum prædicatur, euadit.

Patrium vobis est, per labores assequi virtutes.

Magna ex parte bellū cōsilio & pecunia vi geritur. lib. 2.

Inscitia fiduciam, prudentia verò cunctationem affert.

[a] *Non viuentem amplius, quilibet solet laudare.*

Viuenti inuidia est apud aduersarium: quod verò sublatum est, irrefragabili colitur beneuolentia.

Turpius est, quàm conatu potiendi frustrari, exui potientem.

Vis spei lubrica est.

Recusans laborem, & honores recusat.

[b] *Ocium neq; potest esse incolume, nisi negocio modificatum.*

Naturâ comparatum est, vt omnia decrescant.

[c] *Vtilior est imperitia cum modestia, quàm peritia cum immodestia. lib. 3.*

Homines serui sunt absurdarum rerum, & præsentia fastidiunt.

Aduersitatem facilius propulsant homines, quàm felicitatem tutantur.

Quod citra voluntatem fit, id dignum est venia.

Solēt natura omnes & priuatim & publicè delinquere: nec vlla lex tanti est, quæ istud prohibere posit, cum per omnia iuerint supplicia homines.

Ad bonam causam tria verba sufficiunt.

a Pascitur in viuis liuor, post fata quiescit:
Tunc suus ex merito quenque tuetur honos. Ouid.

b Homines nihil agendo, malè agere discunt: quemadmodum rectè se habet sapiens illud M. Catonis oraculum, apud Columellam lib. 11. de re Rustica.

c Potior modestus indoctus, quàm eruditus improbus. Nam finis doctrinæ ac eruditionis, est probitas, modestia, &c.

βραχὺ, ἀνθρώπων ὁσίων σώματα διαφθεῖραι· ἐπίπονον δὲ, τὴν δύσκλειαν αὐτοῦ ἀφανίσαι.

Veritatis simplex oratio.

ἔργων ἀγαθῶν ὄντων, βραχεῖα ἡ ἐπαγγελία ἀρκεῖ.

ἔργων ἁμαρτημένων λόγοι ἔπεσι κοσμηθέντες προκαλύμματα γίγνονται.

σωφρόνων ἀνθρώπων, οἵτινες τἀγαθὰ ἐς ἀμφίβολον ἀσφαλῶς ἔθεντο, καὶ ταῖς ξυμφοραῖς οἱ αὐτοὶ εὐξυνετώτεροι ἂν προσφέροιντο.

ἐλάχιστ' ἂν οἱ τοιοῦτοι πταίοντες, διὰ τὸ μὴ τῷ ὀρθουμένῳ αὐτοῦ πιστεύοντες ἐπαίρεσθαι, ἐν τῷ εὐτυχεῖν ἂν μάλιστα καταλύοιντο.

τὸ δὲ ἀστάθμητον τοῦ μέλλοντος ὡς ἐπὶ πλεῖστον κρατεῖ· πάντων τε σφαλερώτατον ὂν, καὶ χρησιμώτατον φαίνεται.

ἄφανες ἀτέκμαρτον.

Vicini.

πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας πᾶσι τὸ ἀντίπαλον καὶ ἐλεύθερον καθίσταται.

τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴ εἰσὶν οἱ βωμοί.

ἐμμενῶ τῇ ξυμμαχίᾳ κατὰ τὰ ξυγκείμενα δικαίως, καὶ ἀβλαβῶς, καὶ ἀδόλως· καὶ οὐ παραβήσομαι τέχνῃ, οὐδὲ μηχανῇ οὐδεμιᾷ.

Reprobum hominum iudicium.

τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια.

ἡ πόλις ἂν μὲν ἡσυχάζῃ, φιλεῖ τρίψεσθαί τε αὐτὴ περὶ ἑαυτὴν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι.

φθόνον καὶ φόβον, ἀμφότερα πάσχει τὰ μείζω.

εἰκὸς γὰρ αὐτοὺς, ἀκριβέστατα ἑκάστους, τὰ σφέτερα αὐτῶν δεινὰ ἐπισταμένους, φοβεῖσθαι.

λόγος ἐστὶ, ὡς εἰ πολέμιός γέ τις γεγονὼς σφόδρα ἔβλαψε, ὁ αὐτὸς φίλος πάλιν γενόμενος, ἱκανῶς ἂν ὠφελῆσαι δύναιτο.

πόλεμος, καὶ τὸ τῆς τύχης, παράλογόν ἐστι.

* ἀποπλῆσαι, verbi πλήθω.

* ἀποπλῆσαι τῆς γνώμης τὸ θυμούμενον, ἅμα δὲ ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι, πάντων ἥδιστόν ἐστι.

ἰσομοιρία τῶν κακῶν μετὰ πολλῶν, κούφισιν ἔχει μεγίστην.

ἄνδρες πόλις, καὶ οὐ τείχη, οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί.

Διοδώρου

Facile est, viros innocentes perdere: sed arduum, eius facti infamiam abolere.

Res si bonæ fuerint, breuis commemoratio sufficit.

Compti autem modulatiq; sermones, improbis operibus sunt vel anima.

[a] *Est prouidorum hominum, felicitatem suam, persuasum habere, in incerto positam esse, vt ferendis aduersis sint instructiores. lib. 4.*

Prudentes homines, qui animos non tollunt, sua prosperitate confisi, minimum labuntur, in summa felicitate maximè trepidi.

Plerumq; futuri temeritas præualet: quæ cum sit omniũ rerum fallacissima, tamen vtilissima videtur.

Quod obscurum, inexploratum est.

Bonum ac malum hominibus proficiscitur à vicinis.

[b] *Delictis non voluntarijs refugium sunt aræ.*

[c] *Stabo in societate secundum conuenta, iustè & innocenter, & simpliciter: neq; transgrediar vlla neq; arte, neque machinatione. lib. 5.*

Ea pro honestis habent homines, quæ sunt voluptuosa: pro iustis, quæ sunt vtilia.

† *Ciuitas si sit in ocio, in se ac per se ipsam conteri solet, more aliarum rerum. lib. 6.*

Inuidiam ac timorem, vtrunq; patiuntur potentiora.

Conuenit vnumquemq;, quæ sibi periculosa sunt, ea & scire præcipuè, & timere.

Vetus sermo est, Si quis, dum hostis esset, vehementer nocuit: eundem si amicus sit, satis profuturum.

Inopinati bellorũ sunt euẽtus, ac anceps fortuna est. lib. 7.

Sumere vltionem, & saturare animi iracundiam, simul inimicos propulsare, res est omnium iucundissima.

Aerumna, quæ cum multis communis est, habet aliquid leuamenti.

Viri enĩ ciuitas sunt, non mœnia, & naues viris vacuæ.

Bbb 2 Dio-

Ad bonam causam tria verba sufficiunt.

a Nihil est quod ita eleuet obtundatq; ægritudinẽ, quã perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod nõ accidere possit. Cicero.

Spes futuri incerta, sæpe fallit homines

b Supplices ad templa, aras, statuas confugiebant, apud gẽtes.

c Iusiurãdum est confœderatorum Atheniensium cum Argiuis, Mantinæis & Elæis, ad annos centum.

Inimicum vlcisci, vitam accipere est alteram. Publius in Mimis.

† Docet id Roma, quæ, destructa Carthagine contra Catonis consilium, suis ruebat viribus: vt scribit Horatius.

* Διοδώρου τοῦ Σικελιώτου.

Lectio historiarũ seruit omnibus.

Φυλακὴ μὲν τῆς τῶν ἀξιολόγων ἀρετῆς, μάρτυς δὲ τῆς τῶν φαύλων κακίας, εὐεργέτης δὲ τοῦ κοινοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

προφῆτις τῆς ἀληθείας ἱστορία, τῆς ὅλης φιλοσοφίας οἱονεί μη τρόπολίς ἐστι.

οἱ δὲ † αἰγύπτιοι τὸν μὲν ἐν τῷ ζῆν χρόνον εὐτελῆ παντελῶς εἶναι νομίζουσι· τὸν δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν δι' ἀρετὴν μνημονευθησόμενον, περὶ πλείστου ποιοῦνται. καὶ τὰς μὲν τῶν ζώντων οἰκήσεις, καταλύσεις ὀνομάζουσιν, ὡς ὀλίγον χρόνον ἐν ταύταις οἰκούντων ἡμῶν. τοὺς δὲ τῶν τετελευτηκότων τάφους, ἀϊδίους οἴκους προσαγορεύουσιν, ὡς ἐν ᾅδου διατελούντων τὸν ἄπειρον αἰῶνα. διόπερ τῶν μὲν κατὰ τὰς οἰκίας κατασκευῶν ἧττον φροντίζουσι, περὶ δὲ τοὺς τάφους ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπουσι φιλοτιμίας.

τῶν μὲν παρανομούντων κολαζομένων, τῶν δ' ἀδικουμένων βοηθείας τυγχανόντων, ἀρίστη διόρθωσις ἔσται τῶν ἁμαρτημάτων.

ὁ φόβος ὁ γινόμενος ἐκ τῶν κρίσεων τοῖς παρανομοῦσιν, ἀνατρεπόμενος χρήμασιν ἢ χάρισιν, τοῦ κοινοῦ βίου σύγχυσις.

Principijs obstandum.

θεραπεία ἀναιροῦσα τὰς ἀρχὰς τῆς νόσου, μάλιστ' ἂν παρασκευάζει τὴν ὑγίειαν.

πάντα ἡ χρεία διδάσκει τὴν φύσιν.

καθόλου μὲν γὰρ ἐν ταῖς ἱστορουμέναις μυθολογίαις, οὐκ ἐκ παντὸς τρόπου πικρῶς τὴν ἀλήθειαν ἐξεταστέον.

μηδέν ἐστι μᾶλλον δυνάμενον εὐδαίμονα βίον παρασκευάσαι, τῆς εὐνομίας καὶ δίκης καὶ εἰρήνης.

τοῦ μὲν ζῆν, τὴν φύσιν αἰτίαν ὑποληπτέον· τοῦ δὲ καλῶς ζῆν, τὴν ἐκ τῶν γραμμάτων συγκειμένην παιδείαν.

κάλλιόν * ἐστι τοῦ νικᾶν, τὸ τὴν νίκην ἐνεγκεῖν ἀνθρωπίνως.

μηδεὶς

* Diodorus Siculus bibliothecam, seu vniuersalem totius ferè orbis habitati historiam omnium accuratissimã, temporibus & annis singulis distinctam, vsq; ad Iulij Cæsaris tempora complexus est: & res omnes eodem tempore in diuersissimis mundi partibus gestas, maxima perspicuitate & luce suo quasq; loco ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἦγε, hoc est, sub vnum aspectum posuit, & velut in tabula aspiciendas exhibuit. Verùm de 40. eius libris tantùm 15 extant, qui in Gallia typis Græcè excusi sunt: priores videlicet quinq;, deinde decimus ad vigesimum vsq;: quinq; intermedijs, quemadmodum cæteris etiam viginti quinq;, temporis iniuria amissis. † Etiam gentes crediderunt restare aliam vitam. Qualis verò illa futura esset, sine scriptura explicare non potuerunt. Ideoq; quisque suos affectus secuti, alij aliter eam sibi somniabant. Epicurus, quia bis vomebat per diem, docuit, vitam æternam futuram æternam crapulã, teste Platone. Quid enim diceret porcus ille aliud, sua sibi fingens somnia? Aegyptij autem semper clari fuerunt doctrinæ ac sapientiæ nomine. Ideo hinc inde ex Græcia discendi causa viri docti in Aegyptũ sunt profecti, vt est de Solone traditũ in Platonis Tymæo. * Maior hostis, qui latet sub pectore. Item: Bis vincit, qui se vincit in victoria. Publius. De Hannibale scribit Liuius, quòd vincere sciuerit, sed victoria vti nesciuerit.

Diodori Siculi.

Est historia custos eorum quæ cum virtute acta sunt, testem se malefactis, beneficamq́; erga omne genus hominum præbens. lib. 1.

Historia veritatis assertrix, totius philosophiæ veluti parens est.

Aegyptij sanè omnino parui faciendum præsentis vitæ tempus esse putant: futuræ verò gloriam, quæ virtute comparatur, maximi æstimandam. Domos nostras diuersoria appellant, tanquam breui tempore à nobis inhabitandas. Defunctorum sepulchra sempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum sit tempus, vocant. Ideo domus ædificandæ curam contemnunt: circa sepulchrorum magnificentiam summum studium operamq́; impendunt.

Punire nocentes, auxilium ferre oppreßis, optima ad prohibenda mala facinora via.

Pœna delicti aut pecunia aut gratia sublata, confusio vitæ cõmunis existit. Non punire delicta confundit hominum vitam.

Ea ad valetudinem cura est optima, quæ morborũ principia aufert.

Neceßitas in omnibus naturam instruit. lib. 3.

In priscis illis rebus, ac fabulis similibus, non omnino ad quadrantem veritas peruestiganda est. lib. 4. Superstitio in exponendis fabulis damnata.

Nil est vitæ hominum ad felicitatem comparandum vtilius, quàm leges, iusticia & pax. lib. 5.

[a] *Vitam nobis à natura datam existimandum est: verùm bene beateq́; viuendi rationem à literarum eruditione sumptam esse, cogitandum est. libro 12.*

Victoria clementer ac humaniter vti scire, longè, quàm ipsum vincere, pulchrius est. lib. 13.

Bbb 3 Nemo

a Summum literarum elogium Alexander dicebat, se non minus obligatum Aristoteli præceptori, quàm patri Philippo, autore Plutarcho.

μηδεὶς ἐλπιζέτω τῶν τυχόντων ὑπεροχῆς τινος, ἂν ἐξαμαρτάνῃ μεγάλα, λήσεσθαι διατελεῖν ἀνεπιτίμητος.

χαλεπὸν, δύναμιν μὲν σώματος ἔχειν μεγάλην, νοῦν δὲ μικρόν.

ταῖς εὐτυχίαις εἴωθεν ὡς ἐπίπαν ἀκολουθεῖν ῥαθυμία καὶ καταφρόνησις.

Πολυβίου.

Historia. μηδεμία ἑτοιμοτέρα ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις διόρθωσις, τῆς τῶν προγεγενημένων πράξεων ἐπιστήμης.

Oculus historiæ veritas. ὥσπερ γὰρ ζῶον, τῶν ὄψεων ἀφαιρεθεισῶν, ἀχρειοῦται τὸ ὅλον· οὕτως ἐξ ἱστορίας ἀφαιρεθείσης τῆς ἀληθείας, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίνεται διήγημα.

μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου, μηδὲ ὠμότερον τῶν ζώων.

εἰρωνεία γὰρ μετὰ μὲν τοῦ δικαίου πρέποντος, κάλλιστόν ἐστι κτῆμα, καὶ λυσιτελέστατον· μετὰ δὲ κακίας ἢ δουλείας ἐπονειδίστου, πάντων αἴσχιστον καὶ βλαβερώτατον.

οἵ τε περὶ τὰς αὐλὰς, κατὰ τὸ τοῦ βασιλέως νεῦμα μακάριοι καὶ παρὰ πόδας γίγνονται.

Principium finis. οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ τέλους τυγχάνειν, μὴ οὐ τῆς ἀρχῆς εὐστοχήσαντα.

πολλαπλασίους ἂν εὕροι τις τοὺς ἐπὶ προτερημάτων γεγονότας τῶν καλῶς τοῖς προτερήμασι κεχρημένων.

Quod malè fers, assuesce. Ouidius. πολλὰ γὰρ οὐ μόνον τῶν δυσχερῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδυνάτων εἶναι δοκούντων κατὰ τὰς ἀρχὰς, μετὰ ταῦτα χρόνου καὶ συνηθείας τυχόντα, ῥᾷστα πάντων ἐπιτελεῖται.

καθάπερ ἐμψύχου σώματος, τῶν ὄψεων ἐξαιρεθεισῶν, ἀχρειοῦται τὸ ὅλον· οὕτως ἐξ ἱστορίας ἐὰν ἄρῃς τὴν ἀλήθειαν, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀνωφελὲς γίγνεται διήγημα.

τῶν δὲ παραβόλων καὶ καλῶν ἔργων ἐφίενται μὲν πολλοὶ, τολμῶσι δ' ὀλίγοι.

πολλὰ

Nemo in eminentia constitutus existimet, si magna peccata admiserit, quòd semper impunè id sit habiturus. lib. 14.

Haud facilè euenit, vt quispiam ingentes corporis vires, & ingenium subtile habeat. lib. 17.

Vix erit immensus in pingui corpore sensus.

Secundas res consueuit vt plurimùm comitari ignauia & negligentia. lib. 19.

[b] Polybij.

Nulla hominibus facilior ad vitæ institutionem via est, quàm rerum antè gestarum cognitio. lib. 1.

Perinde ac si quis oculos animanti effoderit, quicquid superest corporis inutile fit: ita dempta ex historia veritate, narratio omnis inutilis est. Ibidem.

** Nullum ex reliquis animantibus homine atrocius, atque efferatius est.*

Pax enim si iusta & honesta sit, res est certè omnium rerum pulcherrima atque optima. Nihil tamen est aut faciendum iniustè, aut patiendum turpiter, vt pace frui valeamus. lib. 4.

Qui regias principum sequuntur, pro regis voluntate nunc beati, mox miseri fiunt. lib. 5.

Aulica beneuolentia non diuturna.

Haud enim fieri potest, vt finem ritè consequatur, qui de principio non rectè conijcit. lib. 9.

Fit vt plures sint qui prærogatiuis potiantur, quàm qui prærogatiuis rectè vtantur. lib. 10.

Facilius adipisci dignitates & honores, quã ijs rectè vti.

Etenim multa non modò ex illis quæ difficilia, sed quæ impossibilia initio videntur, temporis successum & consuetudinem adepta, omnium facillima redduntur.

Quemadmodum corpus animatum, si ossa sint exempta, totum redditur inutile: ita & historia, si veritatem illi abstuleris, quod reliquum est, inanis redditur oratio. lib. 12.

Oculus historiæ veritas.

Facta audacia & præclara appetunt quidem multi, aggrediuntur autem pauci. lib. 17.

Volunt potiri omnes, sed suum in potiundo periculum esse nolunt.

Multa

[b] Polybius libros scripsit historiæ Romanæ 40. de quibus supersunt quinque priores tantùm, & sequentium duodecim Epitome. Editi sunt autem Basileæ Græcè & Latinè simul, in fol.

* Omnia namque suæ naturæ debita soluunt,
Præter eum plus his qui rationis habet: vt ait Poëta.

πολλὰ καινὰ τοῦ πολέμου.

Διονυσίου τοῦ ἁλικαρνασσέως.

ἱστορία ἀρχὴ φρονήσεώς τε καὶ σοφίας.

ἅπαν δὲ συγγνώμης ἄξιον τὸ ἀκούσιον.

πίστεως οὔτε μεῖζον, οὔτε ἱερώτερον πάθος ἀνθρώποις οὐδέν.

οὕτω γε οὖν σεβαστόν τι πρᾶγμα καὶ ἀμίαντον νενόμισται τὸ πιστὸν, ὥστε ὅρκον τε μέγιστον γενέσθαι τὴν ἰδίαν ἑκάστῳ πίστιν, καὶ μαρτυρίας συμπάσης ἰσχυρότερον.

* Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. Iuuenalis.

πολλῶν συνειδότων, οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον πέφυκε τὰ ἀπόρρητα σιωπᾶσθαι χρόνον.

* οὐ γὰρ ἂν γένοιτο φρόνημα εὐγενὲς, ἐν ἀνδράσιν ἀπορουμένοις τῶν καθ' ἡμέραν ἀναγκαίων.

Concordia paruæ res crescunt, discordia magnæ dilabũtur. Salustius.

αἴτιον ἰσχύος μὲν τοῖς ἀσθενέσιν ὁμοφροσύνη, ταπεινότητος δὲ καὶ ἀσθενείας καὶ ταῖς ἰσχυροτάταις ἀλληλοφθονία.

ἅπαντα μὲν, ὡς ἔοικεν, ἄνθρωπον ὄντα δεῖ προσδοκᾶν τὰ παράδοξα, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι ἄτοπον.

χωρὶς θεοῦ οὐδὲν ἂν γένοιτο τῆς ἀνθρωπίνης σπουδῆς καὶ προνοίας ὄφελος.

τέκνα καὶ γυναῖκες καὶ γονεῖς, τιμιώτερα τῆς ἰδίας ἐστὶν ἑκάστῳ ψυχῆς.

Honores mutant mores.

οὐχ ὁμοία διάνοια τῶν ἀνθρώπων δεομένων τε, καὶ ἀποπληρωθέντων ὅταν ἂν δεηθῶσιν.

τυραννὶς πάντας ἔχει ὑφ' ἑαυτῇ τοὺς νόμους.

τὰ ἀσφαλέστερα πρὸ τῶν θρασυτέρων χρὴ αἱρεῖσθαι.

πολλῷ κρείττων καὶ βεβαιοτέρα ἀρχὴ, ἥτις εὐεργεσίαις, ἀλλὰ μὴ τιμωρίαις κρατεῖν βούλεται τῶν ὑπηκόων.

τὸ βεβαιότερον, δικαιότερον.

ἔρωτι ἅπαντες γλίχονται μεταβολῆς.

Contumeliæ.

τὸ γὰρ ἠρεθισμένον ἅπαν, ἄλλως τε κἂν ταπεινὸν ᾖ, πρὸς μὲν τοὺς ὑπερηφανοῦντας ἀγριαίνεσθαι φιλεῖ, πρὸς δὲ τοὺς θεραπεύοντας ἡμεροῦσθαι.

Absolutum nihil.

οὐ γὰρ ἐν δυνατῷ ἦν ἄρα, πάσας τὰς ἀρετὰς ἐν ἀνθρώπου γενέσθαι φύσει, οὐδὲ φύεταί τις ἀπὸ θνητῶν καὶ ἐπικήρων σπερμάτων, περὶ πάντα ἀγαθός.

Mora, dilatio.

χρήσιμον δὲ πρᾶγμα ἐν πολλοῖς καὶ ἥκιστα σφαλερὸν ἀναβολὴ, καὶ πολλὰ ὁ χρόνος ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μετατίθησι.

τὸ μὴ

Multa in bello noua. Apud Suidam pag. 295.

* Dionysij Halicarnasſei.

Hiſtoria prudentiæ ſapientiæq́; principium. lib. 1.

Omne peccatum inuoluntarium meretur veniam.

Fide nulla res apud mortales maior, aut ſanctior eſt. lib. 2.

Adeò veneranda res fides habetur, & inuiolabilis, vt ſua cuiq; fides pro teſtimonio debeat eſſe, proq; iureiurando ſanctiſsimo.

Quæ multi ſciunt, non diuturno teguntur ſilentio. lib. 3.

Nihil generoſum poteſt ſapere, qui quotidiani victus penuria premitur. lib. 4.

Infirmæ res concordia potentes fiunt: cæterùm vel potentiſsimæ peſſum eunt, vbi laboratur inuidia mutua.

Omnia expectanda ſunt homini, quantumuis incredibilia, nihilq́; abſurdum putandum eſt.

Sine Deo nihil humana conſilia proficiunt.

Coniuges, liberi atq; parentes, vita ipſa chariora pignora ſunt vnicuiq;.

Alia mens eſt indigentibus, alia aſſecutis ea quibus eguerant. lib. 5.

a *Tyrannis omnibus legibus ſuperior eſt.*

Præferenda tutiora conſilia fortioribus. lib. 6.

b *Optimum & firmiſsimum eſt imperium, quod ſubditos beneficio magis quàm pœna in officio continet.*

Summum ius c *ponitur in ſumma violentia.*

Nouarũ rerũ cupidine plerìq; omnes homines naturâ laborant.

Sic natura eſt comparatum, vt vel modeſtiſsima ingenia exaſperentur irritata contumelijs, ſed eadem facile miteſcant officijs

Non poteſt omnes virtutes natura humana capere, nec vnquã è mortali ſemine naſcetur vir abſolutè bonus. lib. 8.

Plerumq; autem vtile eſt differre, caretq́; periculo, & multa mutantur vel vnius diei tempore.

* Romanæ hiſtoriæ initia, & vrbis, magiſtratuũ, ſacrorum, Iuris ac legum Romanarum origines, accuratiſſimè & ornatiſſimè deſcripſit Dionyſius Halycarnaſſeus, vſq; ad initium primi belli Punici, & annũ Vrbis 489. Extant eius hiſtoriæ adhuc libri vndecim, in quibus vſq; ad annum Vrbis 312 peruenit, & editi ſunt in Gallia Græcè, in fol.

a Iuxta Satyricum illud: Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Iuuenalis.

Nihil eſt dulcè, quod non reficit varietas.

b Si quis vult regnare, languida regnet manu. Violenta imperia nemo tenuit diu: inquit Seneca tragicus. c Id eſt: Qui eſt potentior, ille quoque eſt iuſtior wer den anderen vbermagt / der ſteckt jhn in ſackt & habet bonam cauſam.

Magistratus concordia.

τὸ μὴ στασιάζειν τοῖς προεστηκόσι τῶν κοινῶν, ἁπάντων ἀγαθῶν ἐν ταῖς πόλεσιν αἴτιον.

κρεῖττον γάρ ἐστιν ἄρξασθαι ὀψὲ τὰ δέοντα πράττειν, ἢ μηδέποτε.

τὰ μεγάλα ἔργα μεγάλων ἀεὶ κινδύνων ὠνούμεθα.

Historia.

βουλεύονταί τε ἄριστα περὶ τῶν μελλόντων, οἱ παράδειγμα ποιούμενοι τὰ γεγονότα τῶν ἐσομένων.

Non verborum, sed operum est philosophia.

μὴ λόγων, ἀλλ' ἔργων καλῶν ἄσκησις ἡ φιλοσοφία.

κρείττων ἡ πρόνοια τῆς μεταμελείας.

Ἀππιανοῦ τοῦ ἀλεξανδρέως.

φάρμακον δὲ κακῶν ἀκεστήριον, λήθη.

χρὴ τῶν κακῶν ἐπιλέγεσθαι τὰ μετριώτερα.

τοῖς μὲν εὖ πράξασιν ἔχουσιν πολλῶν ἀγαθῶν ἀμοιβὴ, τοῖς δ' ἀπραγοῦσι μετάνοια.

Fatalia.

τὴν * πεπρωμένην μοῖραν χείρονά τε καὶ κρείσσονα, οὐκ ἐστιν οὔτε ἀνδρὸς, οὔτε πόλεως ἐναλλάξαι. μοῖρα δέ τις καὶ πόλεων ἐστὶν, ὥσπερ ἀνδρῶν.

δεῖ τι καὶ παθεῖν μεγάλων ἐφιεμένους.

ἄνοια πᾶσιν ἐγγίνεται πλησιαζόντων τῶν κακῶν.

θαῤῥεῖν δὲ χρὴ τοῖς τε θεοῖς, καὶ αὐτῷ τῷ λογισμῷ.

χρὴ τὸ παρὸν σκοπεῖν μᾶλλον, ἢ τὸ γεγενημένον.

χρήματα, νεῦρα πολέμου.

† Δίωνος τοῦ νικαιέως.

φύσει τε γὰρ πᾶν τὸ νικῶν ἄπληστον.

Facilè omnes cùm valemus, recta cõsilia ægrotis damus. Terentius.

ῥᾷον παραινέσαι ἑτέροις ἐστὶν, ἢ αὐτὸν παθόντα καρτερῆσαι.

οὐ γὰρ δήπου τὰ χωρία οὔτε εὐτυχίαν οὔτε κακοδαιμονίαν τινὰ δίδωσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ καὶ πατρίδα καὶ εὐδαιμονίαν ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ποιεῖ.

ὅτι αὐτὸ μὲν τῶν φόβων τῆς δίκης ἐλευθερωθῇ, τὸ δὲ τῆς ἐλπίδος τῶν ἄθλων στερηθῇ, ἀγαθὸν μὲν οὐδὲν, κακὰ δὲ μυρία ἀπεργάζεται.

ἡ μὲν

* πεπρωμένην autem particip. præteritum pass. syncopatum, pro πεπερατωμένον, verbi περατόω, quod termino: παρὰ τὸ πείρω, traho: fatatum, fato præscriptum.

† Dion Cassius, Nicææ in Bithynia natus, annorum 981. historiam ab vrbe Roma condita, vsque ad annum à nato Christo 231. quo ipse Dion vixit, deductam, libris 80. complexus est: quorum vix quarta pars hoc tempore extat. Libri autem historiæ Romanæ Dionis, quotquot reperiri adhuc potuerunt, 23. in Gallia sunt editi Græcè in fol. Eiusdem verò Dionis Epitome Græca, quam Xiphilinus patriarcha Constantinopolitanus ex Dione conscripsit, ibidem in 4. excusa est, forma maiori seu regali, vt vocant.

Magistratuum consensus, omnium bonorum causa solet esse ciuitatibus.

Præstat enim serò quàm nunquam officium facere. lib. 9.

* *Magna operæ præmia semper magnis emũtur periculis.*

* Nihil natura magnum voluit effici citò, proposuitq; pulcherrimæ cuiq; rei difficultatem: vt scribit Quintilianus.

Non aliunde melius consilia petuntur quæ in futurum prosint, quàm à præteritarum rerum exemplis. lib. 10.

Non verborum, sed pulchrorum operum exercitatio, philosophia. lib. 11.

Melior prouidentia, pœnitentia.

Appiani Alexandrini.

Appiani Alexandrini de ciuilibus Romanorũ bellis historiarum lib. 5. libri item, Illyrius, Celticus, Libycus, Syrius, Parthicus, Mithridaticus, editi sunt Græcè in Gallia, in fol.

Remedium autem aduersus calamitates, est obliuio. lib. 1. de bellis Punicis.

E' malis eligenda minima.

Obœdientes magna præmia manent, inobœdientes pœnitentia.

Fatalem necessitatem, siue malam siue bonam, nec homo potest mutare, nec ciuitas. Sunt enim in ciuitatibus sua fata, sicut hominibus singulis. lib. de bello Syriaco.

Nunquam periculum sine periculo vincitur. de bellis Parthicis.

Imprudentia plerunq; solet calamitatem antecedere. de bello Mithridatico.

Dijs decet fidere, & causæ. lib. 2. de bello ciuili.

Oportet præsentia magis curare, quam præterita.

Pecunia, nerui belli. lib. 4.

Dionis Nicæi.

Ita fert natura, vt omnis victor inexatiabili rerum secundarum desiderio efferatur. lib. 35. Romanæ historiæ.

Victoria, res inexplebilis.

Facilius est adhortari alios, quàm seipsum contra aduersas res obfirmare. lib. 38.

Neq; enim loca ipsa felicitatẽ aut infortuniũ afferunt homini: sed vnusquisq; nostrûm ipse sibi & patriam & vitã beatam omni tempore vbicunq; locorum efficit.

Non locus, non patria beatũm faciũt, sed bonus status animæ.

Vbi metus suppliciorum aufertur, vbi spes præmiorum præciditur, ibi nihil boni, mala autem innumera existunt. lib. 41.

Pœna & præmia.

ἡ μὲν γὰρ εὐπραγία σωφροσύνην λαβοῦσα, διαμένει· καὶ ἡ ἐξουσία μετριάσασα, πάντα τὰ κληθέντα τηρεῖ.

ἐν τῷ χρόνῳ ὅτ᾽ οὐδὲν ὄφελός ἐστιν, αἰσθάνονται ὅτι κακῶς ἐβουλεύσαντο.

Naturam expellas furca, tamen vsque recurret. Horatius.

οὐδεὶς γὰρ οὔτε νόμος, οὔτε φόβος κρείττων, τῶν φύσει πεφυκότων, γίγνεται.

πῶς μὲν γὰρ οὐκ ἄριστον γυνὴ σώφρων, οἰκουρός, οἰκονόμος, παιδοτρόφος, ὑγιαίνοντά τε εὐφρᾶναι, καὶ ἀσθενοῦντα θεραπεῦσαι, εὐτυχοῦντί τε συγγενέσθαι, καὶ δυστυχοῦντα παραμυθήσασθαι, τοῦ τε νέου τὴν ἐμμανῆ φύσιν καθεῖρξαι, καὶ τοῦ πρεσβυτέρου τὴν ἔξωρον αὐστηρότητα κεράσαι; πῶς δ᾽ οὐχ᾽ ἡδὺ, ἀνελέσθαι τέκνον ἐξ ἀμφοῖν συμπεφυκὸς, καὶ θρέψαι, καὶ παιδεῦσαι, εἰκόνα μὲν τοῦ σώματος, εἰκόνα δὲ καὶ τῆς ψυχῆς, ὥστε ἐν ἐκείνῳ αὐξηθέντι ἕτερον αὐτὸν γενέσθαι; πῶς δ᾽ οὐ μακάριον, ἀπαλλαττόμενον ἐκ τοῦ βίου, διάδοχον καὶ κληρονόμον τοῦ βίου καὶ τοῦ γένους οἰκεῖον ἐξ ἑαυτοῦ γεγονότα καταλιπεῖν, καὶ τῇ μὲν φύσει τῇ ἀνθρωπίνῃ διαλυθῆναι, τῇ δὲ ἐκείνου διαδοχῇ ζῆσαι; καὶ μήτε ἐπ᾽ ἀλλοτρίοις, ὥσπερ ἐν πολέμῳ, γενέσθαι, μήτε ἄρδην ὥστε ἐν πολέμῳ ἀπολέσθαι; καὶ ταῦτα μὲν τὰ κέρδη ἰδιά που τοῖς γαμοῦσι καὶ τεκνοποιοῦσιν ὑπάρχει.

Liberi, imago corporis & animæ parentum.

† Πλουτάρχου.

* ἔοικε γὰρ ὄντως χαλεπὸν εἶναι, φαύλην ἐχούσῃ πόλει, καὶ μισοῦσαν, ἀπεχθάνεσθαι.

* Docti viri non habendi inimici, quòd nocere possint. ἔοικε, pro εἶκε, præterit. mediū verbi εἴκω, cum prosthesi ε.

ἡ πειθαρχία μάθημα μέν ἐστιν ἄρχοντος. ἐμποιεῖ γὰρ ὁ καλῶς ἄγων, τὸ καλῶς ἕπεσθαι.

μία κακῶν παῦλα καὶ λύσις ἀνθρώποις ἐστὶν, ἔκ τινος τύχης θείας, εἰς ταυτὸ διανοίᾳ φιλοσόφῳ βασιλικὴν συμπεσοῦσαν δύναμιν, ἐγκρατῆ καὶ ὑπερδέξιον τῆς κακίας τὴν ἀρετὴν καταστῆσαι.

ἔργμασι

† Amplissimus historiæ Græcæ & Latinæ thesaurus, & verè bibliotheca omnium veterum historiæ scriptorū, sunt Plutarchi Chæronensis (qui circa annum à nato Christo 100 floruit) monumenta, in quibus vitas illustrium gentis Græcæ ac Latinæ virorū circiter 50 complexus est, plenas optimarū rerum copia, & stipatas sapientissimis sententijs, & regulis vitæ: ad quas, velut ad scopū, narrationes plerasq; solet referre. Orditur autem Græcorum vitas à Theseo Athenarum rege: ac desinit in Philopœmene Achæorum duce, qui octennio ferè post Antiochi Magni cum Romanis bellum decessit, anno ante Christi natalem 180. Romanos vero duces à Romulo vsque ad Galbam & Othonem deducit, qui anno post natalem Christi 71 inter se de imperio dimicarunt. Eius Parallela, id est vitæ illustrium virorum numero 48. Græci nominis ac Latini ita digestæ, vt semper Græco homini Latinus aliquis comparetur, vt Theseo Romulus, Alexandro Cæsar, &c. Basileæ Græcè excusæ sunt, in fol.

Res secundæ, vbi animus continens ijs moderatur, perdurant: potentiaq; mediocriter vsurpata, omnia bona conseruat. lib. 43.

Tum demum sentiunt se malè de rebus suis statuisse, cum id nihil iam prodest. lib. 44.

Tūc iudicant homines, cum pœnitet.

Nulla lex, nullus metus, hominibus natura insunt, quàm quæ plus valet. lib. 55.

Cur non optima res sit vxor pudica, domus custos, administratrix, liberorum nutrix? quæ & sanum exhilarare, & agrum curare, lætis vtenti rebus socia esse, aduersas consolari, iuuentutis nimiam animi ferociam coërcere, effœtam senectæ austeritatem temperare poßit? non sit suaue, ex vtrisq; natum infantem alere & educare, imaginem corporis animiq; sui, vt in eo adolescente alter tute nascaris? non beatißimum, vita obeuntem, proprium ac ex te ipso editum relinquere, qui in facultates & stirpem tuam succedat: ac naturæ humanæ ratione dissolutum, eius succeßione viuere? neq; quod in bello fit, inter alienos versari, ac protinus semel perire? Hæc commoda priuatim eos sequuntur, qui nuptijs & liberis student. lib. 56.

Commoda coniugij.

Plutarchi.

Equidem videtur reuera difficile, eam ciuitatē inimicā habere, quæ Musica & poëtica præstet. In Theseo.

Vt obœdiant subditi, disciplinæ principis est. Nam qui rectè ducit, vt rectè sequantur efficit. In Lycurgo.

Bonus dux bonum reddit comitem.

Vna malorum quies est, solutioq; hominibus, si ex diuina quadam sorte philosophico animo regia potestas coniungatur, quæ virtutem vitij victricem superioremq; constituat. In Numa.

Principes philosophi magnū cōmodum imperijs.

*ἔργμασι γὰρ ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν.
ἀπορίᾳ γὰρ δεῖ βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν.
ἀρχὴ γὰρ ὄντως τοῦ νικᾶν, τὸ θαῤῥεῖν.
ἡ δ᾽ εὐλάβεια, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἄριστον.
λόγος ὄργανον πειθοῦς.
μία γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀπειρία καὶ θράσος γεννᾷ, καὶ θάρσος ἀφαιρεῖται.

Pietatē cautè ac prudenter ambulare, εὐλάβεια significat. Fructus studiosum.

οὐδὲν γὰρ ἄλλο μουσῶν εὐμενείας ἀπολαύουσιν ἄνθρωποι τοσοῦτον, ὅσον ἐξημερῶσαι τὴν φύσιν ὑπὸ λόγου καὶ παιδείας, τῷ λόγῳ δεξαμένην τὸ μέτριον, καὶ τὸ ἄγαν ἀποβαλοῦσαν.

οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἢ συνδιαιτήσει καὶ συμβιώσει τὸ γινόμενον ἔοικεν, ὅτ᾽ ἂν ὥσπερ ἐπιξενούμενον ἕκαστον αὐτῶν ἐν μέρει διὰ τῆς ἱστορίας ὑποδεχόμενοι, καὶ παραλαμβάνοντες ἀναθεωροῦμεν, ὅσος ἦν, οἷός τε, τὰ κυριώτατα καὶ κάλλιστα πρὸς γνῶσιν ἀπὸ τῶν πράξεων λαμβάνοντες. φεῦ φεῦ, τί τούτου χάρμα μεῖζον ἂν λάβοις, πρὸς ἐπανόρθωσιν ἠθῶν ἐνεργότερον;

ἀρετή τοι δυστυχοῦσι μεγάλην ἔχει μοῖραν αἰδοῦς καὶ παρὰ πολεμίοις· δειλία δὲ, κἂν εὐποτμῇ, πάντῃ ἀτιμότατον.

καίτοι τὸ θεῖον τρισὶ δοκεῖ διαφέρειν, ἀφθαρσίᾳ, καὶ δυνάμει, καὶ ἀρετῇ· ὧν σεμνότατον ἡ ἀρετὴ, καὶ θειότατόν ἐστι.

ἐκεῖσε χρὴ τὸν ἄρχοντα τὴν γνώμην ἔχειν, τὰ μὲν δίκαια μὴ κινεῖν, ἀλλὰ καὶ παριδεῖν τι καὶ παρακοῦσαι τῶν ἁμαρτανομένων.

εὔνοια θαυμαστὴ, δι᾽ ἐπιείκειαν ἠθοῦς.

† verbi ἀδω.

τὸ κολακεύειν τοὺς στρατιώτας, αἴσχιον τοῦ † δεδιέναι τοὺς πολεμίους.
αἱ γὰρ ἀριστοκρατικαὶ φύσεις, ὀλίγα τοῖς πολλοῖς ἀδοῦσι, καὶ πρὸς ἡδονὴν ἔχουσι.

προειπε-

* Si demas γὰρ, erit versus pentameter, ex Theognide: si rectè memini, à Plutarcho vsurpatus.

In magnis enim rebus administrandis difficilimum est, omnibus posse placere. In Solone.

Indigentiæ enim ac necessitati subueniendum, inertiæ verò ac desidiæ minimè opitulandum.

Vincendi enim initium fiducia est. in Themistocle.

Pium autem atq; optimũ est, vt nihil nimis. In Camillo.

Eloquentia, persuasionis instrumentum. In Fabio Max.

Sola enim, vt videtur, inexperientia gignit audaciam, eademq; fiduciam aufert.

Nullum verò alium homini fructum benigna Musarum affert consuetudo, quàm studio ac disciplina mansuefactam naturam, medium ratione certa suscipere, & quod nimis est abijcere. In Mario.

Est enĩ conuictui & conuersationi similis res, cum apud nos ceu diuertentẽ vnumquenq; procerũ illorũ, historia duce, hospitio accipimus: acceptũ contemplamur, quantus sit, qualisq;: ex omnibus maximè illustria, maximè scitu digna decerpentes. Quid per immortales aut iucundius, aut ad instaurandos mores efficacius esse potest? In Aemilio Paulo. Historia ad cuius rei similitudinem quid conferat.

Virtus profectò infeliciter agentiũm magnam habet reuerentiæ partem, etiam apud hostes: ignauia verò, etiamsi fortunata sit, tamen vituperatione non caret.

Deus his tribus maximè præstare cæteris omnibus videtur, immortalitate scilicet, potestate atq; virtute: è quibus nihil virtute pulchrius, nihil honestius, nihil diuinius est. In Aristide.

Oportet præfectum eò mentẽ dirigere, eò cogitationẽ vertere, domestica minimè commouere, quædam videntẽ dissimulare & obaudire. In Philopœmene.

Ex morum comitate comparatur mirifica beneuolentia. In T. Flaminio.

Militem per assentationem sibi conciliare, quàm hostẽ reformidare, deformius existit. In Sylla.

Nobilissima enim & summa virtute ornata ingenia, quia non ad voluptatem consilia sua referunt, multitudini pertarò placere consueuerunt, In Lucullo.

προπεπτωκότων καὶ προηττημένων ταῖς ψυχαῖς, τὰ σώματα ῥᾳδίως ἐνίκησε.

Potentia imperiorum quomodo crescat.

οὐ γὰρ εὐτυχία τὰ Ῥωμαίων, ἀλλὰ τλημοσύνη καὶ ἀρετῇ πρὸς τὰ δεινὰ χωρούντων, εἰς τοῦτο προῆλθε δυνάμεως.

ἄμαχον γὰρ τὸ ἐνδελεχές.

Ξενοφῶν φησὶ, τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔχειν τι καὶ τὰς ἐν οἴνῳ καὶ παιδιᾷ φωνὰς καὶ διατριβὰς, ἀξιομνημόνευτον, ὀρθῶς λέγων.

Affectus non cohibiti, cæcos reddunt homines.

ἀνθρωπίνη φύσις ἐν πάθει γενομένη, τυφλόν ἐστι, καὶ μανιῶδες.

ἀλλ᾽ ἔοικεν οὐχ οὕτως ἀπροσδόκητον, ὡς ἀφύλακτον εἶναι τὸ πεπρωμένον.

ὡς γὰρ ἡ τοῦ νομίσματος ἀξία, πλείστην ἐν ὄγκῳ βραχυτάτῳ δύναμιν ἔχει· οὕτω λόγου δεινότης ἐδόκει πολλὰ σημαίνειν ἀπ᾽ ὀλίγων.

ῥῆμα καὶ νεῦμα μόνον ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, μυρίοις ἐνθυμήμασι καὶ περιόδοις ἀντίρροπον ἔχει πίστιν.

οἱ μὲν εὐφυεῖς, ἀναμνηστικοὶ μᾶλλον εἰσί· μνημονικοὶ δὲ, οἱ μετὰ πόνου καὶ πραγματείας παραδεχόμενοι. γίνεται γὰρ οἷον ἔγκαυμα τῆς ψυχῆς τῶν μαθημάτων ἕκαστον.

πολλῶν πάνυ καὶ μακρῶν περιόδων, ἓν ῥῆμα καὶ νεῦμα πίστιν ἔχοντος ἀνθρώπου, κυριώτερον ἡγεῖται.

οὐδὲν ἀνθρώπου θηρίον ἐστὶν ἀγριώτερον, ἐξουσίαν πάθει προσλαβόντος.

* καὶ κακίας μεγάλας, ὥσπερ ἀρετὰς, αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι.

ταχεῖα πειθὼ τῶν κακῶν ὁδοιπορεῖ. λεία γάρ τις ἡ πορεία, καὶ κατάντης ἐπὶ τὸ βουλόμενον. βούλονται δὲ οἱ πλεῖστοι τὰ φαῦλα, δι᾽ ἀπειρίαν τῶν καλῶν, καὶ ἄγνοιαν.

οὐδὲν, οἷον ἀληθινὴ καὶ βέβαιος εὔνοια, φυλακτήριον ἀνδρὸς ἄρχοντος.

λῃσταὶ

* Magni viri vtrumque faciunt : magnas virtutes, magna vitia. Platonis est.

Facilimè confractis animis, corpora debellari solent.

Nec verò tam fortunæ prosper euentus Romanorum potentiam auxit, quàm egregia virtus, ac summa in laboribus asperisq; rebus tolerantia, aduersis casibus succumbere nescia. In Crasso.

Omnia namq; vincit studiosa sedulitas. In Sertorio.

Xenophon scribit: Fortium virorum voces & gestus etiã in vino, etiam in lusu, dignum studio quiddam seruant, præclarè indicans. In Agesilao. Sapientum virorum ioci & lusus etiam vtiles.

Humanum ingenium cupiditate actum, cæcum quiddã, furiosumq; est. In Pompeio.

Sed enim fatum præuideri, quàm euitari, facilius potest. In Cæsare.

Idem rationi conuenit quod nummis, qui eo sunt præstantiores, quo in minore materia plus valoris ac precij complectantur. Sic optimum esse videtur orationis genus illud, quo paucis multa sunt grauiter, sapienter, acutè significata. In Phocione. Mores persuadent, non oratio.

Multa diserti hominis argumentationes ingenio & arte instructæ, vel vno viri boni verbo, vno etiam nutu facilè funduntur.

Qui celeri ingenio sunt, non multum memoria valent: qui verò cum labore percipiunt, hi sunt perceptorum tenaciores, propterea quòd velut inuritur, quicquid ab huiusmodi ingenijs discitur. In Catone.

Plerumq; enim probatus vir, & fidem apud populum habens, vno verbo vel nutu longas aliorum orationes superat. In Demosthene.

Nulla est fera vastior homine, cum licentiam affectuum nactus sit. In Cicerone.

Præclara ingenia, quemadmodũ virtutes maximas, eodẽ pacto vitia quoq; maxima producere solent. In Demetrio.

Subita persuasio ad scelus praua est, facilis est autẽ via & prona, qua quò volumus ducimur: mala autẽ plurimi volunt, ob inexperientiã bonorũ, atq; inscitiã. in Artaxerxe. Malæ naturæ non opus habent doctrina Publius: Ea quæ volumus, libẽter facimus.

Vera ac stabilis ciuium beneuolentia, optima principis custodia. In Arato.

λῃσταὶ γὰρ ἐμφωλεύονται πέτραις τε καὶ κρημνῶν περιέχονται· βασιλεῖ δὲ πίστεως καὶ χάριτος ἰσχυρότερον οὐδὲν, οὐδὲ ὀχυρώτερον.

Militaris potestas sine sapientia & consilijs, & ducibus formidabilis.

μηδὲν φοβερώτερον ἀπαιδεύτοις χρωμένης καὶ ἀλόγοις ὁρμαῖς ἐν ἡγεμονίᾳ στρατιωτικῆς δυνάμεως.

Ἀῤῥιανοῦ.

* Ἔσθιε καὶ πίνε καὶ παῖζε, ὡς τἆλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια.

αἰσχρὸν κλέψαι τὴν νίκην.

οὔτε τὸ σῶμα ὅτῳ εἴη καρτερὸν, οὔτε ὅστις γένει ἐπιφανὴς, οὔτε κατὰ πόλεμον εἰ δή τις εὐτυχοίη ἔτι μᾶλλον ἢ Ἀλέξανδρος, οὐδὲ εἰ τὴν λιβύην τις πρὸς τῇ ἀσίᾳ ἐκπεριπλεύσας κατάσχοι, οὐδὲ εἰς τὴν εὐρώπην ἐπὶ τῇ ἀσίᾳ τε καὶ λιβύῃ τρίτην, τούτων οὐδέν τι ὄφελος ἐς εὐδαιμονίαν ἀνθρώπου, εἰ μὴ σωφρονεῖν.

οὐδὲ πρὸς τῶν πολεμίων ἄρα ἀμελεῖται, ὅσα σώφρονα ἔργα.

Generosos animos labor nutrit: quem si recuses, parum esse poteris. Seneca.

πέρας δὲ τῶν πόνων γενναίῳ μὲν ἀνδρὶ οὐδὲν, ὅτι μὲν αὐτοὶ οἱ πόνοι, ὅσοι αὐτῶν ἐς καλὰ ἔργα φέρουσι.

πονούντων τοι καὶ κινδυνευόντων τὰ καλὰ ἔργα, καὶ ζῆν τε ξὺν ἀρετῇ ἡδὺ, καὶ ἀποθνήσκειν, κλέος ἀθάνατον ὑπολειπομένους. (σωφροσύνη.

καλὸν δὲ, ὦ βασιλεῦ, εἴπερ τι καὶ ἄλλο, καὶ ἐν τῷ εὐτυχεῖν ἀνδρῶν, τὰ ἔργα.

Nunquã periculũ sine periculo vincitur. Publius.

τῷ τι δρῶντι, καὶ παθεῖν ἐστὶν ὀφειλόμενον.

μόνη ἴασις ἁμαρτίας, ὁμολογεῖν τε ἁμαρτάνοντα, καὶ δῆλον εἶναι ἐπ' αὐτῷ μεταγιγνώσκοντα.

† Ἡρωδιανοῦ.

τά τε δε-

* Apud Suidam pag. 268. sic legitur: Ἔσθιε, πῖνε, ὄχευε, ὡς τἆλλα οὐδενὸς ἐστὶν ἄξια. vel pag. 319. ὡς τἆλλα ἀνθρώπινα οὐ τούτου ἐστὶν ἄξια, videlicet τοῦ τῶν δακτύλων ἐπικροτήματος, δεικτικῶς videlicet, gestu colludentis in plausu manus. Sic enim efficta erat, & hoc gestu posita, statua Sardanapali, in qua hæc verba erant inscripta. Legitur etiam apud Strab. lib. 14. Athenæus autem lib. 12. vbi multa similia aliorum voluptuosorum epicedia leguntur, hæc verba Chaldaicis literis eius statuæ fuisse adscripta ait: ἐγὼ δὲ ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρι ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, ἠφροδισίασα, εἰδὼς τόν τε χρόνον ὄντα βραχὺν, ὃν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτον πολλὰς ἔχοντα μεταβολὰς καὶ κακοπαθείας· καὶ ὧν ἂν καταλίπω ἀγαθῶν, ἄλλοι ἕξουσι τὰς ἀπολαύσεις, διὸ κἀγὼ ἡμέραν οὐδεμίαν παρέλιπον τοῦτο ποιῶν. Apud Plutarch. libro πρὸς κολώτην, Metrodorus Epicureus περὶ γαστέρα τὸ ἀγαθὸν constituit, in voluptate summum bonum clarè posuit: & πᾶν ἔργον κενὸν esse dicit, ὃ μὴ εἰς τοῦτο καταντᾷ. τὴν ἡδονὴν γὰρ (inquit Plutarchus ibidem) ἢ μέγιστον, καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι τῇ γαστρὶ περιγράφουσι. id est, totam voluptatem, quantacunque fuerit, tanquam centro & ambitu, ventre definiunt. † Herodianus historiam sui temporis à morte M. Antonini philosophi, ab anno Christi 181. vsque ad Gordianos in Africa interfectos, anno Christi 241 contexuit. Quem dulcissima & purissima oratione Latina, politissimè reddidit Angelus Politianus. Editus est Græcolatinè in 8. Basileæ.

Latrones enim rupes ac saxa incolunt, & præcipitijs se tutantur: regi autem nihil fide & beneuolentia firmius, neç munitius esse potest.

Nihil est in imperio formidabilius potestate militari, quæ indoctis vtitur, absurdisque consilijs. In Galba.

Arriani.

Comede, bibe, lude: cum cæteræ res humanæ hoc plausu nequaquam dignæ sint. lib. 1. expeditionis Alexandri.

** Victoriam furari turpe. lib. 4. Ibid.*

Nemo, siue is viribus polleat, siue genere excellat, siue fortuna Alexandrum exuperet, siue quis deuictæ Asiæ imperio Aphricam adiungat, & cum his Europam continuet, nisi moderatio animi assit, felix esse potest. Ibid. lib. 4.

Ne ab hostibus quidem, quod honestè quis agit, negligitur. Ibid.

Etiam hostis in hoste nō potest non probare virtutem.

Nullus alius laborū finis generoso animo, quàm honesti & gloriosi labores, qui ad facta honesta ferunt. lib. 5.

Labores enim ac discrimina pro re honesta aggredientibus, vt viuere, sic mori dulce est, cum immortalem sui nominis gloriam posteritati relinquere se sciant. Ibid.

Viris bonis & viuere & mori dulce.

Perpulchra verò res est, si quicquam aliud, in humanis vel prosperis rebus, animi moderatio. Ibid.

Animi moderatio maxima virtus.

Virorum est, magna facinora aggredi. lib. 6.

Virorum quid.

Qui præclarè quicquam facit, æquum est & pati. Ibid.

Summa medicina peccati est, & peccatum confiteri suum, & eiusdem pœnitentiam præ se ferre. libro 7.

Qui peccatū agnoscit, propemodùm est innocens. Seneca.

Herodiani.

* Alexandri verba sunt, volentis apertè potius cum hoste congredi, quàm ex insidijs adortum superare, sine laude & gloria, quam solam vigilabat & somniabat dum vixit.

τά τε δεινὰ ὑπ' ὄψιν πεσόντα, οἶκτον προκαλεῖται μείζονα.

οὐδὲν παράδοξον, ἄνθρωπον ὄντα εἰ τελευτὴ κατέλαβεν.

τοῖς μὲν γὰρ δυστυχήσασιν ἔλεος, τοῖς δὲ κρατήσασι φθόνος παρακολουθεῖ.

χρὴ δ' ἄνδρας γενναίους τε καὶ σώφρονας εὔχεσθαι μὲν ὑπάρχειν τὰ βέλτιστα, φέρειν τε τὰ προσπίπτοντα.

φύσει ἀνθρώπινον ἐλεεινὸν, ἐν ταῖς τῶν ὁμοφύλων συμφοραῖς.

Heliodorus Aethiopicæ historiæ libros 10 conscripsit, editos Græcè Basileæ in 4. Autor est iucundissimus & doctiss. argumentũ variũ est, & multiplex, vbi inter cætera multa, omnium humanorum affectuum absolutissima quædam imago, & coniugalis amoris, fidei ac constãtiæ pulcherrimum exemplar est.

Ἡλιοδώρου.

Εὐγενείας ἔμφασις, καὶ κάλλους ὄψις, καὶ λῃστρικὸν ἦθος οἶδεν ὑποτάττειν καὶ κρατεῖν, καὶ τῶν αὐχμηροτέρων δύναται.

εὐχαῖς, οὐκ αἰτίαις, ἐξιλεοῦται τὸ κρεῖττον.

μεγίστη παραψυχὴ, ἡ τῶν ὁμοίων ἀκοή.

κόρος γὰρ ἔρωτος, τῶν ἔργων τὸ τέλος.

τίς ἂν γένοιτ' ἂν γάμος ἁρμοδιώτερος, τοῦ προφητικοῦ τὴν ἱερωμένην λαμβάνοντος.

καλὸν γάρ ποτε καὶ τὸ ψεῦδος, ὅταν ὠφελοῦν τοὺς λέγοντας, μηδὲν καταβλάπτῃ τοὺς ἀκούοντας.

εὐχαριστία ξενίων τὸ κάλλιστον ἀνδρὶ νοῦν ἔχοντι.

τέχνη καὶ φύσιν οἶδε βιάζεσθαι.

τροφὴ γὰρ νόσων, ἡ σιωπή. τὸ δὲ ἐκλαλούμενον, εὐπαραμύθητον.

ἀλλὰ ἐστὶν ἄρα καὶ νοῦ παντὸς ὀξύτερον τὸ θεῖον, καὶ τοῖς κατὰ βούλησιν αὐτῷ δρωμένοις ἐπίκουρον γίγνεται, καὶ ἄκλητον, εὐμένεια πολλάκις φθάνον τὴν αἴτησιν.

ἀνθρώπου φύσις, ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν τὸ χαῖρον οὐκ ἐπιδέχεται.

ξένη γὰρ ἐν γῇ τὸ μὲν ὤνιον, ἀπόριον τοῖς ἀγνοοῦσι· τὸ δὲ αἰτούμενον, δυσμετάδοτον τοῖς ἐλεοῦσιν.

ἀρετῆς ἄρα ἐστὶ λογισμῶν ἡ ἀνάγκη.

ἀκοὴ γὰρ ὄψεως εἰς τὸ λυπῆσαι κουφότερον.

ἃ γὰρ ἐπιθυμεῖ ψυχὴ, καὶ πιστεύειν φιλεῖ.

εὐγενοῦς γὰρ ἤθους καὶ ὄψεως, καὶ βάρβαρον γένος οἶκτος εἰσέρχεται.

θαυμα-

Multo magis misericordiam pronocant, quæ oculis vsurpamus. lib. 1. *(lib. 2.*

Nihil profectò nouum fuit mori, qui homo natus fuerat.

Infelices misericordia, potentes inuidia sequitur. lib. 4.

Decet autem viros fortes atq; moderatos, optima quidē optare, sed ferre quæcunque incidant. libro. 6.

Natura homines condolent, ac misericordes sunt in contribulium infortunijs.

Heliodori.

Nobilitatis specimen, & pulchritudinis aspectus, & prædonū ingeniū sibi subijcere, & vincere ferociores potest. lib. 1. Formæ potentia.

Precibus, nō criminibus, placatur id quod est potentius.

Maxima consolatio, similia suorum casuum audire.

Amoris enim, quo res prosequimur, finis est satietas.

Quod coniugium hoc conuenientius esse potest, homine prophetico dicatam Deo ducente? Quisq; æqualem sibi ducat vxorem.

Pulchrum est enim mendacium, cum authori commodat, & audienti non nocet.

Gratitudo viro sapienti pulcherrimum munus. lib. 2.

Ars & naturam frangere potest. lib. 3.

Alimentum est enim morborum, silentium: cæterùm quod enunciatur, leniri consolatione facilè potest. lib. 4.

Sed est quauis cogitatione celerius numen: & ijs qui actiones suas ad illius voluntatem accommodant, auxiliatur etiā non imploratū, beneuolentia sæpius preces anteuertens.

Natura humana meram & non temperatam laticiam, capere non potest. lib. 5. Nihil ab omni parte beatum.

Etenim in peregrina terra empturis, ignorantibus loci consuetudinem, omnia carius venduntur, mendicantibus verò dantur facilius. lib. 6.

Inuentrix omnino consiliorum, necessitas est. lib. 7.

Auditus enim aspectu ad commouendum dolorem minus est efficax. lib. 8.

Quæ enim expetit animus, libenter credit.

Generosæ enim indolis & vultus commiseratio, etiam barbaricum genus subire solet. Virtus admirationi etiā hostibus.

θαυματοποιΐα τις ἐστὶ δαίμονος, εἰς τὰ ἔσχατα μὲν βάλλοντος, ἐκ δὲ τῶν ἀπόρων διασώζοντος.

τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, μεγάλων δεῖται κατασκευῶν.

ΦΙΛΟΛΟΓΩΝ.

† Ἀθηναίου.

Λυτρὰ ἄκη πόνων παντοῖα.

τροφὴ γὰρ ψυχῆς λόγοι καλοί.

τράγημα ὁ σωφρονιστὴς πᾶσιν ἐν μέσῳ λόγος.

* λαθεῖν δέ ἐστιν ἀδύνατον τὴν γυναῖκα, ποιοῦσαν οἶνον.

ἡδονὰς διώκειν προπετῶς, λύπας ἐστὶ θηρεύειν.

οὐδέν ἐστι ὀφθαλμῶν οὕτως ἀφραυλικὸν, ὡς γυναικὸς κάλλος.

[a] Ἰουλίου Πολυδεύκους.

ἐν ταῖς δίκαις, εἷς ἀξιόχρεως, πολλῶν μαρτύρων ἀρκεῖ.

οὐ γὰρ ἐργώδης ἡ μίμησις, κατὰ τὴν τῆς εὑρέσεως ὑφήγησιν.

πολλὰ καὶ ὧν πάνυ † ἴσμεν, ἐστὶν ὅτε ἐπὶ τὴν μνήμην οὐκ ἀπαντᾷ.

[b] τὸ ἐπιτήδευμα ἡρωϊκὸν, καὶ πρὸς εὐσωματίαν ἅμα καὶ εὐψυχίαν ἀσκεῖ, καὶ ἐστὶν εἰρηνικῆς τε καρτερίας ἅμα καὶ πολεμικῆς τόλμης μελέτημα. Πλουτάρ-

* Aorist. β. verbi λανθάνω.

† pro ἴσαμεν, per syncopé verbi ἴσημι.

† Athenæus, qui M. Antonini temporibus floruit, præter admirabilem multarum scituq; dignissimarum rerum & vocabulorum varietatem, plurimas etiam historias, ex omnium gentium scriptoribus, qui temporum iniuria amissi sunt, ac verè bibliothecam omnium veterum historicorum, poetarum, philosophorum complexus est. Similiter & Suidas non tantum Lexicon, seu Grammaticas vocabulorum interpretationes collegit, verùm etiam multorum regũ & hominum doctorum vitas & scripta, & tempora, quibus vixerunt, annotauit: vterque Athenæus & Suidas Basileæ in folio sunt editi, quisque separatim iusto volumine. Athenæus Latinè extat ab aliquot annis superioribus hactenus. Suidas autem ex Vuolphij versione sub prælo erat Basileæ apud Oporinum nostrum, dum hæc scribebamus. a Iulius Pollux sophista Atheniensis, scripsit Lexicon, seu Onomasticon impressum Basileæ, Græcè & Latinè, in 4. Libri sunt decem rerum ac synonymorum ordinibus & titulis secundum genera instructissimi, qui varietatem ac copiam vocabulorum ac rerum mirabilem suggerent: quemadmodum id pluribus verbis indicatur in præfatione Simonis Grynæi, vbi id opus ludimagistris omnibus diligentissimè commendat. b Venatio, cui deditos fuisse ab initio semper principes & reges tam barbaros quàm Græcos & Romanos, ac in scholis venatorijs ad eã rem institutos fuisse à peritis præceptoribus, scribũt Xenophon, Pindarus, Homerus, Plinius, Spartianus, Suetonius, Lampridius, Dion Cassius, Iulius Capitolinus, & multi alij: ita vt dedecus ferè fuerit principi viro, non operã dare venationi quæ belli esset meditatio. Hinc factum est, vt Darius rex Persarum iuberet asscribi suo sepulchro, quòd venator bonus fuisset, hoc pacto: φίλος ἦν τοῖς φίλοις, ἱππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος ἐγενόμην, κυνηγῶν ἐκράτουν, πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην. quemadmodum id Epicedion refertur ab Eustathio in commentarijs Dionysij, in Orbis descriptione. Atque hac etiam ætate omnia ferè curant remissius principes, quàm venationes, quibus omnino multum temporis & cogitationis tribuunt.

Miraculum Dei secretius, vt in extrema pericula coniiciat: & vbi nihil spei sit reliquum, seruet.

Magna negocia magnis indigent apparatibus. lib. nono.

PHILOLOGORVM.

Athenæi.

Variorum malorum remedia sunt balnea. Lib. 1. Dipnosophist.

Animi nutrimentum, est pulcher sermo.

Temperans sermo in medio bellarium est. lib. 10. Iucūdus sermo in cōuiuijs bellariorum instar est.

Fieri autē non potest vt mulier lateat, quæ biberit vinum.

Voluptates immoderatè sectari, dolores perquirere existimandum est. lib. 12. Voluptates immodicæ, dolorum causa.

Nihil oculis magis est iucundum, quàm mulieris præstantis forma. lib. 13.

Iulij Pollucis.

In iudicijs vnus fide dignus, pro multis testibus sufficiens est. lib. 3.

Non enim laboriosa est imitatio, post inuentionis explicationem. lib. 4.

Multa, quorum nobis magna noticia est, memoriæ tamen non semper succurrunt. Ibid.

Hoc studium heroicum regiumq́ est, & ad corporis animiq́ bonam constitutionem confert: estq́ tam placidæ fortitudinis, quàm militaris audaciæ specimen. lib. 5.

Plu-

[a] Πλουτάρχου.

ἡ μὲν γὰρ φύσις ἄνευ μαθήσεως, τυφλὸν, ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως ἐλλιπὲς, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν ἀτελές.

καὶ τὰ μὲν ῥάδια τοὺς ἀμελοῦντας φεύγει, τὰ δὲ χαλεπὰ ταῖς ἐπιμελείαις ἁλίσκεται.

εὔπλαστον γὰρ καὶ ὑγρὸν ἡ νεότης, καὶ ταῖς τούτων ψυχαῖς ἁπαλαῖς ἔτι τὰ μαθήματα ἐντήκεται· πᾶν δὲ τὸ σκληρὸν χαλεπῶς μαλάττεται. καθάπερ γὰρ σφραγῖδες τοῖς ἁπαλοῖς ἐναπομάττονται κηροῖς, οὕτως αἱ μαθήσεις ταῖς τῶν ἔτι παιδίων ψυχαῖς ἐναποτυποῦνται.

ἓν πρῶτον καὶ μέσον καὶ τελευταῖον ἐν τούτοις κεφάλαιον, ἀγωγὴ σπουδαία, καὶ παιδεία νόμιμός ἐστι· καὶ ταῦτα φορὰ καὶ συνεργὰ πρὸς ἀρετὴν, καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν.

τὸ γὰρ πολλοῖς ἀρέσκειν, τοῖς σοφοῖς ἐστὶν ἀπαρέσκειν.

Viri docti omnia bona secum portant.

πόλεμος οὐ λαφυραγωγεῖ ἀρετήν.

ὄργανον τῆς παιδείας οὐ κτῆσις ἀλλ᾽ ἡ χρῆσις τῶν βιβλίων ἐστί.

τὸ λίαν φιλεῖν, τοῦ μὴ φιλεῖν αἴτιον.

στοιχεῖα τῆς ἀρετῆς, ἐλπίς τε τιμῆς, καὶ φόβος τιμωρίας.

στιγμὴ χρόνου πᾶς ὁ βίος ἡμῶν.

ἡ συντροφία γὰρ, ὥσπερ ἐπιτόνιόν ἐστι τῆς εὐνοίας.

οἱ δ᾽ ἐν σοφοῖς φαῦλοι, παρ᾽ ὄχλῳ μουσικώτεροι λέγειν.

Philosophia.

τῶν δὲ τῆς ψυχῆς ἀῤῥωστημάτων καὶ παθῶν, ἡ φιλοσοφία μόνη φάρμακόν ἐστι.

σώζεται σῶμα μὲν ἐνδείᾳ, καὶ πηρώσει, ψυχὴ δὲ αὔξει καὶ πόνῳ.

μνήμη

[a] De Plutarchi Vitis paulo antè dictum est. Scripsit autem idem autor etiam Moralia quædam opera, erudita, varia, ac verè philologica: vnde apparet eum plurimæ lectionis hominem fuisse, & miræ memoriæ: tam frequens est in recitandis veterum historijs, & allegandis sententijs, vt multa potius collectanea dici mereantur, quàm scripta Plutarchi. Quod quidem eo gratius nobis esse debet, postquam plærique autores ab eo citati iam interciderunt: ex quibus saltem optimas & pulcherrimas quasque sententias nobis remansisse, beneficio & laboribus Plutarchi debemus. Apud Athenæum locus ei est inter multiscios illos Dipnosophistas. Illa eius Moralia, libelli plurimi ac varij, plerique iucundi, vtilis, antiqui ac eruditi argumenti, Basileæ in fol. sunt edita.

Plutarchi.

Cæca enim res est, sine doctrina & institutione, natura. Doctrina verò sine natura, manca existit: exercitatio autẽ vtroq; destituta, imperfectum quiddam est. libro de Puerorum institutione.

Negligentes ipsa quoq; fugiunt facilia, difficilia verò, diligentia comprehenduntur.

** Illa namq; nouella ætas ad fingendum facilis & tenera est, & ipsorum animis, dum molles adhuc extant, disciplinæ melius instillantur. Difficilius autem, quæ dura sunt, molliuntur. Quemadmodum enim sigilla mollibus imprimuntur ceris: ita & doctrinæ, dum puerilis adhuc animus est, insculpuntur.*

Vnum primum & medium & vltimum in his caput est, institutio diligens, & disciplina honesta. Et hæc ad virtutem & felicitatem plurimum afferunt adiumenti. Institutio diligens quid conferat.

Vulgo placere, est displicere sapientibus.

Bellum non deprædatur virtutem.

Instrumentum eruditionis, non librorum possessio est, sed eorundem diligens lectio.

Nimium amare liberos, eos odisse est. Nimia indulgentia corrumpit liberos.

Elementa virtutis sunt, spesq; honoris, & formido pœnæ.

Punctum temporis est omnis vita nostra. Punctum est quod viuimus, & adhuc pũcto minus. Seneca.

Victus enim cibiq; sodalitium, quoddam beneuolentiæ & amoris incrementum existit.

Qui peritis contempti sunt, ij ad perorandum in multitudine magis idonei habentur. Omnis honestæ rei pessimus iudex, vulgus.

Animorum autem ægritudines atque languores sola est quæ curet ac medeatur philosophia.

Corpus quidem indigentia ac replemento, animus verò remissione atq; labore conseruatur.

Eee *Memoria*

* Tu quos ad studium atque vsum formabis agrestem,
Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi,
Dum faciles anni iuuenum, dum mobilis ætas. Virgil. in Georgicis.

μνήμη γὰρ ὥσπερ τῆς παιδείας ἐστὶ ταμεῖον.

σοφὸν γὰρ εὔκαιρος σιγὴ, καὶ παντὸς λόγου κρεῖττον.

ὅπου γὰρ γέροντες εἰσὶν ἀναίσχυντοι, ἐνταῦθ' ἀνάγκη καὶ νέους ἀναιδεστάτους εἶναι.

ζωγραφία μὲν ἐστὶ φθεγγομένη ἡ ποίησις.

ταυτόν ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ, καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ.

τὴν φύσιν ἡμῶν ἑκάστῳ λέγουσι δύο μὲν ὦτα δοῦναι, μίαν δὲ γλῶτταν, ὡς ἐλάττονα λέγειν ἢ ἀκούειν ὀφείλοντι.

* pro βιοῦν καὶ ζῆν.

ἀρχὴ τοῦ καλῶς * βιῶναι, τὸ κακῶς ἀκοῦσαι.

ἡ δὲ ἀπραγμοσύνη γλυκὺ μὲν, ἀλλ' ἄδοξον καὶ ταπεινόν.

πᾶσα μὲν γὰρ ὀνειδιζομένη χάρις ἐπαχθὴς, καὶ ἄχαρις, καὶ οὐκ ἀνεκτή.

† Particip. præsens neutrũ contractũ, verbi φρονέω.

ὀλίγοι γὰρ εἰσὶν, οἷς μετὰ τὸ εὐτυχεῖν παραγίνεται τὸ † φρονοῦν.

φίλος ἐπιεικὴς καὶ πατὴρ χρηστὸς, καὶ διδάσκαλος, ἐπαίνῳ μᾶλλον ἢ ψόγῳ χαίρει, πρὸς ἐπανόρθωσιν ἤθους χρώμενος.

ἐν δὲ τῷ φιλοσοφεῖν, οὐκ ἔστι ληγούσης διάλειμμα προκοπῆς, οὐδὲ στηριγμός.

ὅσῳ μᾶλλον ἅπτονται τοῦ λόγου, μᾶλλον τὸ οἴημα καὶ τὸν τῦφον κατατιθέμενοι τυγχάνουσι.

οὔτ' ἔπαινος ἀρετῆς διάπυρος καὶ δραστήριος, ὁ μὴ νύττων, μηδὲ κεντρίζων.

Conscientia.

θαρρεῖν ὁμόσε χωροῦντα τοῖς τοιούτοις, ἔχει τινὰ τοῦ συνειδότος ἐκβεβαίωσιν.

πλοῦτος ἡδίων, καὶ δόξα λαμπροτέρα, καὶ δύναμις, ἂν τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἔχῃ γῆθος.

Vita misera.

πολέμους καὶ στάσεις καὶ μάχας, οὐδὲν ἄλλο, περιέχει τὸ σῶμα, καὶ αἱ ἀπὸ τούτου ἐπιθυμίαι.

διὰ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, πάντες οἱ πόλεμοι ἐγγίνονται.

[a] τό, τε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ,

πρὸς τὸ

a In vita æterna nullum erit tempus post extremum diem: qui ideo extremus seu vltimus dicitur, quòd post illum nullus dies, nullum tempus amplius futurum sit.

Memoria disciplinæ quasi quædam cella penaria est.

Magna enim sapientiæ tempestiuum est silentium, & omni certè sermone præstantius.

Vbi enim impudens est senectus, ibi & inuerecundos esse iuuenes est necesse.

Poëtica, loquens est pictura. lib. Quomodo oporteat iuuenem poëmata audire. (audiendo.

Is demum sequitur Deum, qui parère scit rationi. lib. De

Naturam tradunt cuilibet geminas præbuisse aures, & linguã vnicã: quòd plura expediat hominẽ audire, quã loqui.

Initium est rectè viuendi, vt malè audias.

A negocijs abesse, iucunda quidem res est, sed humilis & ingloria. lib. Quomodo quis discernat adulatorem ab amico.

Summa philosophiæ, inquit Plato, vt affectus obtemperent rationi, tanquam regi.

Omne beneficium si exprobretur, molestum est, & gratiã perdit, nec ferri potest.

Perpauci sunt, quib. cõtigit simul & felices esse, & sapere.

Aequus amicus, & bonus pater, ac præceptor, laude potius quã reprehẽsione gaudet vti ad emẽdandos suorũ mores.

** In philosophia virtutisq; itinere, nulla est quies, nulla perpetui profectus intermißio. lib. Quomodo quis sentiat seipsum profecisse in virtute.*

Quo enim magis cuiq; ex philosophia accedit rationis, eo plus decedit fastus & arrogantiæ.

Virtutis studium satis non est vehemens, mireq; friget, si careat incitamento & calcaribus.

In aduerso statu fortunæ, stabili & inconcusso durare animo, conscientiæ solius est integræ, prorsusq; illæsæ.

Opes enim plus habent voluptatis: gloria multo est illustrior, & potentia item, si in animo solidum poßideas gaudium. lib. de Virtute & vitio.

Neq; enim quicquam aliud præter bella & seditiones pugnasq; corpus continet, & quæ ab ipso proueniunt cupiditates. In oratione consolatoria ad Apollonium.

Propter pecuniarum possessionẽ omnia excitantur bella.

Multũ vtiq; temporis, aut parũ, minimè referre videtur,

Tamdiu discendum est, quamdiu nescias: aut, si prouerbio credimus, per omnem vitam Seneca.

Conscientia.

* Ingenuas didicisse fideliter artes, Emollit mores, nec finit esse feros. Ouid.

πρὸς τὸν ἄπειρον ᵃ ἀφορῶσιν αἰῶνα. τὰ γὰρ χίλια, καὶ τὰ μύρια, κατὰ σιμωνίδην, ἔτη, στιγμή τις ἐστιν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς.

καὶ γὰρ ὁ μακρότατος βίος, ὀλίγος ἐστὶ, καὶ στιγμαῖος, πρὸς τὸν ἄπειρον αἰῶνα.

κύπρις εἰς ἡδονὴν τελευτᾷ, καὶ βρῶσις καὶ πόσις. ἡ δὲ ὑγεία ταῖς ἡδοναῖς, ὥσπερ ἡ γαλήνη ταῖς ἀλκυόσιν, ἀσφαλῆ καὶ καλὴν γένεσιν καὶ λοχείαν ἐνδίδωσιν.

Sanitatē conseruantia.

ἄριστα λέλεκται· τροφῆς ἀκορίην, καὶ πόνων ἀοκνίην, καὶ πρὸς σπέρματος οὐσίης συντήρησιν, ὑγιεινότατα εἶναι.

ἄμαχον οὖν τι γίνεται πρᾶγμα γαμετὴ γυνὴ, καὶ νόμιμος, ἂν ἐν αὐτῇ πάντα θεμένη, καὶ προῖκα, καὶ γένος, καὶ φάρμακα, καὶ τὸν * κεστὸν αὐτὸν, ἤθει καὶ ἀρετῇ κατεργάσηται τὴν εὔνοιαν.

κοσμεῖ δὲ, τὸ κοσμιωτέραν γυναῖκα ποιοῦν. ποιεῖ δὲ ταύτην οὐ χρυσὸς, οὔτε σμάραγδος, οὔτε κόκκος· ἀλλ' ὅσα σεμνότητος, καὶ εὐταξίας, αἰδοῦς ἔμφασιν περιτίθησιν.

θάλαμος διδασκαλεῖον εὐταξίας, οὐκ ἀκολασίας.

Verbū, proditor animi.

αἱ γινόμεναι παρὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰς τύχας ἀποφάσεις καὶ ἀναφωνήσεις, ὥσπερ ἐν κατόπτροις καθαρῶς παρέχουσι τὴν ἑκάστου διάνοιαν ἀποθεωρεῖν.

Deus eò vsq; finit furere tyrannos, donec perficiant in populo ad quod sunt excitati. Sunt autem ferè pœnæ peccati.

ὁ θεὸς ἐνδόξου καὶ βασιλικοῦ γένους ῥίζαν πονηρὰν καὶ τραχεῖαν οὐκ ἀναιρεῖ πρότερον, ἢ φῦσαι τὸν προσήκοντα καρπὸν ἀπ' αὐτῆς.

ἡ δὲ κακία τῶν κολαστηρίων ἐφ' ἑαυτὴν ἕκαστον ἐξ αὐτῆς τεκταίνεται, δεινή τις οὖσα βίου δημιουργὸς, οἰκτροῦ, καὶ σὺν αἰσχύνῃ φόβους τε πολλοὺς καὶ πάθη χαλεπὰ, καὶ μεταμελείας καὶ ταραχὰς ἀπαύστους ἔχουσα.

τοῖς γε θεοῖς πᾶν ἀνθρωπίνου βίου διάστημα, τὸ μηδέν ἐστι. καὶ τὸ νῦν· ἀλλὰ μὴ πρὸ ἐτῶν τριάκοντα, τοιοῦτόν ἐστι, οἷον τὸ δείλης, ἀλλὰ μὴ πρωΐ.

ὁ θεὸς

a ἀφορῶσι, datiuus pluralis participij, respicientibus, verbi ἀφοράω, ρῶ. ρῶν.

* Per κεστὸν autem, Veneris cingulum intelligit: de quo est apud Homerum & Lucianum, quo ipsa Martem, & Iuno Iouem conciliabat.

si ad infinitum respexeris seculum. Mille enim, vt Simonidi placet, & decem annorum millia, punctus est quidam indeterminatus, quinimò breuissima quadam puncti portio.

Etenim longissima vita breuis est, ac fermè punctus, si ad infinitum seculum comparetur.

Veneris finis voluptas est, quemadmodũ & esus & potus. Sanitas condimentum voluptatum.

At bona valetudo voluptatibus, haud aliter atq; cæli tranquillitas alcyonibus, præbet vt tutò cõmodeq́; generent, incubentq́;. lib. De sanitate tuenda.

Præclarè dictum est illud: Vesci citra saturitatem, impigrum esse ad laborem, vitale semen conseruare, res esse longè saluberrimas.

Inexpugnabilis res est vxor legitima, si omnia in se ipsa collocans, dotem, genus, potiones, cingulumq́; ipsum, moribus atq; virtute compares beneuolentiam. In connubialibus præceptis. Vxor pia & honesta.

Ornat autem, quod honestiorem mulierem facit. talem verò præstat non aurum, non smaragdus, non coccineus color: sed quæcunq; grauitatis, moderationis & pudoris specimen adhibent. Quæ dos matronis pulcherrima? Vita pudica. Ausonius.

Thalamus officina modestiæ, non intemperantiæ existit. Coniugium.

Quæ verò in negocijs & perturbationibus, ac vtraq; fortuna emittuntur dicta atq; responsa, tanquam in speculis vniuscuiusq; mentem perspicuè exhibent contemplandam. In Apophthegmatis.

Deus scelestam ac perniciosam, splendidi ac regij generis stirpẽ, haud antè euellit, quàm fructus debitus ex ea sit productus & generatus. lib. De ijs qui tardè à numine puniuntur.

Improbitas ex seipsa supplicium sibi struit ipsi, grauis quædam vitæ artifex, calamitates ingentes, cumq́; turpitudine formidines innumeras, paßionesq́; molestißimas, pœnitentias ac indesinentes in se continens perturbationes. Nihil est miserius quàm animus hominis sibi cõscius. Plautus.

Apud Deum enim vniuersæ humanæ spacium vitæ, atq; adeò præsens momentum, nihil est: cum anni triginta, in illius cõspectu veluti crepusculũ, ne dicã hora sint matutina. Apud Deum nullũ tempus, cuncta ipsi præsentia, qui habet omnia in conspectu præterita, præsentia & futura, quæ ipsi cuncta sunt præsentia. Sed hæc exponet nobis clarius æterna vita.

ὁ θεὸς οὔτε ἀγνοεῖ δήπου τὴν ἑκάστου διάθεσιν καὶ φύσιν, ὅ,τε δὴ ψυχῆς μᾶλλον ἢ σώματος αἰσθάνεσθαι πεφυκώς.

τοσούτῳ μεγέθει καὶ σφοδρότητι τοὺς διὰ σαρκὸς ὑπερβάλλουσιν, ὅσῳ τὸ ὕπαρ ἂν εἴη τοῦ ὀνείρατος ἐναργέστερον.

Contraria cõtrarijs curãtur.

οἱ ἰατροὶ πικρῷ πικρὰν κλύζουσι φαρμάκῳ χολήν.

μοιχεία πολυπραγμοσύνη ἐστὶ τῆς ἀλλοτρίας ἡδονῆς.

Honos alit artes.

οὐ γὰρ θερμὸν ὕδωρ τοσόνδε τέγγει μαλθακὰ γυῖα, ὡς δόξα ποιεῖ καὶ τὸ τιμᾶσθαι μετά τινος δυνάμεως πόνον ἡδὺν, κάματόν τ' ἀκάματον.

a τ' ἀλλότριον κακὸν ὀξυδορκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις.

* Genius additus mox nato homini.

ἅπαντι δαίμων ἀνδρὶ συμπαραστατεῖ εὐθὺς γενομένῳ, * μυσταγωγὸς τοῦ βίου ἀγαθός.

ἡ σύνεσις, οἷον ἕλκος ἐν σαρκὶ, τῇ ψυχῇ τὴν μεταμέλειαν, αἱμάσσουσαν ἀεὶ καὶ νύττουσαν, ἐναπολείπει.

Bona conscientia, & animus secum viuens.

οὔτε οἰκία πολυτελὴς, οὔτε χρυσίου πλῆθος, οὔτε ἀξίωμα γένους, οὔτε μέγεθος ἀρχῆς, οὐ λόγου χάρις, οὐ δεινότης εὐδίαν παρέχει βίῳ καὶ γαλήνην τοσαύτην, ὅσην ψυχὴ καθαρεύουσα πραγμάτων, καὶ βουλευμάτων πονηρῶν.

ἐλλείπομεν εἰς τὰ καλὰ, πλεονάσαντες τοῖς περιττοῖς.

οὐ γὰρ αἰσχρὸν, τὸ μὴ πάντα δύνασθαι.

b κέρδαινε καὶ φείδου, καὶ τοσούτου νόμιζε σεαυτὸν ἄξιον, ὅσον ἂν ἔχῃς.

Virtutis fructus.

ὅμοιόν γε τὸ σωφρονεῖν, τὸ φιλοσοφεῖν, τὸ γινώσκειν ἃ δεῖ περὶ θεῶν, κἂν λανθάνῃ πάντας ἀνθρώπους. ἴδιον γὰρ σέλας ἔχει καὶ φέγγος ἐν τῇ ψυχῇ μέγα, καὶ χαρὰν ποιεῖ σύνοικον ἄν τε ἴδῃ τις, ἄν τε λανθάνῃ καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους ἅπαντας.

μεγάλη ῥοπὴ, μᾶλλον δὲ ὅλον ἡ τύχη παρὰ πάντα ἐστὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα.

τὰς κοί-

a Vt nemo in sese tentat descendere, nemo:
Sed præcedenti spectatur mantica tergo, Persius.

b Quantum quisque sua nummorum possidet arca,
Tantum habet & fidei. Iuuenalis.

Deus vniuscuiusq; affectum ac naturam haud ignorat, vtpote qui magis animæ quàm corporis scrutator existit.

Supplicia inferorum magnitudine ac acerbitate tantum carnales exuperant animaduersiones, quantum ab insomnijs veritas distare videtur.

Medici amaram amaro pharmaco bilem eluunt. lib. de Cohibenda iracundia.

Adulteriũ curiositas est alienæ voluptatis. lib. de Curiositate.

Neq; aqua quidem calida vsq; adeò mollia membra facit, quemadmodũ honores & gloria cũ potestate iuncta suauem laborẽ faciunt, & facilem. lib. de Animi tranquillitate.

Aliena vitia miluinis oculis cernis, tua verò transmittis nocturnis & conniuentibus.

Homini statim nato præstò genius est aliquis auspicandæ bonæ vitæ initiator, recteq; degendæ magister.

Facinorosa conscientia est in anima instar vlceris in corpore, vtpote quæ pœnitentiam relinquat, lancinantem iugiter peruellentemq; animam. Conscientia sæuissimus carnifex.

Nec ædificiorum elegantia, nec auri pondus, nec generis nobilitas, nec imperij magnitudo, nec deniq; facundiæ lepos, dicendiq; acrimonia, tantam vitæ serenitatem afferunt, tamq; placidam tranquillitatem: quantum affert animus ab negotiorum anxietate feriatus, procul prauis consilijs secum, vt dicitur, viuens.

Deficimus circa honesta, redundantes in superuacaneis. lib. De vitiosa verecundia. Necessaria ignoramus, quia superuacua didicimus.

Nec enim turpe est, non omnia posse.

Lucrator, ac parcito: tantiq; te ipsum esse putato, quantum habueris. lib. De amore circa diuitias.

Temperatum esse, philosophum esse, de dijs scire quæ scitu sunt necessaria, id semper idem est, etiamsi vniuersi nesciant mortales. Sed proprium iubar magnamq; lucem habet in animo, & gaudium domesticum parit, siue videat aliquis, siue lateat omnes & deos & homines.

In administrandis rebus humanis maximum, vel potius vnicũ fortuna momentũ existit. lib. De fortuna Romanorũ.

τὰς κρίσεις ἐκκρούουσιν αἱ φαντασίαι, τῶν κινδύνων ἐγγὺς γενομένων.

* καρπῶν μὲν γὰρ ἀφορίαν δυσκρασία ποιεῖ, καὶ λεπτότης τοῦ περιέχοντος ἀέρος· τεχνῶν δὲ καὶ φύσεων ἀγαθῶν αὔξησιν, εὐμένεια καὶ τιμὴ καὶ φιλανθρωπία βασιλέως ἐκκαλεῖται. καὶ τοὐναντίον ὑπὸ φθόνου καὶ σμικρολογίας ἢ φιλονεικίας τῶν κρατούντων σβέννυται καὶ φθίνει πᾶν τὸ τοιοῦτο.

Vbi nõ merces, ibi nec ars est.

Honesti conatus laudandi.

τοῖς γὰρ ἐνδόξοις καὶ μεγάλοις ἀγῶσι, κἂν δυστυχῶνται, τὸ αἰσχρὸν οὐ πρόσεστιν.

τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἃ θεοὶ χαρίζονται δώρων καὶ ἀγαθῶν, οὐκ ἔστιν ἀπόλαυσις, οὐδὲ χρῆσις ὀρθή, δίχα νόμου καὶ δίκης καὶ ἄρχοντος.

δίκη μὲν νόμου τέλος ἐστίν, νόμος δὲ ἄρχοντος ἔργον, ἄρχων δὲ εἰκὼν θεοῦ τοῦ πάντα κοσμοῦντος.

μέγας ὁ κίνδυνος, βούλεσθαι ἃ μὴ δεῖ, τὸν ἃ βούλεται ποιεῖν δυνάμενον.

μιμεῖσθαι δεῖ τὸν ἥλιον τὸν ἄρχοντα, ὃς ὅταν ὕψωμα λάβῃ μέγιστον ἐξαρθεὶς ἐν τοῖς βορείοις, ἐλάχιστα κινεῖται, τῷ σχολαιοτέρῳ τὸν δρόμον εἰς ἀσφαλὲς καθιστάμενος.

τὰ σμικρότατα τῶν ἐλλειμμάτων περὶ τοὺς ἐπιφανεῖς καὶ ἐνδόξους συκοφαντεῖται.

οὐ γὰρ ὧν λέγουσιν ἐν κοινῷ καὶ πράττουσιν οἱ πολιτευόμενοι, μόνον εὐθύνας [a] διδόασιν· ἀλλὰ καὶ δεῖπνον αὐτῶν πολυπραγμονεῖται, καὶ κοίτη, καὶ γάμος, καὶ παιδιά, καὶ σπουδὴ πᾶσα.

εἷς δὲ βασιλεὺς καὶ ἄρχων θεός, ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ παντός.

Pauperum ac mediocriũ conditio optima.

ᾧ δὲ ἔξεστιν εἰς μικρὰν ἀποβάντι νῆσον, οὐ μικρῶν [b] ἀπηλλάχθαι κακῶν, οὗτος ἄθλιός ἐστι, μὴ προσλαλῶν ἑαυτῷ τὰ [c] πινδαρικά, μηδὲ ἐπᾴδων πολλάκις· ἐλαφρὰν κυπάρισσον φιλεῖν, ἐᾶν δὲ νόμον κρῆτας περιδαίων.

οἱ δεξι-

a διδόασιν, pro διδοῦσι, Ionicè. b ἀπηλλάχθαι, præterit. pass. infinit. verbi ἀπαλλάττομαι. c Hæc Pindari sententia in hymnis eius extantibus non legitur, sed ex alio quodam eius libro citatur à Plutarcho, qui iam olim intercidit temporis quacunq; iniuria.

* Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones.
Vergiliumq; tibi vel tua rura dabunt. Martialis.

Iudicia eludunt aduentantia pericula. lib. 1. De fortuna, seu virtute Alexandri.

Affectus & pericula impediunt verum iudicium.

Vt enim fruges aëris temperie, liquidioreq; cælo exuberant: haud secus bonæ artes, eximiaq; ingenia, benignitate, honorificentia, humanitateq; regia euocantur. contraq; inuidia, sordibus, morositate eorum qui rerum potiuntur, restinguuntur, & languescunt. Ibid. lib. 2.

Ingentia claraq; certamina vt successum non habeant, dedecoris certè nullam notam inurunt.

Tot tantisq; muneribus ac bonis quæ dij largiuntur, non licet nec frui, nec vti rectè, si desit lex, iusticia & princeps.

Iusticia quidem legis est finis, lex autem principis opus, princeps verò Dei simulachrum, administrantis vniuersa. lib. Ad principem indoctum.

Vehementer est periculosum, velle quæ non decet, eum qui quæ velit facere possit.

Parum debet libêre ei, cui plurimum licet. Seneca.

* *Princeps solem imitetur, qui cum altissimus est, ad polum septentrionalem euectus, tum minimum mouetur, cursum tutum reddens tarditate.*

† *Minima etiam nobilium & illustrium virorum delicta calumniantur homines.*

Sicuti verruca citius conspicitur in facie: sic principum quæcunque delicta facilius animaduertuntur, & citius.

Eorum qui respub. præsunt, non modò singula verba, nec res tantum publicitus gestæ animaduerti notariq; solent: sed cibi quoque ipsorum, domus, ipsa familia, vxor, cubile, ioci & seria curiosius conquiruntur. In politicis præceptis.

Vnus autem rex & princeps Deus est, principium medium ac finem vniuersi tenens. lib. De fuga.

Cui licet in paruulam aliquam egresso insulam magnis calamitatibus liberari, is profectò miser est, nisi seipsum alloquens, versus illos Pindaricos sæpius quasi ad remediũ canat: Tenuem cupressum dilige, Cretamq; syluæ prodigam missam face.

* In prospera fortuna cautè ambulandum. Si Fortuna iuuat, caueto mergi. Rectè præcipit Ausonius.

† Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto is qui peccat, maior habetur. inquit Satyricus.

οἱ δοκιμώτατοι καὶ κράτιστοι, ζῶσιν ἐπὶ ξένοις.

φθονεῖ δὲ οὐδεὶς τῷ δυστυχοῦντι.

Sacerdotes.

περὶ μικρῶν ἀπιστεῖσθαι τὸν τὰ θεῖα καὶ μέγιστα πεπιστευμένον, οὐκ εἰκός ἐστιν.

τοῦ φιλοσοφεῖν, τὸ ζητεῖν, τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν.

ἀληθείας δὲ φῶς ἀπόδειξις.

νοῦς ὁ θεὸς, χωριστὸν εἶδος, τουτέστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης, μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον.

ἱστορία πολλὰς μὲν ἐπιτερπεῖς διατριβὰς ἔχει.

μεταβολὴ τῆς ψυχῆς, οὐ φθορὰ, ὁ θάνατος.

Aeternitas.

καὶ γὰρ τὸ παρὸν, ὡς μικρὸν, μᾶλλον δὲ μηδοτιοῦν, πρὸς τὸ σύμπαν.

οὕτω μέγα τι καὶ τέλεον ὄντως ἀγαθὸν ἡγοῦμαι τὴν τελευτὴν, ὡς βίον ἀληθῆ βιωσομένην ἐκεῖ τὴν ψυχὴν, οὐχ * ὕπαρ ζῶσαν, ἀλλ' ὀνείρασιν ὅμοια πάσχουσαν.

* ὕπαρ visionem veram, non somnium significat Homero. vbi est aliquotiens ὕπαρ οὐκ ὄναρ, hoc loco aduerbialiter vsurpatur, verè.

† οὐδέν ἐστιν οὕτως ἀτελὲς, οὐδὲ ἄπορον, οὐδὲ γυμνὸν, οὐδὲ ἄμορφον, οὐδὲ μιαρὸν, ὡς ἄνθρωπος ἐν * γοναῖς ὁρώμενος.

οὐ γὰρ ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ μακάριον τὸ θεῖον, οὐδὲ βρονταῖς καὶ κεραυνοῖς ἰσχυρὸν, ἀλλὰ ἐπιστήμῃ καὶ φρονήσει.

οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι καὶ ξύρησις.

* γοναῖς, à γονὴ, quod natiuitatem significat.

αὐτῷ μὲν γὰρ ὁ παρ' ἄλλων ἔπαινος ἥδιστον ἀκουσμάτων ἐστίν· ἑτέροις δὲ ὁ περὶ αὑτοῦ λυπηρότατον.

οὐδ' αὖ πάλιν μείζων ἐπίδειξις ἀθείας γέγονε, τῆς περὶ γονεῖς ὀλιγωρίας καὶ πλημμελείας.

οὔτε γὰρ φιλόλογος πατὴρ οὕτως, οὔτε φιλότιμος, οὔτε φιλοχρήματος γέγονεν, ὡς φιλότεκνος.

ἀπιστοῦνται δ' οἱ λάλοι, κἂν ἀληθεύωσι.

οὔτε γὰρ

† Nullum animal miserabilius homine recens edito. quemadmodum eam rem graphicè queruntur Plato in Axiocho, si modò est is Platonis dialogus, & Plinius in proœmio lib. 7. Mundi suæ historiæ, vbi inter cætera inquit: Feliciter natus infans iacet manibus pedibusq; deuinctis, flens, animal cæteris imperaturum, & à supplicijs vitam auspicatur, &c.

Optimus quisq; , & probatissimus , peregrè viuit. Optimi quique non in patria , sed alibi viuunt.

Nemo est qui miseris inuideat. lib. De inuidia & odio.

Parua in re ei fidem non habere absurdum est, cui diuina ac summa credita sunt. In libris Problematum.

Philosophia est quærere , & admirari, & dubitare. lib. de u in Delphis.

Veritatis lux est demonstratio.

Deus mens est , abiuncta quadam forma , id est, nulli omnino materiæ mixta, nulli patibili rei coalita. De placitis philosophorum lib. I.

Historia multis oblectationum diuerticulis plena est. lib. contra Coloten Epicureum. Historiæ lectio iucunda.

Mors loci mutatio est , non animæ extinctio.

Huius etenim vitæ spacium , vt exiguum, aut ne tantulum quidem potius est, si cum vniuersa æternitate conferas.

Mea quidem sententia boni tantum cumulatè secum affert mors , vt tunc demum verè sit animus victurus , cum excesserit è vita: hic nō viuat reuera, sed instar somnij nutet. Anima misera est, quamdiu est in corpore.

Nihil vsq; adeò indignū , imperfectum, nudū informe, abiectum existit, quod cum homine, modo illum mox à partu editum conspicias , conferri possit. lib. De amore naturali erga prolem.

Neq; enim argento & auro beatus est Deus , neq; fulguribus & fulminibus potens est, sed scientia & sapientia. lib. De Iside & Osir.

Neq; enim philosophos barba promissa ac vestis talaris faciunt , neq; Isiacos vestes lineæ aut rasura. Ibid. Isidis sacerdotes in Aegypto.

Cuiq; enim laus ab alijs impertita, iucundissima auditu res est : si quis autem semetipsum laudet , alijs odiosissima. lib. Quomodo quis se citra inuid. laudare queat.

Neq; maior impij hominis ostensio est , quàm si negligens ac improbus sit circa parentes. lib. De frat. amore. Cōtemptus parentum, summa impietas.

Neq; quisquam pater vnquam ita eloquentiæ euasit amator , neq; ita ambitiosus, neq; auarus, vt liberorū amans. Omnes infanimus amore liberorum.

Loquacibus autem nemo credit , tametsi verum dicant. lib. De garrulitate.

οὔτε γὰρ πνεῦμα ἐκ τῶν χειρῶν * ἀφέντα ῥᾴδιόν ἐστιν αὖθις καταλαβεῖν, οὔτε λόγον ἐκ τοῦ στόματος προέμενον κρατῆσαι καὶ συλλαβεῖν δυνατόν.

πειθαρχικὸν γὰρ ἡ νεότης, ἡγεμονικὸν δὲ τὸ γῆρας. καὶ μάλιστα σώζεται πόλις, ἔνθα βουλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύουσιν αἰχμαί.

ἡ δὲ ψυχὴ νοῦ μετασχοῦσα, καὶ λογισμοῦ, καὶ ἁρμονίας, οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος· οὐδ᾽ ὑπ᾽ αὐτοῦ, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν.

λόγος μὲν ἔργου, καὶ λόγου δὲ μῦθος εἰκὼν καὶ εἴδωλόν ἐστι.

ἀεὶ μὲν γὰρ ἡ περὶ τὸ θεῖον εὐφημία, καὶ τὸ πρὸς τὴν τύχην ἵλεον καὶ ἀμεμφὲς, καλὸν καὶ ἡδὺν ἀποδίδωσι καρπόν.

† δεῖ γὰρ οὐχ οὕτω τὸν ῥήτορα (κατ᾽ αἰσχίνην) αὐτὸ φθέγγεσθαι καὶ τὸν νόμον, ὡς τὸν βίον τοῦ φιλοσόφου τῷ λόγῳ σύμφωνον εἶναι. ὁ γὰρ λόγος τοῦ φιλοσόφου, νόμος αὐθαίρετος καὶ ἴδιός ἐστιν.

ὄντως ἐν πλησμονῇ κύπρις.

δεῖ γὰρ ὡς τὸν οἶνον, κοινὸν εἶναι καὶ τὸν λόγον, οὗ πάντες μετέχουσιν.

ὁ ζητῶν ἐν ἑκάστῳ τὸ εὔλογον, ἐκ πάντων ἀναιρεῖ τὸ θαυμάσιον.

ὅπου γὰρ ὁ τῆς αἰτίας ἐπιλείπει λόγος, ἐκεῖθεν ἄρχεται τὸ ἀπορεῖν, τουτέστι τὸ φιλοσοφεῖν.

ἡ γὰρ φύσις παρανομεῖται, γυναικοκρατουμένη.

ἡ δὲ γενναία γυνὴ πρὸς ἄνδρα νόμιμον συγκρατοῦσα δι᾽ ἔρωτος, ἄρκτων ἂν ὑπομείνειε καὶ δρακόντων περιβολὰς μᾶλλον, ἢ ψαῦσιν ἀνδρὸς ἀλλοτρίου, καὶ συγκατάκλισιν.

γυναιξί τε γαμεταῖς ἀρχαὶ τέκνα φιλίας, ὥσπερ ἱερῶν μεγάλων κοινωνήματα.

μίξις γὰρ οὐκ ἔστι τῶν μὴ πρὸς ἄλληλα πεποιθότων.

πᾶσα φωνὴ γαστρός ἐστιν αὐτοῖς καὶ σαρκὸς ἡδονὴ, ἀσπαζομένη καὶ σαίνουσα παροῦσαν ἢ μέλλουσαν.

οὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν, οὔτε αἰσχρὸν ἁμάρτημα χρόνῳ.

Φουρνούτου.

* Particip. aorist. β. verbi ἀφίημι, ἀφίμεν, aorist. β. medij participium eiusdem verbi.

† Philosophia & lex ad eundem finem respiciunt. Philosophus autē sæpe aliter disputat in scholis quàm domi viuit. Docet id philosophorū historia: quorū plerique, non quemadmodū cōueniebat viros philosophos, vixerunt.

In conuiuijs ea dicēda, quæ ab omnibus intelligantur.

Neq; auem è manibus emissam iterum comprehēdere facile est: neq; verbum emissum cohiberi, aut colligi potest.

Iuuentus enim imperata facere, senectus imperare debet. Certè Rempub. eā in qua senum consilium, iuuenum hasta primum locum obtinent, saluam esse arbitror. lib. An seni sit gerenda respub.

Anima ratione ac prudentia gubernata, nec secum pugnans, non solum opus est Dei, sed etiam Dei pars quædam: neq; sub ipso, sed ab ipso, & ex ipso est. In Platon. quæst.

Sermo quidem operis, sermonis autem oratio imago & effigies est. lib. Vtrū Athenienſ. bello an sapientia clariores.

Bene de dijs sentire & loqui, ergaq; fortunam placatum, non querulum esse, pulchrum & iucundum affert fructum. In orat. consol. ad prop. vx.

Fortunam quamcunq; rectè ferre, fructuosum.

Oportet enim non tā rhetorē (vt Aeschines dixit) idem sonare cum lege, quàm vitam philosophi doctrinæ eius consonam esse. Sermo enim philosophi, lex est spontanea & propria. lib. Stoicarum contrarietatum.

Satietatis comes Venus est. lib. Causar. physicarum.

Sine Cerere & Baccho friget Venus. Terent.

Par est, vt vinum, sic sermonem quoq;, qui ad omnes instituitur communem esse. Sympoſiacorum, lib. 1.

* *Qui rei cuiuslibet probabilē inuestigare rationem nititur, is rerū miracula vbiq; tollit funditus, & euertit. lib. 5.*

* Rerum omnium ratio non semper vestiganda. Ex admirari, cœptum est philosophari: inquit Aristoteles.

Vbi cessat ratio, illinc nascitur dubitatio: hoc est, philosophia.

Natura vim patitur, muliebri imperio subiecta. In Amatorio.

Virorum est imperare, non mulierum.

Generosa mulier suo marito amore copulata, viſorum & draconum citius sustinuerit amplexus, quàm cōsuetudinem & concubitum alterius viri.

Mulieribus nuptis liberi principia sunt amoris, quasi magnorum sacrorum communiones.

Non est amicitia inter ea, quæ inter se non conueniunt.

Omnis sermo Epicureis est ventris & carnis voluptas, amplect[...] præsentē, aut expectans futurā. lib. ad Coloten.

Epicureorū summum bonum in voluptate.

Nec ignis tunica, nec turpe delictum tempore celari potest. Apud Melissam orat. 16. lib. 1.

Tempus reuelat omnia.

φαβωρίνου.

οἶνος * δίθυρον τὸ στόμα ποιεῖ.

Τρύφωνος.

a ποιεῖσθαι pro ποιεῖσθε, infinitiuo posito pro imperatiuo.

ψευδῆ λόγον μὴ [a] ποιεῖσθαι. τὸ γὰρ ψεῦδος ἐν τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι μελαίνεται, καὶ ἀμαυροῦται.

ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

φίλωνος.

Anima spiritus.

b Articulus cum nomine iunctus facit adverbia: τὰ πρῶτα, primùm: τὸ τέλος, tandem: sic hoc loco τὸ παράπαν, prorsus, omnino.

ἡ δὲ ψυχὴ ἀπ' οὐδενὸς γεννητοῦ τὸ [b] παράπαν, ἀλλ' ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἡγεμόνος τῶν ἁπάντων.

ὡσανεὶ θεός ἐστι τοῦ ἀλόγου, ὁ νοῦς.

τὸ δουλεύειν θεῷ μέγιστον αὔχημα, καὶ οὐ μόνον ἐλευθερίας, ἀλλὰ καὶ πλούτου καὶ ἀρχῆς καὶ πάντων ὅσα τὸ [c] θνητὸν ἀσπάζεται τιμιώτερον.

λόγος ἀδελφός ἐστι διανοίας.

τροφὴ φιλαρέτων ψυχῶν ἐλπίς.

ἐν ἑαυτῷ δὴ πᾶς σοφὸς χαίρει, οὐκ ἐν τοῖς περὶ αὐτόν.

κόρου ὕβρις ἔκγονος.

Genus poëtarũ quomodo exortum.

παλαιός γ' οὖν ᾄδεται λόγος ὑπὸ μὲν σοφῶν εὑρεθεὶς, μνήμη δὲ (οἷα φιλεῖ) κατὰ διαδοχὰς παραδοθεὶς τοῖς μετέπειτα, οὐδὲ τὰς [d] ἀγρύπνους παιδείας ἡμετέρας παρῆλθεν ἀκοάς. ἔστι δὲ τοιόσδε· ἡνίκα, φασὶ, τὸν σύμπαντα κόσμον ὁ ποιητὴς ἐτελεσφόρησεν, ἑνὸς τῶν ὑποφητῶν [e] ἐπύθετο, εἴ τι ποτὶ μὴ γινόμενον τῶν ὅσα κατὰ γῆς καὶ καθ' ὕδατος, ἢ ὅσα κατὰ τὴν μετάρσιον ἀέρος ἢ τὴν ἐσχάτην τοῦ παντὸς φύσιν οὐρανοῦ γέγονεν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, τέλεια μὲν καὶ πλήρη πάντα διὰ πάντων εἶναι· ἓν δὲ μόνον ζητεῖν, τὸν ἐπαινετὴν αὐτῶν λόγον, ὃς τὰς ἐν πᾶσι καὶ βραχυτάτοις καὶ ἀφανεστάτοις δοκοῦσιν ὑπερβολὰς. οὐκ ἐπαινέσει μόνον, ἢ ἐξαγγελεῖ. τὰς γὰρ διηγήσεις τῶν τοῦ θεοῦ ἔργων, αὐταρκέστατον ἐκείνων ἔπαινον εἶναι, προσθήκης οὐδεμιᾶς ἔξωθεν εἰς κόσμον δεομένων, ἀλλὰ τὸ ἀψευδὲς τῆς ἀληθείας τελειότατον ἐχόντων ἐγκώμιον.

ἀκού-

c Mortalis homo, mortalis natura. Adiectiua enim neutra sæpe Græcis, pro substantiuis vsurpantur. τὸ θεῖον, pro ὁ θεὸς, &c.

d Ad lucernas scribentes, laborantes, legentes, discentes. Quantum verò profecerit Philo, tametsi Iudæus, assiduitate lucubrandi (quemadmodum & Iosephus) ac quomodo vterq; vniuersas veterum bibliothecas excusserint, illi testari possunt, qui vtriusq; libros legerunt.

e ἐπύθετο, aorist. β. medius verbi πυνθάνομαι. Ad verbum, Vnũ Prophetarum audiuit, si quid nondum factum esset eorum quæ, &c.

* Multæ naturæ, vbi inuitàrunt se largius, fiunt loquacissimæ, Aeschylum suas tragœdias potando scripsisse, Athenæus tradit. Ac, Ennius ipse pater nunquam nisi potus ad arma Prosilijt dicenda: autore Horat. Et Martialis queritur, quòd nil possit sobrius. δίθυρον, biforem significat, à δὶς καὶ θύρα.

Phurnuti.

Vinum os facundum facit. Eras. in Adagijs.

Tryphonis.

Mendacē sermonem ne protuleris: mendacium enim in externis partib. nigrescit & obscuratur. Ibid. in Aenigmatis.

Veritas æterna, mendacium temporarium.

IVDAEORVM.

* Philonis.

Anima ex nulla omnino re creata est, sed ex patre atq; rectore rerum omnium. lib. De mundi opificio.

Mens seu ratio, Deus est corporis.

Est mens tanquā Deus, partis bruta. lib. 1. De allegorijs.

Seruire Deo maxima est gloriatio, non modò libertate maior, sed & diuitijs & principatu, & omnibus rebus quas mortales mirantur, preciosior. lib. de Cherubim.

Sermo frater mentis est. libro, Quòd deterius potiori insidiari solet.

Spes est alimentum animarum virtutem amantium.

In seipso vtiq; gaudet omnis sapiens, non in his quæ circa se habet.

Felicitas sita est in bono statu animæ, non rebus externis.

Saturitatis proles est petulantia.

Fertur certè antiqua fabula à sapientibus viris ad posteros per manus tradita, quæ ad nostras quoq; auidissimas discendi aures peruenit. Est autem talis. Olim cum totum mundum opifex absolueret, quendam è Prophetis rogauit, num quid desideraret mundo creato, siue in terra & aqua, siue in sublimi aëre, siue in cœli extremo ambitu? Respondit ille: Esse quidem perfecta ac plena vbiq; omnia: vnum tamen se requirere, laudatorem horum sermonem, qui in rebus omnibus, vel quod minimum obscurissimumq; videtur, non tam laudet quàm enarret. Ipsam enim enarrationem operū Dei, laudē esse sufficientissimā, nullo egentē actuario, quando ipsa infucata veritas sit pro laude cumulatissima.

Hoc

* Philo Iudæus fuit Alexandrinus, disciplinis omnibus eruditus, & in Græcorum philosophia diligenter versatus: Platonis eloquentiæ tantus æmulator, vt prouerbio etiam de ipso iactatum fuerit, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει: vt scribit Suidas. Vixit anno Christi 50. Eius opera Græca quotquot extant, libri videlicet 43. in Gallia sunt edita, in folio.

ἀκούσαιτα δὲ τὸν πατέρα τοῦ παντὸς τὸ λεχθὲν ἐπαινέσω, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν τὸ πάμμουσον καὶ ὑμνῳδὸν αὐτίκα φανεῖσθαι γένος· ἐκ μιᾶς δὲ τῶν περὶ αὐτὸν δυνάμεων, παρθένου μνήμης, ἣν μνημοσύνην παρατρέποντες οἱ πολλοὶ τὸ ὄνομα καλοῦσιν. ὁ μὲν οὖν τῶν παλαιῶν μῦθος ὧδε ἔχει. ἑπόμενοι δὲ ἡμεῖς αὐτῷ λέγομεν, ὅτι οἰκειότατόν ἐστιν ἔργον, θεὸν μὲν εὐεργετεῖν, γένεσιν δὲ εὐχαριστεῖν, μηδὲ ἔξω τούτου πλέον τῶν εἰς ἀμοιβὴν ἀντιπαρασχεῖν δυναμένων. ὃ γὰρ ἂν θελήσῃ τῶν ἄλλων ἀντιχαρίζεσθαι, τοῦτ' εὑρήσεται τοῦ πάντα πεποιηκότος. ἀλλ' οὐ τῆς κομιζούσης φύσεως κτῆμα ἴδιον.

παράνομον, ἐφήμερόν τε, καὶ εὐδιάλυτον ἐξ ἑαυτοῦ.

τὸ βίαιον, ὀλιγοχρόνιον.

τὸ δὲ τέρμα, γνῶσίς ἐστι καὶ ἐπιστήμη θεοῦ.

Prima tentātem honestum est in secundis tertijsúe consistere. Cicero.

τὰ μέντοι δευτερεῖα; καὶ ταῦτα μεγάλα.

τυφλοὶ γὰρ πρὸς ὀξὺ βλέποντας, ἀναποδήμητοι πρὸς ἐκδεδημηκότας.

μέρη τέκνα γονέων.

πρῶτον μὲν ὁ θεὸς φῶς ἐστί.

πόνον φεύγων, φεύγει καὶ τἀγαθά.

ἀρχὴ δ' ἀρίστη πάντων τῶν ὄντων θεὸς, ἀρετῶν δ' εὐσέβεια.

a εὐχῶν ἀρίστη καὶ τέλος εὐδαιμονίας, ἡ πρὸς θεὸν ἐξομοίωσις.

b ὅπερ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη, ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τοῦτ' ἐν ἑλλάδι ἀθῆναι.

λαλίστατον ἄνθρωπος ἀτυχῶν.

* Ιωσήπου.

τὰ γὰρ παράλογα καὶ μείζω τῆς ἐλπίδος, τοῖς τερατώδεσι πιστοῦται πράγμασιν.

τὸ γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν, ἰσχυρὰ δύναμις.

δυσπόριστον ἡ ἀρετὴ τοῦ σωφρονεῖν, οἷς ἀνυπεύθυνον τὸ πράσσειν † ῥᾳστώνη πάρεστι.

a Saluati in æterna vita, erunt Deo similes, consortes diuinæ naturæ, & tandem Deus ipse: vt Naziāzen* ex Scriptura loquitur. θεοῦ μόνου καὶ ὅλου χωρητικοί. τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, πρὸς ἣν σπεύδομεν.

b Laus Athenarum, quæ omnis doctrinæ, sapientiæ ac eloquentiæ humanæ olim fuit officina: ad quam discendi causa ibatur ex omnibus terris, regionibus, prouincijs. In Athenis autem laudandis multus est Nazianzenus, Aristides, Lycurgus, Isocrates, &c. * Flauius Iosephus Iudæus, scripsit 20. Antiquitatum libros, dictione purissima ac dulcissima, ab exordio mundi vsq; ad decimum quartum annum Domitiani Cæsaris: & duos ἀρχαιότητος aduersus Appianum Grāmaticum Alexandrinum, vituperantem gentem Iudaicam: libros item 7. belli ac totalis euersionis regni Iudaici. & librum de Macabæorū martyrijs. Hi libri simul coniuncti in vno volumine, excusi sunt Græcè in officina Frobeniana Basileæ, in fol. typis maiusculis & perquàm elegantibus.

† ῥᾳστώνη, τὸ πράσσειν ἀνυπεύθυνον, appositio est: facultas, id est facere impunè, ἀνυπεύθυνον adiectiuo posito pro aduerbio.

οὐδὲν

Hoc responsum patri vniuersorũ placuisse fertur: nec multò post exortum genus canorum & Musicum, ex vna diuinatum potentiarum, virgine Memoria, quam Mnemosynem quidam vocant, detorto nomine. Hæc est priscorum fabula, ex cuius autoritate dicimus, * *Nihil esse Deo magis proprium, quàm benefacere: nihil item creaturæ, quàm gratias agere, cum præterea nihil rependere valeat. Nam si quid aliud retribuere voluerit, id inueniet iam antè non ad creaturæ offerentis, sed ad ipsius omniũ creatoris possessionem pertinere. lib. De plantatione Noë.*

* Dei proprium, benefacere: hominũ, Dei beneficia celebrare: ac eò debet respicere vniuersa nostra vita, studia, labores, carmina, & tota poëtica, vt Deus celebretur.

Quicquid iniquum, vix vno die durabile, à seipso dissoluitur. lib. De temulentia.

Quicquid violentum, idem non diuturnũ est. lib. Quòd Deus sit immutabilis.

Finis metaq; huius vitæ est, scientia & cognitio Dei.

Magnum fuerit, vel in secundo loco consistere. lib. De Abraham.

Quantum cæci cedunt videntibus, tantum præstant peregrinati nunquam egressis patriam.

Parentum partes sunt liberi. lib. De profugis.

Deus, est lux primaria. lib. De somnijs.

Deus est primum lumen, angeli secundũ, tertium homines, inquit Nazianzenus. Est autẽ Deus lux, secundum Scripturam: id est, lucidissima ac purissima essentia, & habitat lucẽ nobis inaccessam in hac vita.

Qui fugit laborẽ, fugit felicitatẽ. lib. 3. De vita Moysis.

Principium rerum omnium optimum Deus est, sicut virtutum pietas. lib. De decalogo.

Votorũ summa & felicitatis finis est, reddi Deo similem.

Quod in oculo pupilla, in anima ratio, hoc Athenæ sunt in Græcia. lib. Quod omnis probus liber sit.

Nihil calamitosis loquacius. lib. De legatione ad Caiũ.

Iosephi.

Quæ enim supra spem & rationem videntur, eorum solet oraculis confirmari veritas. lib. 10. Antiquit. Iud.

Finis miraculorũ, confirmatio doctrinæ.

Inuictum robur est innocentiæ. lib. 12.

Veritas laborare potest, opprimi non potest.

Ardua res est, eos sapere, quibus adest quiduis facientibus impunitas. lib. 19.

οὐδὲν ἀλκιμώτερον τῆς ἀπογνώσεως.

καὶ γὰρ εἰλήφαμεν παρ' ἐκείνου τὸ εἶναι· καὶ τὸ μηκέτι εἶναι, πάλιν ἐκείνῳ δίδωμεν. τὰ μέν γε σώματα θνητὰ πᾶσι, καὶ ἐκ φθαρτῆς ὕλης δημιουργεῖται· ψυχὴ δὲ ἀθάνατος ἀεὶ, καὶ θεοῦ μοῖρα τοῖς σώμασιν ἐνοικίζεται.

Anima, Dei particula, immortalis est.

πείθεται δὲ ταχέως ἄνθρωπος ἐν συμφοραῖς.

ΡΗΤΟΡΩΝ ΚΑΙ ΣΟΦΙΣΤΩΝ.

Ἀντιφῶντος.

ἐστὶ μὲν τὰ πλείω τοῖς ἀνθρώποις τοῦ βίου ἐν ταῖς ἐλπίσιν· ἀσεβῶν δὲ καὶ παραβαίνων τὰ εἰς τοὺς θεοὺς καὶ αὐτῆς ἂν τῆς ἐλπίδος, ὅπερ ἐστὶ μέγιστον ἀνθρώποις τοῦ βίου ἀγαθὸν, αὐτὸς αὑτὸν ἀποστεροίη.

πολυτελέστατον ἀνάλωμα χρόνος.

Ἀνδοκίδου.

Fuit & Andocydes Atheniēsis, cuius aliquot orationes in eodem Aldi Opere leguntur.

χρὴ τεκμηρίοις χρῆσθαι τοῖς πρότερον γενομένοις, περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι.

a Λυσίου.

μήτε ἔλεον, μήτε συγγνώμην, μήτε χάριν μηδεμίαν περὶ πλείονος χρὴ ποιήσασθαι τῶν νόμων τῶν κειμένων.

εὖ μὲν γὰρ ἂν ποιεῖν χαλεπὸν, ἐξαμαρτάνειν δὲ τῷ βουλομένῳ ῥᾴδιον.

b Ἰσοκράτους.

ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν. ἄνευ δὲ ταύτης * πλείω τοὺς ἔχοντας ἔβλαψε.

* pro πλείονα, seu καὶ πλείονα, in pluribus.

τοιοῦτος

a Lysias rhetor fuit Syracusanus, cuius orationes aliquot in eodem opere extant.

b Isocrates Atheniensis summus rhetor fuit, cuius domus (vt Cicero inquit) officina eloquentiæ est habita: & cuius è ludo, tanquam ex equo Troiano, innumeri principes prodierunt. Qui non vnam aliquam, sed vniuersas politicas virtutes ac negocia scire voluerit, ille Isocratis orationes sibi familiares faciat. quarum 21. cum Epistolis eiusdem, Basileæ apud Oporinum Græcolatinæ, ex Vuolphij conuersione, in 8. expressæ sunt.

Nihil est fortius desperatis. lib. 3. belli Iudaici.

Ab illo accepimus, vt essemus: rursumq́, vt esse desinamus, illi reddendum est. Corpora quidem cunctis mortalia sunt, ex caduca materia fabricata: anima verò semper immortalis est, Deiq́, particula in corporibus collocata. (daici.

Citò autẽ in aduersis homini persuadetur. lib. 6. belli Iu-

Ad tristem partem strenua suspicio. Publius.

* RHETORVM AC SOPHISTARVM.

Antiphontis.

Antiphontis oratoris Atheniensis extant aliquot orationes Græcè, ab Aldo Manutio Venetijs excusæ, in magno Opere Græcarum orationũ.

Plurima vitæ huius in spe mortalibus sita sunt: sed impius & iniquus in deos, ipsa etiam spe, quæ est hominibus maximum vitæ bonum, seipsum priuat. Orat. poste. ex Apologia.

Preciosißima res tempus. Plutarch. in Antonio.

Andocydæ.

Futura ex præteritis coniecturanda sunt. Orat. de pace cum Laced. 5.

Lysiæ.

Neq, misericordiam, neq, veniam, neq, vllam gratiam pluris oportet facere, quàm leges scriptas. Orat. in Alcibiadem aciei desertorem.

Rectè facere, difficile: peccare autẽ, facile. in Apologia.

Isocratis.

Robur verò cum prudentia coniunctum, sanè prodest: sed sine hac, plus ipsis robustis obfuit. Orat. ad Demonicum.

 Talem

* Rhetores sunt, qui artem oratoriam profitentur, & dicendi præcepta tradunt, quorumq; artes totæ forenses & populares sunt, vt inquit Cicero. Oratores autem erant viri doctrina sapientia ac eloquentia præstantes, iuris ac legum periti, regum principum ac ciuitatum consiliarij & syndici, qui legati ad reges & nationes cũ mandatis mittebantur: ac erant etiam sæpe magistratus, rectores rerum publicarum in causis publicis ac priuatis, eloquentia perfecta vtentes, vt Festus loquitur. Sophistæ verò olim philosophi & sapientiæ professores dicebantur. Deinde verò Rhetores. Postremò verò abijt nomen in inuidiam, vt Sophistæ dicerentur, qui fictam quandam sapientiæ speciem iactitarent, ac qui de qualibet materia in vtramque partem dicere possent, ἐν τοῖς ὀνόμασι σοφιζόντες, καὶ οὐκ ἐν τοῖς νοήμασι, vt Xenophon ait. Sæpe autem vox rhetoris ac oratoris indifferenter pro eodẽ accipitur: quemadmodũ nos etiã vsurpauimus hoc loco.

τοιοῦτος γίνου περὶ τοὺς γονεῖς, οἵους ἂν εὔξαιο περὶ σεαυτὸν γενέσθαι τοὺς σαυτοῦ παῖδας.

σοφία μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

πλησμονὴ γὰρ ἁπάντων.

τὸ μὲν γὰρ χρυσίον ἐν τῷ πυρὶ δοκιμάζομεν, τοὺς δὲ φίλους ἐν ταῖς ἀτυχίαις διαγινώσκομεν.

μηδενὶ συμφορὰν ὀνειδίσῃς· κοινὴ γὰρ ἡ τύχη, καὶ τὸ μέλλον ἀόρατον.

Importunũ, molestum.

τὸ γὰρ ἄκαιρον, πανταχοῦ λυπηρόν.

πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων, ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος.

* Nos, loquitur de se in plurali Isocrates, id est, quæ ego tibi, ô Demonice, præscribo ac trado præcepta.

χρὴ παραδείγμασι χρωμένους, ὀρέγεσθαι τῆς καλοκαγαθίας· καὶ μὴ μόνον τοῖς ὑφ' * ἡμῶν εἰρημένοις ἐμμένειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ποιητῶν τὰ βέλτιστα μανθάνειν, καὶ τῶν ἄλλων σοφιστῶν εἴ τι χρήσιμον εἰρήκασιν ἀναγινώσκειν. ὥσπερ γὰρ τὴν μέλιτταν ὁρῶμεν ἐφ' ἅπαντα μὲν τὰ βλαστήματα καθιζάνουσαν, ἀφ' ἑκάστου δὲ τὰ χρήσιμα λαμβάνουσαν· οὕτω χρὴ τοὺς παιδείας ὀρεγομένους, μηδενὸς μὲν ἀπείρως ἔχειν, πανταχόθεν δὲ τὰ χρήσιμα συλλέγειν. μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ ταύτης τῆς ἐπιμελείας, τὰς τῆς φύσεως ἁμαρτίας ἐπικρατήσειεν.

Adulatores, amici veri.

πιστοὺς ἡγοῦ μὴ τοὺς πᾶν ὅ, τι ἂν λέγῃς ἢ ποιῇς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἁμαρτανομένοις ἐπιτιμῶντας.

Quæ vitari non possunt.

φιλοσοφία καὶ πρός τε τὰς πράξεις ἡμᾶς ἐπαίδευσε, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἔπαυσε· καὶ τῶν συμφορῶν τάς τε δι' ἀμαθίαν, καὶ τὰς ἐξ ἀνάγκης γιγνομένας διεῖλε, καὶ τὰς μὲν φυλάξασθαι, τὰς δὲ καλῶς ἐνεγκεῖν ἐδίδαξεν.

οὐ γὰρ ἐν ταῖς πολυτελείαις ἡ εὐσέβεια, ἀλλ' ἐν τῷ μηδὲν κινεῖν, ὧν ἡμῖν οἱ πρόγονοι παρέδοσαν.

Plures pauperes, quàm diuites.

πλείους εἰσὶν οἱ σπανιζόμενοι, τῶν ἐχόντων.

ἀλλὰ γὰρ πάντες πλείω πεφύκαμεν ἐξαμαρτάνειν, ἢ κατορθοῦν.

μωρόν ἐστι, ἐπὶ τὴν λέξιν πλείονα χρόνον διατρίβειν, ἢ ἐπὶ τὰς πράξεις.

ὁ * πλοῦ-

Talem erga parentes tuos te prabe, quales in te liberos tuos esse optares.

Solius possessio sapientia est immortalis.

Omnium rerum satietas est.

Vt aurum igni probatur, sic amicorum fides reb. aduersis declaratur.

Nemini calamitatem exprobres. nam fortuna communis est, futuraq; prouideri non possunt.

Quicquid alieno tempore fit, vbiq; molestum est.

Laus enim multitudinis magnis opibus est praferenda.

*Decet in exempla bonorum virorum intuentes, virtutis & honestatis flagrare desiderio: nec ea seruare duntaxat qua nos diximus, sed & poëtarum optimas sententias discere: & qua alij viri sapientes * vtiliter praceperunt, legere. Nam vt apes omnibus insidere flosculis, de singulis autem vtilia carpere videmus: sic eruditionis comparanda studiosos nihil inexploratum relinquere, sed profutura qua sint, vndiq; colligere decet. Tametsi enim hac omnia diligenter prastiterimus, etiam sic natura nostra prauitatem agrè superabimus.*

* Studiosi debent in lectione bonorum autorum apum exemplum sequi, ac ex omnibus optima seligere.

Fideles existima, non eos qui quicquid dixeris aut feceris laudant. sed qui etiã errata ac delicta reprehendant. Orat. 2. ad Nicoclem de regno.

Philosophia nos & alias actiones erudiuit, & inter nos mitiores reddidit: & calamitates qua tum ex inscitia tum necessariò oriuntur, distinxit: atq; illas cauere, has pulchrè ferre docuit. Orat. 4. qua Panegyrica inscribitur, quòd in celebri Gracia conuentu sit habita.

Quid cõferat philosophia.

Nec enim magnitudine sumptuum religio metienda est, sed solicita eorum rituum obseruatione, quam nobis maiores tradiderunt. Orat. 5. Areopagitica.

Religio non cultibus sumptuosis, sed verbo tradito metienda.

Plures sunt qui egeant, quàm qui rem habeant.

Sed ita natura comparatum est, vt omnes sapius peccemus, quàm officio fungamur. Orat. 6. ad Philippum.

Stultitia est, compositioni dictionis diutius immorari, quàm rebus ipsis.

Plus temporis dandum rebus, quàm verbis.

ὁ * πλοῦτος ἀδίκως εἰς τὴν πόλιν εἰσελθὼν, καὶ τὸν δικαίως ὑπάρξαντα, διὰ ταχέων μέλλει προσαπολεῖν.

αἱ συμφοραὶ συστέλλουσι, καὶ ποιοῦσι σωφρονεστέρους.

μέτριον βίον μετὰ δικαιοσύνης μᾶλλον, ἢ πλοῦτον μέγαν μετὰ ἀδικίας, δεῖ προαιρεῖσθαι.

δεῖ καρτερεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι, καὶ θαῤῥεῖν περὶ τῶν μελλόντων.

μηδὲν οὕτω δεινὸν νομίζειν χρὴ, ὡς τὸ κακῶς ἀκούειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν.

φθόνῳ τοῦτο μόνον πρόσεστιν ἀγαθὸν, ὅτι μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχουσιν ἐστίν.

κρεῖττόν ἐστιν ἐπὶ τῶν χρησίμων ἐπιεικῶς δοξάζειν, ἢ περὶ τῶν ἀχρήστων ἀκριβῶς ἐπίστασθαι.

κάλλος καὶ τῆς ῥώμης αὐτῆς ἄρχειν πέφυκεν.

Semper est misera conditio literarum.

ἡ φιλοσοφία ἐπικήρως διακειμένη καὶ φθονουμένη ἐστί.

μέγιστον ἀγαθῶν, ἡ ἐπὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑγίεια.

πᾶσα πολιτεία, ψυχὴ πόλεως ἐστί.

Vis literarũ.

τὰ γράμματα τηλικαύτην ἔχει δύναμιν, ὥστε τοὺς ἐπισταμένους αὐτὰ, καὶ χρωμένους ὀρθῶς αὐτοῖς, μὴ μόνον ἐμπείρους γίγνεσθαι τῶν ἐπὶ τῆς ἡλικίας τῆς αὐτῶν πραχθέντων, ἀλλὰ καὶ τῶν πώποτε γενομένων.

a Id est, Cogitant, quomodo & quibus rationibus suum peccatum velint excusare, defendere.

b In aulis facilimè effunditur in vno momento gratia, quam quis collegit multorum annorum meritis.

τὰ γὰρ αὐτὰ πανταχῆ, καὶ μηδαμῆ διαφέροντα, τοῖς μὲν ὠφέλιμα, τοῖς δὲ βλαβερὰ γίνεται.

μέγιστον κακὸν διαβολή.

πάντες ἄνθρωποι ὅταν περ ἀδικεῖν ἐπιχειρῶσιν, ἅμα καὶ τὴν [a] ἀπολογίαν σκοποῦνται.

[b] πολλάκις μεῖζον ἴσχυσαν αἱ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων κολακεῖαι, τῶν εὐεργεσιῶν πολλῶν τε καὶ μεγάλων.

Ἰσαίου.

Rigor legum remittẽdus, ne summũ ius fiat summa iniuria.

χρὴ τοὺς νόμους μὲν τίθεσθαι σφοδρῶς, πρᾳοτέρως δὲ κολάζειν ἢ ὡς ἐκεῖνοι κελεύουσι.

Αἰσχίνου.

* Generaliter vera est hæc sententia: specialiter autẽ verissima, de bonis spiritualib. quæ instar pennarũ aquilæ (vt scribit Aelianus) absumunt cætera bona, etiam iustè parta. Exempla sexcenta sunt præ manib. Principum, comitũ, nobilium & aliorum, qui pauperes fiunt ex diuitibus, propter raptas illas eleemosynas, quæ Scholis, Ecclesiæ, pauperi Christo fuerunt consecratæ à pijs maiorib. Verùm super his alibi plurib. sumus cõmentati.

Opes vrbem iniustè ingressa, etiam eas quæ iure tenebantur, paruo temporis spacio secum vnà euersuræ sunt. Oratione 7. de Pace.

Calamitates erudiunt & modestiores reddunt homines.

Mediocrem vitæ statum, cum iusticia, magnis opibus malè partis præstat anteponere.

Præsentia æquis animis perferamus, de futuris autem bene speremus. Orat. 8. quæ Archidamus inscribitur. Præsentia boni consulenda.

Nihil horrendum magis est ducendum, quàm malè audire apud suos.

Inuidia id duntaxat habet boni, quòd sibimetipsi plurimum affert mali. Orat. 9. quæ Laudatoria inscribitur.

Longè præstabilius est de rebus vtilibus mediocres opiniones habere, quàm superuacanearum exquisitam cognitionem. Orat. 10. in Helenæ encomio. Superuacanea non discenda.

Pulchritudo ipsi etiam robori solet imperare.

Studia bonarum literarum veluti fatali calamitate vrgentur, & in odio sunt. Orat. 11. quæ Busiris inscribitur.

Maximum bonorum, mens sana in sano corpore. Orat. 12. quæ Panathenaicus inscribitur. Sana mens & sanum corpus coniuncta, maximum bonum.

Cuiusque reipublicæ forma, anima est ciuitatis.

Literæ tantam vim habent, vt qui ijs instructi sunt, rectéq; vtuntur, non ea solùm cognoscant quæ sua ætate geruntur, sed illa etiam quæ vnquam facta sunt.

Vbiq; terrarum eædem res, planéq; nihil differentes, alijs prosunt, alijs obsunt. Non omnia congruunt omnibus.

Summũ malũ est calumnia. Orat. 15. De permutatione.

b Hesiodi de se ipso, quòd natura poëta sit, Musarum beneficio. Nullus enim magnus vir sine afflatu diuino est, inquit Cicero. Ideo Ouidius suum quoque carmen ad Deum autorem refert, cùm ait: Ista Dei vox est, Deus est in pectore nostro: Hoc duce prædico vaticinorque Deo.

τὴν δὲ μάλιστα γαμεῖν, ἥτις σέθεν ἐγγύθι ναίει,
πάντα μάλ᾽ ἀμφὶς ἰδών, μὴ γείτοσι χάρματα γήμῃς.
Μηδὲ πολύξεινον, μηδ᾽ ἄξεινον καλέεσθαι.
εἰ δὲ κακὸν εἴποις, τάχα κ᾽ αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαις.
Μηδ᾽ ἀπὸ χυτρόποδων ἀνεπιρρέκτων ἀνελόντα
ἔσθειν. —

Si maledices, audies.

Φήμη [a] δ᾽ οὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ
λαοὶ φημίζουσι, θεός νύ τίς ἐστι καὶ αὐτή.
ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.
ὡς οὐκ ἔστι Διὸς κλέψαι νόον, οὐδὲ παρελθεῖν.
ὄλβιος ὃς μέγα ἔργον ἐν ἀθανάτοισιν ἀνύσας,
ναίει ἀπήμαντος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
Νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπών, τ᾽ ἀνέτοιμα διώκει.
Μάντις δ᾽ οὐδείς ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
ὅστις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.
b Τὸν δ᾽ οὔτ᾽ ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὐδ᾽ ἀροτῆρα,
οὐδ᾽ ἄλλως τι σοφόν, πάσης δ᾽ ἡμάρτανε τέχνης.
ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη
ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος,
τρεῖς δ᾽ ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται, αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
ἐννέα τοὺς κόρακας. δέκα δ᾽ ἡμεῖς τοὺς φοίνικας,
νύμφαι εὔπλοκα μοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.
c αἰακίδαι πολέμῳ [d] κεχαρηότες, ἠΰτε δαιτί.
e πρόσθε λέων, μετόπισθε δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

Nulla fortuna perpetuò bona.

Pij in cœlo beati sunt.

a At nequit ex nihilo volucris prorumpere fama, Sed partem veri fabula quæque tenet. Ouid.

b Dion Hesiodo tribuit hos versus, contra citationē Clemētis. 1. Strom. & Aristotelis 6. Moralium Nicomachicorū. Describunt autem versus isti Margiten quendam, quem docet Suidas ob insignem stulticiam fuisse celebrem, qui non potuerit numerare supra quinque. Quum iam esset factus iuuenis rogauit matrem, an ex eodem patre nata esset? Dicetur in hominem, qui ad nullam prorsus actionem vtilis est. c Aeacidæ fuerunt Telamon, Peleus, Achilles & vterq; Pyrrhus: Achillis filius alter, alter Epiroticus, laude fortitudinis bellicæ clarus. Vide Plutarch. in Pyrrho. Vsurpabitur de familia aliqua Heroica, in qua semina excellentium virtutum plærunque in posteros propagantur. Refertur à Polybio lib 5. d κεχαρηότες, præterit. med. Ionicum, cum epenthesi. ι. pro κεχαρηκότες, verbi χαίρομαι. e Legitur etiam apud Homerum: quemadmodum apud ipsum Orphea & Hesiodum ijdem versus multi leguntur. De Chimæra loquitur, quam Bellerophon domuisse scribitur. Pierius in Hieroglyphicis, de amoris petulantia interpretatur, in Icone hieroglyphico. Cicero vtitur de epistola inæquali. Nos vtemur de homine inconstante, varijs moribus, seu opere non cohærente. Hunc versum de Arcesilao philosophus hoc pacto retorsisse scribitur: πρόσθε πλάτων, ὄπισθε πύρρων, μέσσος διόδωρος. Id est: Antè Platon, retrò Pyrrhon, medius Diodorus: quòd videlicet non solùm Homeri Arcesilaus esset studiosissimus, vt semper ante somnum aliquid legeret: sed etiam Platonis, Pyrrhonis & Diodori philosophorum sedulus sectator esset. Laert. in Arcesilao. Meminit etiam Eusebius in præparatione.

Τερπάν-

Eam verò ducito maximè, quæ prope te habitat:
Omnia valde diligẽter cõsiderans, ne vicinis gaudia ducas.

Modus vbiq; seruandus, ne in extrema impingamus.

Non oportet te multorũ hospitem, neq; nullius nominari.
Si verò maledixeris, fortè etiam ipse peius audies.
Neq; de ollis nondum consecratis rapiens, edito.

Etiam gẽtes nisi precibus factis, aut sacrificijs peractis, cibum non capiebant.

Nec vlla fama prorsus vana est, quam multi famant populi: dea equidem & ipsa est.
Aliquando nouerca existit dies, aliquando verò mater.
Sic non licet Dei mentem decipere, neque præterire. In Theogonia.

Deus non irridetur.

Beatus ille est, qui pium opus operatus secundum deorũ voluntatem,
Habitat illæsus ac immortalis omni tempore.
Stultus est, qui præsentia relinquens, absentia persequitur. apud Scholiasten Theocriti Idyll. 11.
Non vates inter terrestres vllus habetur,
Qui Iouis ægiferi poßit cognoscere mentem. apud Clementem lib. 5. Stromat.
Hunc nec aratorem dij, fossorémue crearunt,
Vllo alióue modo sapientem, arsq; absuit omnis. ex Dione Chrysostomo, orat. 7.
* *Ter tria secla hominis transmittit garrula cornix.*
Quatuor at peragit cornicis tempora ceruus:
Ceruinam ætatem coruus ter præterit ater.
Coruinos annos nouies agit Indica phœnix.
Atqui crispicomæ, soboles Iouis alma tonantis,
Egredimur decies phœnicia secula Nymphæ. apud Plutarchum in commentario qui inscribitur περὶ τῶν ἐκλελειπότων χρηστηρίων, citantem Hesiodum, sub persona Naidis ætates animalium varias sic complectentem.
Aeacidæ magis virtuti studuerunt quàm voluptati.
A fronte leo, pone verò serpens, media capra. In Theogonia.

* Hoc Hesiodi carmen Latinè legitur inter Epigrammata, quæ cum Vergilio ad finẽ sunt addita. Plinius etiam oppidò quàm commodè breuiterq; reddit: Hesiodus, inquit, cornici nouem nostras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatũ coruis: etiamsi nonnullis autoribus hæc fabulosa videntur, inter quos Aristoteles arbitratur, homine nullum aliud animal viuacius esse, excepto vno elephanto.

Τερπάνδρου.

ἔνθ' αἰχμά τε νέων θάλλει, καὶ μοῦσα λιγεῖα,
καὶ δίκα εὐρυάγυια. —

Πυθαγόρου.

Opes non perpetuum aut constans bonū sunt.

Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι.
βουλεύου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
πῇ * παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη;
— ἔρχευ ἐπ' ἔργον,
θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. —
— θεῖον γένος ἐστὶ βροτοῖσιν.
ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα, ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

* Pythagoras solitus est admonere adolescentes, vt quotiens domum ingrederentur, hunc versiculū suo cū animo versarēt. Monet namq; hic versus, de omnibus lapsibus humanæ vitæ, qui in tribus rebus consistūt: aut cùm secus facimus quàm oportet, hoc est, plúsue minúsue quam decet: aut facimus quod omissum oportuit: aut omittimus quod factum oportuit. Virgilius in carmine de viro bono, sic reddidit: Non prius In dulcem declinat lumina somnum, Omnia quàm longi reputauerit acta diei: Qud prætergressus? quid gestum in tempore? quid non? Cur isti facto decus absuit, aut ratio illi?

Φωκυλίδου.

Κοινὰ πάθη πάντων, ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος.
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί.
οὐκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μέτρῳ μὲν φαγέειν, καὶ πιεῖν, μυθολογεῖν τε.
Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή.
Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνεαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας θ' ὁμότεχνος.
Πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι.
Λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος.
Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι καὶ εἰκών.
Ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ [a] ἀγήρως ζῇ διαπαντός.
Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.

Βέλτερος

a ἀγέρως, pro ἀγήρατος, ἀγήραος, & Atticè ἀγήρως.

Terpandri.

* *Hic iuuenum cuspis viret, & dulcissima Musa,*
Iudiciumq́; patens. apud Plutarchum in Lycurgo, de Lacedæmonijs.

Pythagoræ.

Opes verò quandoq; teneri solent, quandoq; etiã amitti. In aureis carminibus.

Delibera autem ante opus, ne stulta sint quæ agis.

Quò transgressus sum? quid verò feci? quid faciendum mihi non effectum est?

— Abi ad opus,
Deos precatus vt perficiant. —
— Diuina origo hominum est.
Si verò deinde derelicto corpore, ad æthera liberum veneris,
Eris immortalis Deus, semper viuẽs, nec amplius mortalis.

Pythagoræ & Phocylidæ sapientissima & antiquissima poëmata, aliquotiens Basileæ in 8. excusa sunt in 4. etiam Oporinus edidit Græcolatina, ex nostra conuersione ac expositione.

Anima spiritus immortalis est.

Phocylidæ.

Communes enim casus omnium sunt, vitaq́; circulus est, & instabilis felicitas. In admonitorio.

Omnium modus optimus est, excessus verò vitiosi sunt.
Non enim iterum, factum potest fieri infectum.
Cum modo edito, & bibito, & loquitor.
Modus enim in omnib. optimus, excessus autẽ noxius est.
Persuasio enim vtilitatẽ affert, lis verò litem (alterã.)
Sapientiam enim sapiens iudicat, artes verò artifex.
Multi enim potus cibiq́; sunt amici.
Vulgo ne credas, mutabile enim vulgus est.
Animæ enim in mortuis manent incorrupta:
Spiritus namq; Dei imago est & vsus hominibus.
Anima verò immortalis, & sine senio viuit semper.
Tempori seruito, neq; repugnes ventis.

Artifices iudicant de artibus.

* De Spartanis ista dicuntur, quos indicat & bellicosissimos, & eruditissimos fuisse: quorum rex cùm prælium initurus esset, sacra Musis antè persoluebat. Docet autem, alias gentes & nationes alijs rebus & studijs deditas esse, ac præstare alias alijs rebus. Pindarus eodem loco apud Plutarchum, Lacedæmonios his verbis prædicat: ἔνθα βωλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύοντι αἰχμαὶ καὶ χόροι, καὶ μοῦσαι, καὶ ἀγλαΐα

a Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
Ἀρχεῖς καὶ πόλιας σοφίη, καὶ νῆα κυβερνᾷ.
Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.
Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὖ φρονέοντος.
Πολλὰ μέσοισιν ἄριστα, μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

Der heler / ist wie der steler.

Σωκράτους.

Οἳ δὲ χοροῖς κάλλιστα θεοὺς τιμῶσιν ἄριστοι.

Deus à nemine libentius & rectius colitur, quàm à pijs.

Σοφοκλέους.

Οὐδὲ θεοῖσι, λέγει, αὐθαίρετα πάντα πέλονται,
νόσφι Διός· κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος, ἠδὲ καὶ ἀρχήν.
ἰσχὺς ἀπήμβλυνται τε, νοῦς θεῖος δὲ μενοινᾷ.

Εμπεδοκλέους.

b Πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι.
ὡς γλυκὺ μὲν γλυκὺ μάρπτε, πικρὸν δ' ἐπὶ πικρὸν.
ὀξὺ δ' ἐπ' ὀξὺ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεῖτο θερμῷ.
ὄλβιος, ὃς θείων πραπίδων ἐκτήσατο πλοῦτον·
δειλὸς δ' ᾧ σκοτόεσσα θεῶν πέρι δόξα μέμηλεν.
ἀλλ' ἀπάνευθε πόνοιο νόου φρενὶ πάντα κραδαίνει.
φάρμακα δ' ὅσσα c γεγᾶσι κακῶν, καὶ γήραος ἄλκαρ.
d Ζεὺς ἀργής, ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' ἀϊδωνεύς,
νῆστις θ' ἣ δακρύοις ἐκπικρεῖ ὄμμα βρότειον.
Οὐδέ τι τοῦ παντὸς κενεὸν πέλει, οὐδὲ περισσόν.
Οἵων ἐξ ἐρίδων, ἔκ τε στοναχῶν ἐγένεσθε
ἄνθρωποι θνητοί, καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες.

Simile simili charum.

Πῦρ δὲ

a Pectora sunt potiora manu, vigor omnis in illis: ait Vlysses apud Ouid. ad Aiacem Telamonium, robore stupendo præditum.

b Tam diu discendum est, quàm diu nescias: aut si prouerbio credimus, per omnem vitam, ait Seneca.

c γεγᾶσι, pro γεγόνασι, verbi γάω.

d Quatuor elementa: Iupiter ignis, Iuno terra, Aidoneus aër, (vt Laërtius exponit, ἀϊδωνεὺς autem Plutonem significat) Nestis aqua. νῆστις à νάω, fluo. Apud Plutarchum ijdē versus paulò aliter leguntur.

Præstantior est robusto vir sapiens.

Agros enim & vrbes, & nauem, gubernat sapientia.

Vtriq; enim fures sunt, & qui recipit, & qui furatur. Faciens & cōsentiens eadem pœna plectuntur.

Accipe consilium etiam à seruo prudente.

Mediocris fortunæ homines multa habent commoda: talis itaq; in ciuitate esse cupio. apud Aristotel. Politic. lib. 4. cap. 11.

Socratis.

Quiq; boni diuos rectè venerantur ad aras. apud Athenæum lib. 14.

Sophoclis.

Neq; dijs cuncta obueniunt spontanea
Sine Ioue. Is enim habet finem & principium. apud Eusebium lib. 13. de præparat. Euangelica. Sine Deo nihil possumus nec magni, nec parui.

Robur senibus debile est: sed mens diuina valet. apud Athenæum. Senum prudentia.

Empedoclis.

Ad præsens hominum crescit sapientia semper. apud Aristotelem lib. 3. de Anima.

Scilicet dulce dulce corripit: amarum autem ad amarum,
Acidum autem ad acidum vadit, calidum autem calido adiungitur. apud Macrobium lib. 7. Saturnalium.

Diuinæ mentis possedit qui bona felix:
Sed miser est, tenebrosa Deum cui opinio curæ. apud Clementem lib. 5. Stromat.

Sed sine labore animi res omnes mente mouet. apud Steuchum. Deus.

[a] *Pharmaca quis pellas morbos, leuesq; senectam. apud Laërtium in Empedocle.*

Iupiter albus, & alma soror Iuno, atq; potens Dis,
Et Nestis, lachrymis hominum quæ lumina complet. apud eundem.

[b] *In toto vacui nihil est, nihil inde supersit. apud Theodoritum, libro De materia & mundo.*

Litibus ex quantis prognati, & planctibus estis,
Caro qui tantum, & nihil estis. apud Clementem libro. 3. Stromatum. Homines miseri.

a Pharmaca, morborum ac senectæ sunt remedium.

b Natura abhorret à vacuo, & nihil facit frustrà, cùm etiam capillus vnus habeat suam vmbram.

Quatuor elementa.

Πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθέρος ἤπιον ὕψος.
Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε·
Ζεὺς, αἰθήρ, ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' ἀϊδωνεύς,
νῆστις θ' ἣ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Vinum quid.

Οἶνος ἀπὸ φλοιοῦ πέλεται, a σαπὲν ἐν ξύλῳ ὕδωρ.

Loquitur de maris fœcunditate.

Φῦλον ἄμουσον * ἄγουσα πολυσπερέων καμασήνων.
ἀλλὰ μόνον μίξις τε, διάλλαξίς τε μιγέντων.
ὡς ὄφρα μέν τε βιῶσι, τὸ δὴ βίοτον καλέουσι,
τόφρα μὲν οὖν εἰσιν καί σφι πάρα δεινὰ καὶ ἐσθλά.
b ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κούρη τε, κόρος τε,
θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπορος ἰχθύς.
Ἀλλὰ c τὸ μὲν πρῶτον νόμιμον, διά τ' εὐρυμέδοντος
αἰθέρος ἠνεκέως τέταται, καὶ ἀπλέτου αὐγῆς.

* ἄγουσα, subaudi θάλασσα.

Αὐγίου.

Δῶρα γὰρ ἀνθρώπων νοῦν ἤπαφεν, ἠδὲ καὶ ἔργα.

Ξενοφάνους.

Deus nulli mortalium similis.

Εἷς θεὸς ἔν τε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισι μέγιστος,
οὔτι δέμας θνητοῖσιν ὁμοίιος, οὐδὲ νόημα.
ἵπποι μὲν ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὅμοιοι.

Παρμενίδου.

Deus.

Μοῦνον, μουνογενές τε, καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀγένητον.
οὐδέποτ' ἦν, οὐδ' ἔσται, ἐπεὶ νῦν ἐστιν ὁμοῦ πᾶν.

ταυτότ'

a σαπὲν, participium aorist. β. pass. verbi σήπομαι.

b Empedocles & Pythagorei docuerunt, hominum animas transire in varia animantium corpora: quemadmodum Laërtius id pluribus exponit in Pythagora. & Lucianus in Micyllo seu Gallo suo, vbi exagitat Pythagoram.

c Deus prima lex est, ordinans omnia in hominum mentibus, ac tota rerum natura.

d Munera, crede mihi, placant hominesque deosque, Placatur donis Iuppiter ipse datis. Ouid.

Ignis, aqua & terra, & aëris blanda sublimitas. apud Plutarchum lib. Quomodo dinoscendus amicus ab adulatore.

Audi primùm quatuor rerum cunctarum elementa: Iupiter, ather, Iunoq; vitalis (id est aër) *& Pluto* (terra) *Et aqua, qua lachrymis rigat terram. apud eundem lib. 1. De placitis philosophorum.*

Vinum est putrescens sub ligni cortice lympha. apud eundem, libro De causis naturalibus.

Fœcundos pisces, multum qua ductitat agmen. Ibid. decade 4. Symposiacon.

Natura solummodo mixtio est, & alteratio mixtorum. Ibid. lib. contra Coloten.

Definitio naturæ temperamenti seu complexionis, quæ est humorum temperatura.

Cùm viuunt homines, id quod nominant vitam,
Tunc subsistunt & assunt ipsis bona & mala. eod. lib. contra Coloten.

Vita hæc temperata bonis & malis.

Ille ego qui quondam fueram virgoq́; puerq́;,
Atq; frutex, volucrisq́;, & venditus ex mare piscis. apud Origenem libro philosophumenon.

Verùm prima quidem lex per amplum
Cælum & immensum aërem explicatè extensa est. apud Aristotelem 2. Ethicorum.

Augiæ.

Namq; hominum mentes cum factis munera fallunt. apud Clement. lib. 6. Stromat.

Xenophanis.

Maximus in genere est diuûm atq; hominũ Deus vnus,
Qui neq; corpore nec mente est mortalibus vllis Assimilis. apud Clement. lib. 5. Stromat.

* *Equi equis, & boues bobus similes sunt. apud Eusebium lib 13. de præparat.*

* De perpetuitate specierum, quòd equus nascatur ex equo, ceruus ex ceruo: quæ testimonium sunt prouidentiæ diuinæ.

Parmenidis.

Solum, soligenum, intrepidum manet, ingeneratum. apud Theodoritum libro secundo, de principio.

Neq; fuit ipse unquã, neq; erit, quia nunc simul omne est,
Idemq́;

Apud Deum qui ab æterno est, nullum est tempus.

ταυτόν τ' ὄν, ἐν ταυτῷ τε μένον, καθ' ἑαυτό τε κεῖται.
ἐν δὲ μέσῳ τούτων δαίμων, ὃς πάντα κυβερνᾷ.
ἡ μὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ,
ἠδὲ βροτῶν δόξας, τῶν δ' οὐκ ἔτι πίστις ἀληθής.

Deus gubernator rerum omnium.

Ἀλκαίου.

* οἴνῳ πνεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ πυρὶ τέλλεται ἄστρον.

Σιμωνίδου.

Μνήμην δ' οὔ τινα φημὶ σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν.

Κλεάνθους τοῦ στωϊκοῦ.

Μὴ πρὸς δόξαν ὅρα, ἐθέλων σοφὸς αἶψα γενέσθαι.
μηδὲ φόβου πολλῶν ἄκριτον καὶ ἀναιδέα δόξαν.
οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν, οὔτε δικαίαν,
οὔτε καλήν, ὀλίγοις δὲ παρ' ἀνδράσι τοῦτο κεν εὕροις.

Vero iudicio præditi pauci sunt.

Ἀντιμάχου.

Πᾶρος τοι γ' ἀλόχοισι, καὶ οἷς τεκέεσσιν ἕκαστος.

Ῥαδαμάνθυος.

Εἴκε πάθοι τάκ' ἔρεξε, δίκη ἰθεῖα γένοιτο.

Vt sementem feceris, ita etiā metes.

Δημοκρίτου τοῦ Χίου.

Οἵ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνήρ, ἄλλῳ κακὰ τεύχων.

Πανυάσιος.

Οἶνος πυρὶ ἶσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ,
ἐσθλὸν ἀλεξίκακον, πάσῃ συνόπηδον ἀοιδῇ.
οἶνος δὲ θνητοῖσι θεῶν παρὰ δῶρον ἄριστον,
πάσας δ' ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει,
πινόμενος κατὰ μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων.

Εὐήνου.

* Memini alicubi me hāc sententiam hexametro versu legere, quem retuli: sed locus iam non occurrit. Apud Athenæum lib. 1. & 10. & apud Plutarch. decade 7. Conuiualium sermonum, problemate primo sic legitur: πνεύμονα τέγγε, τὸ γὰρ ἄστρον πυρὶ τέλλεται, ἁ δ' ὥρα χαλεπά, πάντα δὲ δίψαις ὑπὸ καύματος, lib. 10. Athenæi rursum hoc pacto legitur: θέγγε πνεύμονα οἴνῳ. Monet autem is Alcæi versus, apud veteres etiam vulgò celebratus, teste Macrobio: Vinum bibendum esse oriente stella caniculari. Vide plura de hoc versu Alcæi apud Gellium lib. 17. cap. 11. vbi poeta erroris insimulatur a medicis, quod dixit, potum defluere ad pulmonem. Macrobium quoque libro septimo Saturnalium, cap 15. vbi ea quæstio discutitur.

Idemq́, existens, eademq́, in sorte moratur. apud Steuchum lib. 3.

In medioq́, horum, dæmon qui cuncta gubernat. Ibidem.

Aut verum simplex, & pectore semper aperto,
Aut malè constantis laudem & suffragia vulgi. apud Laërtium lib. 6.

Quòd aut veritatem oporteat sequi, aut opiniones, cùm nullum sit medium.

Alcæi.

Aestuat igne astrum, iam pulmo rigandus Iaccho.

[a] Simonidis.

Aio Simonidi memoria neminem parem esse. apud Aristidem orat. περὶ παραδείγματος.

[a] Simonidis de se ipso, qui memoria admirabiliter excelluit: quam quidem comparasse arbitrantur quibusdam epotis medicamentis, quod Marcellinus Ammianus scribit. Philostratus autem in Apollonij Tyanæi vita scribit, quòd Apollonius memoria superauerit ipsum Simonidem. Meminit etiam Suidas aliquotiens, & multi alij. Vide Pliniũ lib. 7. historiæ suæ mũdi, vbi commemorantur stupẽdæ memoriæ aliquot memorabilia exempla. cap. 24.

Cleanthis Stoici.

[b] *Ne spectes famam, dum vis sophos esse repentè.*
Terreat amentis nec te sententia vulgi,
Iudicium sapiens & iustum non habet vllum
Vulgus, & in paucis vix hoc reperire licebit. apud Clementem lib. 5. Strom.

[b] Optimæ cuiusq; rei pessimus iudex vulgus.

Antimachi.

Vnusquislibet (maritus *) luctus est vxoribus ac liberis suis. apud Sophoclis Scholiasten in Oedipo Colonæo.*

Rhadamanthi.

Si quis patiatur quæ fecit, iusta pœna illa fuerit. apud Aristotel. lib. 5. Ethicor. ad Nicomachum.

Democriti Chij.

Ipse sibi mala cudit, quisq́, alij mala cudens. apud Aristotelem 3. Rhetoricorum.

Panyasis.

Est cibus igni par, vinum mortalibus ipsum
Cuiusuis medicina mali, medicina dolorum. apud Athenæum lib. 2.

A superis homini vinum gratissima dona,
Omnes mortali pepulit de corde dolores
Parcius hoc haustum, triste immoderatius vsu. Ibidem.

Εὐήνου.

Natura contentiosa.

Πολλοῖς ἀντιλέγειν μὲν ἔθος περὶ παντὸς ὁμοίως.

Κράτητος.

* Virtus studio, doctrina ac labore parata manet æterna: cætera bona cuncta pereũt. Sunt facti ex epitaphio Sardanapali, quod paulo infrà refertur.

* Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔμαθον, καὶ ἐφρόντισα, καὶ μετὰ μουσῶν σεμν' ἐδάην· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια τῦφος ἔμαρψε.

Ἀρχιλόχου.

Κόσμος μὲν μακάρεσσι λίθος, θνητοῖς δὲ πλακοῦντες.

Εὐριπίδου.

Εἴης μοι, μέτριον δ' εἴης πῶς, μηδ' ἀπολείποις.

De Veneris viniq; vsu mediocri.

Ἑρμίππου.

ἡ ῥόδος ἀσταφίδας τε καὶ ἰσχάδας ἡδυονείρους.

Iouis glandes nominat, quòd quercus ipsi grata sit.

Τὰς δὲ διὸς βαλάνους καὶ ἀμύγδαλα σιγαλόεντα
παφλάγονες παρέχουσι, τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.
[a] καρχηδὼν δάπιδας καὶ ποίκιλα προσκεφάλαια,
ἀνδράποδ' ἐκ φρυγίας, ἀπὸ δ' ἀρκαδίας ἐπικούρους.

Τίμωνος.

Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος [b] ἔμπλειοι ἄσκοι.
ὥρη ἐρᾶν, ὥρη δὲ γαμεῖν, ὥρη δὲ πεπαῦσθαι.
Πάντων μὲν πρώτιστα κακῶν ἐπιθυμίη ἐστί.

Concupiscẽtia:

Ἵππωνος.

[c] Πουλυμαθημοσύνης τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν.

Βίωνος.

Alia decent alios.

[d] Μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλόν, ἀνέρι δ' ἀλκά.

Θεοκρίτου.

Qui nihil potest sperare, desperet nihil. Seneca.

Ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.
— ἦ γὰρ ἔρωτι
πολλάκις, ὦ Πολύφαμε, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ [e] πέφανται.

Omnis amor cæcus, non est amor arbiter æquus.

τέττιξ

a Carthaginem significat, sic dictam (vt Appianus meminit, & Eustathius in Commentarijs in Dionysium) à Carchedone quodam. Docent autẽ hi versus Hermippi, quòd in alijs regionibus alia proueniant, & crescant copiosius & felicius, nec vlla sit terra quæ non alterius opera indigeat, quando Deus vni & soli non dat omnia.

b ἔμπλειῳ, nominatiuus pluralis est 4. simplicium nominis ἔμπλεως. Ideoque iota subscriptum habet.

c Qui apponit scientiam, apponit laborem, Wer viel kan / muß viel thun.

d μορφὰ, pro μορφὴ, Doricè. e πέφανται, 3. præteriti pass. verbi φαίνομαι.

Eueni.

Multis consuetudo est contradicere in omni (re) similiter.

Cratetis.

Tantum habeo, quantum didici, quantumq́ labore
Percepi & studio: rapuit sed cætera fastus. apud Laërtiũ in Cratete.

Archilochi.

Dijs ornamentũ est margarita, hominib. verò placenta.

Euripidis.

Adsis quidem mihi, sed temperatè moderatéque, nec desis. apud Rhodiginum lib. 28. cap. 32. Antiq. lect.

Hermippi.

Rhodus insula vuas passas profert, & dulces caricas. apud Athenæum lib. 1.

Iouis verò glandes & amygdala candida
Paphlagones præbent, quæ conuiuij sunt bellaria.
Carchedon dat tapetes, ac pulchra puluinaria:
Mancipia ex Phrygia, auxiliarios autem ex Arcadia pete. Ibidem.

Timonis.

Homines, vanæ persuasionis pleni vtres sunt. apud Theodoritum lib. 2. de principio.

Tempus est amandi, vxorem ducendi, & requiescendi. apud Athenæum lib. 7.

Sola libido malis est cunctis fons & origo. apud Athenæum lib. 8.

Hipponis.

Nihil est inanius quàm multa scire. apud Ath. lib. 13.

Bionis.

Forma mulieres ornat, virum autem robur. In Bucol. apud Stob. orat. 65.

* Theocriti.

Sperandum est viuis, non est spes vlla sepultis. Idyl. 4.

— Enimuerò amori
O Polypheme, sæpe non pulchra, pulchra apparent. Idyll. 6.

* Theocrit' poëta Syracusanus, multa scripsit, quæ perierunt. Extant adhuc eius Idyllia 36. Bucolico Ionico & nouo Dorico sermone composita. Ea tum alibi, tum quoque Fràcofurdæ ad Mœnũ, Græcè excusa sunt. Ea etiã paulo pòst dabit Oporinus Græcolatina, ex nostra conuersione, Scholijs quoq; nostris, argumentis item Græcolatinis illustrata: in quibus quæ difficilia sunt, & explanata, & facilima legent adolescentes.

Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ.

Alia alio tempore proueniunt.

ἄλλα τὰ μὲν θερέος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι.
Οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἄματι γηράσκουσιν.
[a] Πάντα γυναῖκες [b] ἴσαντι, καὶ ὡς Ζεὺς ἠγάγεθ' Ἥραν.
οὐ γάρ ἔτ' ἄνδρες ἐπ' ἔργοις, ὡς πάρος, ἐσθλοῖς
αἰνεῖσθαι σπεύδοντι, [c] νενίκηνται δ' ὑπὸ κερδέων.
ἐκ [d] μοισᾶν ἀγαθὸν κλέος ἔρχεται ἀνθρώποισι,
χρήματα δὲ [e] ζώοντες ἀμαλδύνουσι θανόντων.

Hominũ beneuolẽtia præstat opibus.

Αὐτὰρ ἐγὼ τιμήν τε, καὶ ἀνθρώπων φιλότητα,
πολλῶν ἡμιόνων τε καὶ ἵππων πρόσθεν [f] ἑλοίμαν.
Χαλεπαὶ γὰρ ὁδοὶ τελέθουσιν [g] ἀοιδᾶν
† μουσάων, ἀπάνευθε διὸς μέγα βουλεύοντος.

† μουσάων, pro μουσῶν, Aeolica consuetudine.

Ῥέξαντες καλὰ ἔργα, σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν.
ἁ πενία Διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει,
αὐτὰ * τῶ μόχθοιο διδάσκαλος.

** τῶ, pro τοῦ Doricè.*

Πᾶσα κύων [h] ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα [i] κἠγών.
εὐσεβέων παίδεσσι τὰ λῷα, δυσσεβέων δ' οὔ.

Deus benedicit posteritati piorum.

Ἀράτου.

—μεσταὶ δὲ διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα,
καὶ λιμένες. πάντῃ δὲ διὸς κεχρήμεθα πάντες.
τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν· ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισιν.
— Δεξιαὶ ὧραι,
καὶ φυτὰ γυρῶσαι, καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.
—ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύονται.
τῷ μιν ἀεὶ [k] πρᾶτόν τε καὶ ὕστατον ἱλάσκονται.

Pietas.

Χαῖρε

a De nuptijs clandestinis Iouis cum sorore Iunone, quas inscijs ac inuitis parentibus celebrauit cum ipso, vt in versu Homeri indicatum est: εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους τε λήθοντε τοκῆας.
b ἴσαντι Doricè, pro ἴσασι.
c νενίκηνται, 3. præterit. pass. verbi νικάομαι.
d μοισᾶν, pro μουσῶν, Doricè.
e ζώοντες, pro ζῶντες, cum epenthesi o.
f ἑλοίμαν, pro ἑλοίμην.
g ἀοιδᾶν, pro ἀοιδῶν.
h ἄρτως, pro ἄρτους.
i κἠγών, pro καὶ ἐγώ.
k πρᾶτον, pro πρῶτον.

Cicada cicadæ chara, formica formicæ. Idyll. 9.

Alia æstatis tempore, alia verò hyeme fiunt. Idyll 11.

— Sed amatores in vno die senescunt. Idyl. 12.

Cuncta mulieres nouerunt, & Iunonē quomodo Iupiter duxerit. Idyll. 15.

[a] *Non enim amplius homines, vt olim, propter egregia facta*
Laudari expetunt, sed victi sunt ab auaricia. Idyll. 16.

Ex Musis bona fama prouenit hominibus:
Sed opes mortuorum absumunt viuentes. Ibid.

Verùm ego honorem ac hominum amorem
Multis mulis ac equis antepofuerim. Ibid.

—Difficiles namq; viæ sunt carminum
Musarum, sine sapiente Ioue. Ibid.

[b] *Pulchra patrantes opera, præclara sortiti sunt carmina. Idyll. 17.*

Ipsa paupertas, ô Diophante, sola artes excitat, Ipsa laboris magister. Idyll. 27.

[c] *Omnis canis panes somniat, pisces autem ego. Ibid.*

Piorum liberis bona (eueniunt *) impiorum verò liberis minimè. Idyll. 33.*

Aequalis æqualem delectat.

Mora molestissima amatoribus.

a Postquam desijmus laudāda facere, desijmus etiam amare historias. Plinius.

Carmina quā tribuent, fama perennis erit. Ouid.

Tu nihil inuita dices faciésue Minerua.

Paupertas occasio virtutis: quæ copiosius exponuntur ab Aristophane in Pluto.

* Arati.

— Omnes viæ Ioue plenæ sunt,
Ac omnes hominum frequentiæ, plenum etiam mare est,
Et portus. Vbiq; Ioue indigemus omnes,
Huius enim genus sumus: ipse verò hominib. misericors est.
— Idonea sunt tempora,
Et arbores plantandi, & semina cuncta spargendi.
— Vt omnia rectè nascantur,
Ideo (homines *) ipsum (* Deum *) primum & vltimū supplice voce placant.*

Est Deus, est prouidentia.

Alia tempora alijs rebus cō ueniunt.

b Poëtæ præclara facta immortalia reddūt suis carminibus. Virtus enim laude ac celebratione digna est. c Iudicibus lites, aurigæ somnia currus, Claudianus. Induperatores pugnare, & prælia obire, Nautæ cum ventis contractum degere bellum. Lucretius.

* Arati Solensis poëtæ, vnum extat adhuc opusculum, Phænomena, id est Apparentia inscriptum: quòd in ea agat de stellis apparentibus, earum motu, ortu, occasu, situ & numero insigniorum siderum, &c. Proœmium huius poëtæ ita pium est, vt etiam diuus Paulus versum inde allegare in Actis voluerit: quemadmodum quoque Epimenidis & Menandri poëtarum, in epistolis ad Titum & Corinth.

Χαῖρε πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ.
οὐ[a] μὲν πῶς ἀπόλωλεν ἀπευθὴς ἐκ διὸς ἀστήρ.
Πολλὰ μεταξὺ νότοιο καὶ ἠελίοιο κελεύθου.
ὥρη μὲν τ' ἀρόσαι νειὸν, ὥρη δὲ φυτεῦσαι,
ἐκ διὸς ἤδη πάντα πεφασμένα πάντοθι κεῖται.
[b] ἀστέρες ἀνθρώποισι τετυγμένα σημαίνουσι.
Μόχθος μέν τ' ὀλίγος, τὸ δὲ μυρίον αὐτίκ' ὄνειαρ
γίνετ', ἐπιφροσύνης αἰεὶ[c] πεφυλαγμένῳ ἀνδρί.
— πάντα γὰρ οὔπω
ἐκ διὸς ἄνθρωποι γινώσκομεν, ἀλλ' ἔτι πολλὰ
κέκρυπται, τῶν (d αἴκε θέλῃ) καὶ ἐσαυτίκα δώσει
Ζεύς. ὁ γὰρ οὖν γενεὴν ἀνδρῶν ἀναφανδὸν ὀφέλλει.
[e] Ἀμβολίη χειμῶνος ὀφέλλεται ὕστερα ἔργα.
Οὕτω γὰρ μογεροὶ καὶ ἀλήμονες ἄλλοθεν ἄλλοι
ζώομεν ἄνθρωποι. —

Vnaquælibet res habet suum tempus, ordinatione diuina.

Alius aliunde alio labore viuit, vt sunt studia ac artes diuersæ.

Ἀπολλωνίου τοῦ Ροδίου.

Θάρσει, ἐπεὶ δαίμων ἕτερον πλόον ἡγεμονεύσει.
— Οὐδέ τις ἔλθῃ
αὔτιον αὐγάσασθαι ἐς ὄμματα καλὰ θεοῖο.
Ζεὺς[f] αὐτὸς τὰ ἕκαστ' ἐπιδέρκεται· οὐδέ * μιν ἄνδρες
λήθομεν ἔμπεδον, οὔτε θεουδέες, οὐδὲ δίκαιοι.
Μηδ' αὔτως ἀλκῆ, πρὶν ἔπεσσί γε πειρηθῆναι.
— Σχεδόθεν δὲ κακῷ κακόν.
Λίην γὰρ δύσζηλοι ἑοῖς ἐπὶ παισὶ τοκῆες,
— αἱ δὲ ἀοιδαὶ
εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος γλυκερώτεραι εἰσὶν ἀκούειν.

* μιν, pro αὐτὸν, Doricè.

Nulla calamitas sola.

Νικάνδρου

ἵπποι

a Tametsi autem hoc loco hæc Arati non sit sententia: tamen indicabimus hoc versu, signa in cœlo apparentia, plerunque tristia aliqua portendere.

b Quòd tempora notarint ortu & occasu siderum veteres, docent Hesiod: poemata, Theocritus, & multi poëtæ alij Græci & Latini.

c Id est, obseruanti & notanti ortus & occasus siderũ, quæ tempestates seu afferunt, seu auferũt, & ad has nauigationẽ & alios labores rusticos seu intermittenti seu instituenti.

d αἴκε, pro εἴκε, Doricè, sæpe obuium apud Theocritum.

e Hyems tarda, commoda agricolis. ἀμβολίη, pro ἀναβολίη, per syncopen.

f Est profectò Deus, qui quæ nos gerimus, auditque & videt. Bene merenti bene profuerit, malè merenti par erit. Plautus.

Salue ô pater Iupiter, magnum mortalibus miraculum, & magnum commodum. Deus.

Non vanè perijt, sine significatione tristi, à Ioue signum.

Multa † (sunt spacia) *inter meridiem & cursum solis.*

Tempus est arandi agros, tempus etiam plantandi:

Quæ omnia à Ioue sic ordinata sunt.

Astra hominibus facienda indicant.

Labor quidem exiguus est, sed commodũ ilico maximũ

Prudentia adest semper viro prudenter agenti.

† De ijs quæ differunt aut distant non paruo interuallo & spacio. Notus autẽ ventus meridionalis est.

Cautè ac prouidè agendum.

— Multa enim nondum

À Ioue homines cognoscimus: sed adhuc multa

Latent, quorum (quædam) *siquidem volet, etiam mox manifestabit*

Iupiter. Ipse enim hominum genus manifestè iuuat.

Dilatio hyemis commoda est seræ arationi.

Sic laboriosi & pendentes aliunde alij,

Vitam exigimus homines.

Multa in hac caligine ac misera corruptione humanæ naturæ non nota, nec penitùs vestigata sunt hominibus.

* Apollonij Rhodij.

Fac tuum officium, deinde Deus reliquum cursum gubernabit. lib. 2. Argonauticorum.

— Neq; quis sustineat

Rectè intueri in faciem fulgidam Dei. Ibid.

Ipse Iupiter singula aspicit, neq; ipsum homines

Latemus semper, qui pij sunt, & iusti. (lib.3.

Nec temerè viribus prius, quàm consilio, pericliteris.

— Propè malum malo.

Parentes insaniunt amore suorum liberorum. lib.4.

— Ipsaq; carmina

In annum ex anno dulciora sunt ad canendum.

Deus in hac vita secundum substantiam suam, sine nocumẽto videri nõ potest.

Omnia prius consilio quàm armis experiri sapientẽ decet.

Vetera gratiora.

a Nicandri.

Equi

* Apollonius poëta dictus Rhodius, quòd in Rhodo insula ageret, vt scribit Suidas, cum in Alexandria Aegypti natus esset, Callimachi discipulus, scripsit libros 4. de profectione Argonautarum in Colchos, ad rapiendum aureum vellus. Ii libri tum alibi, tum Francofordæ in 8. exierunt, cum Græcis Commentarijs. a Nicandri Theriaca, & Alexipharmaca, scripta carmine hexametro, edita sunt Venetijs in folio ab Aldo, cum Græcis Commentarijs. In Theriacis remedia docet, aduersus serpentes, & varia animalia quæ morsu vel ictu virus infligunt, quæ etiam graphicè describit. In Alexipharmacis autẽ, aduersus cætera venena, quæ in cibo vel potu nocẽt, antidota præscribit.

[a] ἵπποι γὰρ σφηκῶν γένεσις, ταῦροι δὲ μελισσῶν.
μὴ [b] σύγ' ἐνὶ τριόδοισι τύχοις, ὅτι δῆγμα πεφυζὼς
περκὸς ἔχεις θύησι τυπεὶς ψολόεντος ἐχίδνης,
ἡνίκα θορνυμένη ἔχιος θολερῷ κυνόδοντι
θυρὰς ἄμυξ ἐμφῦσα κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνου,
οἱ δὲ πατρὸς λώβην μετεκίαθον, αὐτίκα τυτθοὶ
τεινόμενοι ἐχίηες ἐπὶ διὰ μητρὸς ἀραιὴν
γαστέρ' ἀναβρώσαντες ἀμήτορες ἐξεγένοντο.

Καλλιμάχου.

— δῶτορ ἐάων,
δῶτορ ἀπημονίης, τεὰ δ' ἔργματα τίς κεν ἀείδοι;
οὐ γένετ' οὐκ ἔσται τις κεν Διὸς ἔργματ' ἀείσει.
— δίδου δ' ἀρετήν τ' ἄφενός τε.
οὔτ' ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
οὔτ' ἀρετὴ ἀφένοιο· δίδου δ' ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.
— κακὸν μακάρεσσιν ἐρίζειν.

Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi. Iuuenalis.

De homine omnium horarum, operarum & hominum.

Ἀμφότερον, κέντρον τε βοῶν, καὶ μέτρον ἀρούρης.
τὴν δ' ὀλίγην, ὡς κεῖνος, ἐς οἰκίον ἤγαγε νύμφην.
ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀτὰρ στυγέουσιν ἑῷον.

Φίλωνος.

Πάντα [c] θ' ὅσα σπλάγχνοισιν ἐνίσταται ἄλγεα παύει.

Ῥιανοῦ.

Καί περ ἐὼν ὀλίγος, μνᾶται δὲ πῆχυν ἀθλῶν.

Διονυσίου.

Præmia virtutis, honores.

* ἀκήρατον, immortalem.

Ἀρετὴ γὰρ * ἀκήρατον ἔλλαχε τιμήν.

— Τοῖς

a Corruptio vnius, est generatio alterius: ex cadauere hominis serpentes nascuntur. De apum reparatione ex tauro, tum alij multi meminerunt, tum docet doctiss. carmine Virgil. Georgic. lib. 4. b Horus in Hieroglyphicis, Aristoteles, Plinius, Galenus, ac multi alij autores prodiderunt, quòd vipera, cum mari copulatur, caput eius suo ori insertet, ac abrodat in Veneris conflictu præ nimia dulcedine: & quòd fracta aluo matris, postea egrediantur catuli, moræ impatientes. Sed sunt de recentioribus, qui veris rationibus hanc opinionem vt vanam confutarunt, Amatus & alij: quemadmodum etiam illam, quòd vrsus carnem informem pariat, quam lambendo formet. Exempla sunt in Commentarijs Mathioli in Dioscoridem. c Vsurpetur seu de medico felici, seu de pharmaco aliquo efficace, seu de libris vtilibus: quales Lutheri sunt, in quibus remedia sunt contra omnes animi morbos.

Equi crabronum sunt generatio, tauri autem apum.

In Theriacis, & sæpe legitur apud Suidam & quamplurimos alios autores, cùm Græcos tum Latinos.

Dij meliora velint, ne tunc incautus apertis
In triuijs, cùm fortè acres mas luridus atra
Coniugis euasit dentes, & fulminis ictum,
Vipereo occurras generi. namq; illa in apertas
Excipiens semen fauces, caput inde mariti,
Complexu in dulci abscindit: mox damna parentis
Extincti, fera progenies vlciscitur, aluo
Materna abrosa, & catuli sine matre oriuntur. extat apud Galenum lib. ad Pisonem, de Theriaca.

[a] Callimachi.

a Callimachus, poëta Cyrensis, composuit volumina plusquam octingenta, quæ omnia interciderunt temporis iniuria, vsq; ad sex hymnos, Basileæ Græcè impressos in 4. cum commentarijs, & in 8. olim Venetijs apud Aldum.

— O' dator bonorum Iupiter,
Dator incolumitatis, tua opera quis celebrauerit?
Non fuit, nec erit, qui Iouis opera pro dignitate celebrabit. Hymno in Iouem.

— Da mihi virtutem & opes:
Neq; enim sine virtute opes possunt homines iuuare,
Neq; virtus sine opibus: da mihi itaq; virtutẽ & opes. ibidẽ.

Malum est contendere dijs. Hymno in Apollinem.

Vtrunq; est stimulusq; boum, mensuraq; terræ. apud Scholiasten Apollonij.

At tenuem modicas vxorẽ duxit in ædes. apud Laërtiũ. — Vxor opulẽta nimium non ducenda.

Vespertinum amant, sed oderunt matutinum. apud Tzetzen Chiliade 8. Variæ historiæ. — De amicis mutantibus se in puncta singula.

Philonis.

Cunctos dolores qui exoriri possunt in visceribus, hos curo. Galen. in Philonis Antidoto celebri.

Rhiani.

Tametsi paruus existens, tamen ambire audet formosam Mineruam. — De conante maiora viribus.

* Dionysij.

Virtus enim exoptandum meruit honorem.

Xxx   *Etenim*

* Dionysius poëta, Apher genere, carmine Græco orbem descripsit. Is liber adhuc extat, & cum Arato in octauo, tum quoque in quarto cum Græcis commentarijs in vtrunque autorem, Basileæ impressus est.

— Τοῖς γὰρ ἀλιτροῖς
εἰν ἁλὶ καὶ γαίῃ κακὰ θήκατο μυρία δαίμων.
a ψυχῆς οὐκ ἀλέγοντες, ἵν' ἄσπετον ὄλβον ἕλωνται.
Ἀλλά b με μουσάων φορέει νόος, αἵ τε δύνανται
νόσφιν ἀλημοσύνης πολλὴν ἅλα μετρήσασθαι,
οὔρεά τ' ἤπειρόν τε καὶ αἰθερίην ὁδὸν ἄστρων.
— Οὐ γὰρ ἐν ὄλβῳ
ἴσην μοῖραν ἅπασιν ἐπ' ἀνδράσι c θήκατο δαίμων.

Terra mari circumcirca circumflua, producit omnia.

Παντοίων γὰρ γαῖα μετ' ἀνδράσιν ὄλβον ἀέξει,
ἀενάοις ποταμοῖσι κατάρρυτος ἔνθα καὶ ἔνθα.
— Μοῦνοι δὲ θεοὶ ῥέα πάντα δύνανται.
d αὐτοὶ δ' ἔμπεδα πάντα βίῳ διετεκμήραντο·
οὕτως ἀνθρώποις ἑτεροῖα πάντα τέτυκται.

Παλλάδου.

Silentij tutũ præmium.

Μήποτε θελξάσασα γυνὴ δέσποινα γένοιτο.
πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐστι σιωπῶν.

e Κοΐντου Καλάβρου.

* Pro λοχῶσι, cum epenthesi.

Sapientia emollit mores.

Senum prudentia.

Κρύβδα δ' ἀνάλκιδες αἰὲν ἀγαυοτέρους * λοχόωσι.
ἀλλ' οὐ πάντα τελοῦσι θεοὶ μογεροῖσι βροτοῖσιν.
ἀνδράσι γὰρ πινυτοῖσι πέλει νόος ἤπιος αἰεί.
Αἰεὶ δ' ἐν βουλῇσι γέρων πολυΐδρις ἀμείνων.
οὐ γὰρ ἀνίδρωτί γε μετ' ἀνδράσι κῦδος ἀέξει.

οὐ γὰρ

a De nautis mercatoribus, qui lucri causa nulla recusant, nulla reformidant pericula.

b Summum elogium literarum ac literatorum, quorum commoditates vnà commemorat, quòd doctrinæ ac eruditionis & librorum beneficio possint cognoscere ex historijs & veterum scriptis, quæ vbique terrarum sunt, fiunt ac accidunt. c θήκατο, pro ἐθήκατο, aor. α. med. verbi τίθημι. d Est prouidentia, nec feruntur omnia casu: sunt dij qui ordinant ac disponunt omnia in vita. e Quintus Calaber poeta ὁμηρικώτατος, scripsit libros 14. quæ paralipomena Homeri inscripsit. Eustathius in Commentarijs suis in Iliadem, τὰ μεθ' ὅμηρον nominat. Homerus enim historiam suam belli Troiani vsque ad interfectum Hectorem scripsit. Inde Calaber incipiens, historiam belli Troiani vsque ad captam & vastatam vrbem deduxit. Excusi sunt Venetijs ab Aldo, in 8. Cæterùm quia nec Romanus, nec Italus fuit poëta, non rectè Quintus dicitur, nec Calaber cognominatur, sed Cointus scribendum erat ex Græco. Quod verò Calaber cognominatur hactenus, inde fortè accidit, quòd extra Hydruntem, Calabriæ in Italia oppidum, repertus olim, in æde diui Nicolai, à Bessarione cardinale, viro doctissimo, cùm cognomen aliud in fronte libri scriptum non esset, sic cognominaretur. Quod autem Cointi Smyrnæi sint Homeri paralipomena, & sic scribendum ac dicendum sit, docet ipse poëta Cointus lib. 12. octo versibus: & Tzetzes ex Paralipomenis hisce sub Cointi Smyrnæi nomine sæpe testimonia vsurpat tum in Chiliadibus suis Variæ historiæ, tum etiam in commentarijs suis Græcis in Cassandram Lycophronis. Ideoq́, si quis pro Quinto Calabro, spurio ac suppositio nomine, supponat verum nomen, Cointi Smyrnæi, non peccabit.

— *Etenim praevaricatoribus*
In mari & terra mala plurima struxit Deus.
Anima prodigi, quo immensas diuitias cumulent.
Verùm me Musarum agitat mens, quæ quidem possunt
Citra errorem magnum mare metiri,
Montesq; terramq; & æthereum cursum siderum.
— *Non enim in felicitate*
Aequam sortem vniuersos per homines disposuit Deus.
Omnigenas enim terra inter homines diuitias producit,
Perpetuò manantibus amnibus irrigua hinc inde.
— *Soli autem dij facile omnia possunt.*
Ipsi inquam stata omnia vitæ disposuerunt:
*Sic * etiam hominibus variè omnia existunt.*

Deus peccatorib. succenset, ac punit peccata.

Non omnes felices sunt.

Dij beati, ac sine labore exigêtes, possunt omnia.

Palladæ.

Famula nunquam debet fieri domina. libro primo Epigrammatum.

Omnis indoctus sapientißimus habetur, silens. Ibidem.

Asperius nihil est humili, cùm surgit in altū. Claudian.

Quinti Calabri.

Imbelles semper præstantiorib. occultè insidiantur. lib. 2.
Sed non cuncta præstant dij miseris mortalibus.
Viris sapientibus semper mens blanda est. lib. 3.
Semper in consilijs dandis senex peritus vtilior est. lib. 5.
Non enim sine labore hominibus crescit gloria. lib. 6.

* Vel de diuersis hominū ingenijs, moribus, legibus, institutis intelligatur; vel quòd varia Deus condiderit propter hominem, quæ & reficiant corpora, & animas ipsorum recreent quoque, & oblectent.

οὐ γὰρ ἅμ' ἀνθρώποισι θεοὶ τελέουσιν ἅπαντα,
ἀλλ' ἐσθλῷ κακὸν ἄγχι παρίσταται ἔκ τινος αἴσης.
ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια θεῶν ἐν [a] γούνασι κεῖται.
— Καὶ ἀνέρι πολλάκις ἐσθλῷ
ἀμφεχύθη μέγα πῆμα, λυγρῷ δ' ἐπὶ [b] κάππεσεν ὄλβος.
— Μερόπων δὲ πανόλβιος οὔτις ἐτύχθη
ἐς τέλος ἐξ ἀρχῆς, ἑτέρῳ θ' ἕτερ' ἀντιόωσι.
Καὶ γάρ ῥα πέλει φάτις ἀνθρώποισιν,
ἐσθλὸν μὲν νίσσεσθαι ἐς οὐρανὸν ἄφθιτον αἰεί,
ἀργαλέον δὲ ποτὶ ζόφον.
οὐ γὰρ ὑπὲρ κῆρας τις ὑπ' ἄρεϊ δάμναται ἀνήρ.
ἄλλοτε γάρ τε φίλη πέλει ἠὼς, ἄλλοτε δ' ἐχθρή.
ἀνδράσιν ἐκ καμάτοιο πέλει θαλίη τε καὶ ὄλβος.
ἄλλοτε μὲν σμερδνὸν τελέθειν, ὅτε δ' ἤπιον εἶναι.
βέλτερον ὑπνώειν, ἢ ἐπὶ πλέον εἰλαπινάζειν.
ἄλγεα μὲν περὶ ποσσὶ θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν,
ἐσθλὰ πολλὸν ἄπωθε, πόνον δέ γε μέσσον ἔλασσαν.
— Πολὺ λώϊον ἄνδρες
ἔργῳ ἐποίχονται, ὁπότ' εἰσορόωσιν ἄνακτας.
οὐ γάρ τι ψυχῆς πέλει ἀνδράσι φίλτερον ἄλλο.
οὐ γὰρ δὴν ἐπὶ κῦδος ἀέξεται ἀνθρώποισιν.
ἄλλον δ' ἄλλα κέλευθα φέρει στονόεντος ὀλέθρου.
[c] ἴσην δ' αὖ καὶ ἄνασσα καὶ δμωῒς φέρειν ἀνάγκην.
ἀνέρι γὰρ πινυτῷ καὶ ἐπίφρονι, πολλὸν ἀμείνων
κῦδος καὶ χρυσοῖο, καὶ οὔδεος, ἠδὲ καὶ ἄλλων
ἐσθλῶν, ὁππόσα ἐστὶ καὶ ἔσσεται ἀνθρώποισιν.
Τίε δ' ἀμύμονας ἄνδρας ὅσοις νόος ἔμπεδός ἐστιν.
ἐσθλῷ γὰρ φίλος ἐσθλὸς ἀνὴρ, χαλεπῷ δ' ἀλεγεινός.
ἦν δ' ἀγαθὸν φρονέῃς, ἀγαθῶν καὶ τεύχεαι ἔργων.

[b] Ὀππιανοῦ.

Dij possunt omnia.

a γούνασι, genibus, pro γόνασι.

b κάππεσεν, pro κατέπεσεν, per syncopen, aorist. β. verbi πίπτω.

Quisque habet constitutos terminos vitæ suæ.

Mala vltrò assunt, sed bona labore comparantur.

Res humanæ, circulus: quare nemini superbiendum est.

Vir bonus honorandus.

c Omnib. moriendum. Differunt auté in eo, quòd μεγίστοις ferè μέγιστα debentur: magni sæpè tragicum vitæ exitum sortiuntur, vt exemplorum plena est & vetus & recens historia. d Oppianus, poeta Cilix, scripsit libros 5. de Piscatione: quatuor item de Venatione: qui Venetijs ab Aldo in 8. excusi sunt: Florentiæ quoque, & in Gallia. Scripsit libros de Aucupio, qui adhuc extare feruntur manuscripti: verùm hactenus, quod ego sciam, in publicum nondum sunt editi. Huius Halieutica, hoc est de piscatione libros tanti fecisse legitur Seuerus Imperator, vt pro quolibet carmine aureum et nummum dono dederit. Stylum habet floridum & planum, cum facundia & maturitate, & in sententijs ac parabolis præcipuè excellit.

Non enim dij hominibus simul dant omnia.
Sed bono malum aliquod adiunctum est fato quodam. lib. 7.
Et bona & mala in deorum potestate sunt.
— [a] *Sæpe bonum virum*
Premit magna paupertas: malus aūt affluit opibus.
Mortalium verò plenè beatus nemo fuit,
Ad finem vsq; à principio, sed alij alia acciderunt.
Etenim sermo quispiam est inter homines,
Bonum quidem proficisci in cœlum, quod durat semper:
Improbum autem ad infernum.
Non enim ante tempus quisquam in bello interficitur.
[b] *Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca. lib. 8.*
Hominibus labore paratur lætitia, & opulentia. lib. 9.
Quandoq; terribilem, quandoq; etiam facilem te præbeas hominibus.
Satius est dormire, quam nimium in conuiuio bibere.
Mala ad pedes dij hominibus posuerunt.
Sed bona procul inde (remouerunt) *ac laborem in medio posuerunt. lib. 12.*
— *Multo libentius subditi*
Officium faciunt, quando intuentur reges (facientes.)
Non vita quicquam charius est hominibus. lib. 13.
Non enim fortuna gloriosa semper durat hominibus.
Alius autem alio mortis genere extinguitur.
Eandem mortē moriuntur & regina & famula. lib. 14.
Viro sapienti & cordato longè melior est
Honesta fama, & auro, & agro, & alijs
Bonis, quæcunq; sunt aut erunt (vnquam) *hominibus.*
Honora viros vita integra, quib. mens firma est.
Bono bonus vir amicus est, improbo autem improbus.
Bona consilia bona etiam sequuntur opera.

Nulla tam bona fortuna est, de qua non possis queri.

[a] Bonis malè, malis ferè bene est in hac vita.

Accommodare se temporibus, locis, personis.

Mille modis lethi miseros mors vna fatigat. Statius.

[b] Est imitatio Hesiodica, vbi hic versus legitur, ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. lib. 2. quemadmodū apud Homerū quoque versus leguntur, quos etiam apud Hesiodum reperimus.

Oppiani.

Αἰεὶ μὲν ἀπτερήτων νόος αἰθρῶν
δύσμαχος, ἐδὲ θέλεσι καὶ ἀτρικέεσι πιθέσθ.
ἀλλ' αὐτοὶ κρατέεσι, καὶ ἰθυνεσιν ἕκαστα
τηλόθεν ἐγγὺς ἐόντες.

Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis. Ouid.

Κεῖνοι καὶ τέχνας πολυκερδίας αἰθρώποισι
δῶκαν ἔχειν, καὶ πᾶσαν ἐπιφρεσυνίω ἐδίδαξαν.
— δίκης πρεσβήια κεῖται
αἰδοίης, πάντη δὲ γεράσμιον ἤρατο τιμιώ.
Ως ἐδὲν λιμοῖο κακώτερον, ἐδὲ βαρείης
γαστέρος, ἣ κρατέει μὲν ἐν αἰθρώποισιν ἀπηνής.
Γαστὴρ καὶ θήρεσι, καὶ ἑρπιστῆρσιν αἰάσσει,
ἀερίαις τ' ἀγέλησι. —

a Homo, irrequietum & laborioſum animal propter peccatum, nil relinquit intentatum.

a Ως ἐδὲν μερόπεσσιν ἀμήχανον, ἔτ' ἐπὶ γαίῃ
μητρὶ καμεῖν, ἐ κόλπον ἀν' ἐυρώεντα θαλάσσης.
Αλλά τις ἀτρικέως ἰκέλιω μακάρεσσι γενέθλιω
αἰθρώποις αἰέφυσε, χερείονα δ' ὤπασεν ἀλκιώ.
Οὐ γάρ τι πέλει καθυπέρτερον αἰθρῶν
νόσφι θεῶν, μέγοισι θ' ὑπείξομεν ἀθανάτοισιν.
Πατρὶ δὲ γηράσκοντι νέον σθένος υἱέες εἰσί.

Solo Deo minor homo eſt, cæteris omnib. ſuperior.

Ως ἔτ' ἐυοράης, ἔτ' ἐδεος ἔπλετ' ὄνειαρ
τόσσον, ὅσον πραπίδων. ἀλκὴ δ' ἀνεμώλιος ἄφρων.
Καί τι μέγα βριάοντα κατέσβεσεν, ἠδ' ἐσάωσε
βαιὸς ἀνὴρ εὔμητις. —
ἦ ῥα τόσον τεκέων τε, καὶ ἀρτιγόνοιο γενέθλης
φίλτρον ἐπὶ κραδίῃ στάξεν θεὸς, ἐδ' ἄρα μένοις
αἰθρώποις, οἳ πάντα νοήμασι * μητήσαντο,
ἀλλὰ καὶ ἑρπιστῆρσι, καὶ ἰχθύσιν, ἠδὲ καὶ αὐτοῖς
θήρεσιν ὠμησῆσι, καὶ ὑψιπόλοις ἀγέλαισιν
οἰωνῶν. τόσσον ῥα φύσις κρατερώτατον ἄλλων.

* μητήσαντο pro ἐμητιήσαντο, per syncopē, verbi μητιάομαι.

Αντιπάτρου.

Δειλαί τοι δειλοῖσιν ἐφεδρήσεσι πελειαί.

Semper graculus aſſidet graculo.

* *Semper enim imperitorum mens hominum*
Intractabilis est, neq; volunt imperiti veris etiam
Obtemperare dictis. lib. 1 de Piscatione.
Caterùm ipsi dij regnant & gubernant omnia
Procul à nobis existentes: propè tamen sunt. lib. 2.
Ipsi dij etiam artes ingeniosas hominibus
Dederunt ad habendũ, & omnẽ prudentiã eos docuerunt.
Iusticiæ verò sua præmia reposita sunt
Venerandæ, vbiq; verò venerandum sortitur honorem.
Scilicet nihil peius est fame, neq; molesto
Ventre, qui immitis dominatur omnibus hominibus.
Venter etiam feris & reptilibus imperat,
Aërijsq; gregibus. lib 3.
Sic nihil hominib. inuestigatum relinquitur neq; in terra
Matre, quod operentur, neq; per sinum amplum maris.
Verùm aliquis deus verè dijs similem naturam
Hominibus inseuit: imbecillius verò robur ipsis præbuit. lib. 5.
Nihil enim est superius hominibus,
Præter deos: solis nanq; cedimus dijs nos homines.
Parenti senescenti nouum robur sunt filij.
[a] *Scilicet neque roboris neque formæ est vsus aliquis*
Tantũ, quantum sapientiæ. robur nanq; insipiens inutile est.
Etenim valde superbũ perdidit, & seruauit etiã (eundẽ)
Exiguus vir prudens.——
[b] *Etenim tantum liberorum & nuper natæ prolis*
Amorem in cor stillauit Deus, neq; sanè solis
Hominibus, qui omnia intellectu sapientius agunt:
Verùm etiam reptilibus & piscibus, præterea etiam ipsis
Feris sæuis, & altiuolantibus gregibus
Auium. Tanto enim natura potentior est alijs rebus. lib 3. de venatione.

[c] Antipatri.

Trepidæ columbæ assident trepidis. lib. 8. Epigram.

Adriani

* Homine imperito nihil quicquam iniustius, qui nisi quod ipse fecerit, nil rectum esse putat. Terent.

Artes deorũ donum ac inuentum.

Exẽplumq; Dei quisq; est in imagine parua. Manilius.

Liberorum est alere & gestare, omnibusq; pijs officijs fouere iam senes.

a Robur sine prudentia & cõsilio inutile. Ducis in consilio posita est virtus militũ, inquit Publius.

b Amor prolis omnib. animantibus inditus, vt amore sobolis insaniant ferè.

c Antipatri, & cũ hoc multorum aliorum versus ex magno volumine Græcorum Epigrammatũ descripsimus, quod distinctum libris 7. Aldus olim edidit in 8. & post hunc cũ doctissimis commentarijs Ioãnis Brodæi, Frobenius Basileæ in folio excudit. Autores autem quorum Epigrammata in eo volumine referuntur, sunt prope trecenti, quos breuitatis causa prætereo.

Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος.

a τῷ ναοῖς βρίθοντι, πόσῃ παῖς ἔπλετο τύμβου.

Νέστορος.

ἱππεὺς ἱππεύειν ἐδάη, καὶ ἀοιδὸς ἀείδειν.

Θεοδωρίδου.

b τόλμα καὶ τὶς ἀίδαν καὶ ἐς οὐρανὸν ἄνδρα κομίζει.

Δημοχάριδος.

μὴ νεμέσα βαιοῖσι, χάρις βαιοῖσιν ὀπηδεῖ.

Σόλωνος.

Futura incerta.

πάντη δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισι.

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα * πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

* Dictus, factus, verbi φάζομαι.

c Πρῶτα μὲν εὐχώμεσθα διὶ κρονίδῃ βασιλῆϊ,

θεσμοῖς τοῖς δε τύχην ἀγαθὴν καὶ κῦδος ὀπάσσαι.

Πισάνδρου.

οὐ νέμεσις καὶ ψεῦδος ὑπὲρ ψυχῆς ἀγορεύειν.

Ἱπποθόου.

Senectus sapiens, ideo pauciloqua.

παυρολόγοι πολιοὶ, τὸ † γήρως ἄνθεα θνητοῖς.

† pro γέροντος,

Λουκιλλίου.

ὃς δ' ἄλλῳ κακὰ τεύχει, ἑῷ κακὸν ἤπατι τεύχει.

Εὐσεβίου.

d Ἀντίοχ' εἰς νοῦν ἐλθὲ, καὶ ἐν πενίᾳ μὴ ὀδύρου.

ὄλβου καὶ μανίας ναίεται, πολλοῦ θ' ἅμα τύφου,

οἰκεῖον τελέειν κέλομαι λήροιο καθαρμὸν

ἀναγέοντας, ὅπως σοφίαν καταναντάητε,

ὄλβον

a Multi magni viri malè perierũt. quod exemplis multis doceri posset, si chartæ angustia ea caperet: quia fortuna inconstans est. Loquitur autem, si rectè memini, de Pompeio Magno, miserrimè interfecto post multas victorias & gloriosos triumphos, & prodito in Aegypto in conspectu coniugis & liberorum. quæ tragœdia tristissima, pluribus verbis narratur tum à Plutarcho in Pompeio, tum Appiano ac Dione Cassio, Græcis scriptoribus.

b Hercules virtute sua fretus, ad inferos vsque penetrauit, Cerberum abducens, & eadem virtute laudem decusque sibi comparauit: & tandem etiam propter eandem inter deos in cœlum relatus est, si non mentiuntur poetæ.

c Verba Solonis, leges scripturi Atheniensibus: quibus monet, in omnibus rebus agendis exordiendum ab imploratione diuini auxilij.

d Ridet Eusebius hoc versu Apollinis responsum, quod dederat tristi Antiocho Pario, qui bona sua casu quodam amiserat. Id verò tale fuit: Ἀντίοχ' εἰς θάσον ἐλθὲ, καὶ οἴκει εὔκλεα νῆσον. cui potius versu Eusebij respondere debuisset, ac hortari vt paupertatem ferret patienter, quòd multis sæpe sit virtutis occasio.

Adriani Cæſaris.

Abundanti templis magna contigit ſepulchri inopia. lib. 1. Epigram.

Neſtoris.

Eques equitare nouit,& cantor canere. lib. 1. Epigrammatum.

Exerceat quiſq; eam artem quam nouit.

Theodoridæ.

Virtus & ad inferos & ad cælum hominem effert. lib. 3. Epigrammat.

Democharidis.

Ne ſuccenſe paruis muneribus, gratia ſequitur parua. lib. 4. Epigram.

Solonis.

Omnibus atq; viris mens eſt obſcura deorum. apud Clement. lib. 5. Strom.

Diuitiarum nullus eſt inter homines conſtitutus terminus. apud Stob. orat. 9.

Primùm quidem ſupplicemus Ioui regi Saturnidæ,
Vt legibus his bonum ſucceſſum & gloriam tribuat. apud Plutarchum in Solone.

Piſandri.

Non reprehendendus eſt, qui mendacium pro vita ſua dixerit. apud Stob. orat. 12.

Hippothoi.

Cani non loquaces ſenectæ flores ſunt, inter homines. apud Stob. orat. 116.

Lucillij.

Qui alijs mala fabricat, ſuo malũ epati cudit. lib. 2. Epigrã.

Euſebij.

Antioche, apud animum reputa, ac noli in paupertate triſtis eſſe. lib. 5. de præparat. Euangelica.

a *Opulentiæ & inſaniæ habitatores, & magnæ ſimul ſuperbiæ,*
Propriam vos iubeo inſtituere purgationem furoris veſtri
Mundatos, vt ſapientiam habitando acquiratis

a Sunt verba Euſebij, quibus corrigit oraculũ, Apollinis, quo iuſſit Cretenſes Apollo, ſibi neſcio quæ ſacra facere. ὄλβοι μὴ πατρίοισι νόμοις καὶ ζῆνα σέβοντες. Vbi Euſebius ſingulos Apollinis verſus euertit, ac hos quos retulimus opponit, & iubet ipſos ſtolidos ac ſuperbos Deum colere, iuxta ſuum verbum.

ὄλβον μὴ πατρίοισι νόμοις, θείοις δὲ σέβοντες.

Ναυμαχίου.

Vxor bona solatium.

* ἀχαλέοντι, pro ἀχαλῶντι, tristãti, mœrenti.

Corrumpũt, bonos mores colloquia praua.

ἔστω σοι πόσις ὗτος, ὃν αὖ κρίνωσι τοκῆες.
Ανδρὶ γὰρ * ἀχαλέοντι παραίφασις ἐστὶν ἄκοιτις.
χαίρει τῇ ταπεινοφροσύνῃ.) Id est, minus subest periculis: etiamsi cadat humilis, cadet certè leuius. tolluntur autem in altum superbi, vt lapsu grauiore ruant. Et Deus resistit superbis, humilibus autem dat gratiam.

ὅσον χαλάσαι.) vt languescant & flaccescant carnis ad mala inclinationes.

μὴ τὸν θεόν.) Vetat fortè, ne nimium indulgeamus cogitationibus de Deo & arcanis, quæ scire prohibemur, & quæ sæpe hominem ad errores etiam abripiunt: quemadmodum id docent, tum Epiphanius, qui hæreticorum scripsit historiam: tum alij etiam Ecclesiasticæ historiæ scriptores, qui hæresium etiam, sed sparsim, meminerunt. Vt sit sensus, *μὴ τὸν θεόν*, non Deum, quantus est in maiestate & gloria sua, cogitationibus tuis angustis capies, sed te ipsum in errorem & mala induces.

χαυνοῖ.) inflat, laxat, leuem vanamq; facit: vt leuibus delectata non curet seria, quæ Dei sunt, quæque maximè curata oportebat.

εἰς ἔργα.) In libro quodam antiquo, olim in monasterijs vsurpato, hos versus legimus:

Nunc lege, nunc ora, nunc cum feruore labora:
Sic erit hora breuis, & labor ipse leuis.

τρυγῆσαι.) vindemiare, cum fructu & voluptate aliquid agere. Contra imperitos, à quibus studiosi in docendo & discendo, multo cum sudore & labore, corporis quoq; iactura versantes, ocij & socordiæ sæpe accusantur. quibus peculiari capite respondit Syracides, in Panareto suo quo ablegamus lectorem.

καὶ εἰς ἔργα.) Semper Deum inuocandum, eiq; gratias agendas esse, in omni vita, omni tempore.

ἁγίων ἐντεύξει.) conuerſatione. hoc eſt, libenter verſare cum ſanctis: quòd ab ijs de Deo eiusq; voluntate poſsis erudiri.

ἀεὶ τὶ κερδαίνειν.) Ideo aliorũ vita, ſtudia & mores ſunt contemplandi, vt vitæ etiam noſtræ regula ſint, cum exempla in quæ intuemur tanquam in ſpeculum, ſemper fortius impellant & excitent animos ad amplectendam virtutem, quàm nuda præcepta de virtute præſcripta.

οὕτως οὖν φύλαττε.) vt cautè & piè ſemper viuamus, templa ſcilicet exiſtentes Dei viuentis.

μισθοδοτοῦντος.) volẽtis, vt ad regulã & normã verbi ſui viuas.

μισθίσεται.) Pleraq; præſentia per futura reddidimus, ſcientes ipſa quoque præterita Græcis ſæpe in præſentis ſignificatione vſurpari: nec minus frequẽter id apud Hebræos quoq; ſolere accidere.

τὸ δέλεαρ.) eſca ad capiendum præparata, ſeu propoſita: hoc eſt, Non ineſcaberis rebus mundi, non curabis ea, cogitans æterna & cœleſtia: præ quibus σκύβαλον ſunt, καὶ ῥάκος καθημένης, menſtruatæ pannus, vt Spiritus ſanctus loquitur, quæcunq; in mundo ſplendida & fulgentia.

ὄψις γάρ ἐστι θεοῦ.) hoc eſt, talis eſt ipſe Deus, omnibus virtutibus præditus, iuſtus, bonus, caſtus, miſericors, & qualem in Decalogo ſe expreſsit, qualesq; nos eſſe voluit: & quales futuri ſumus denique, redditi priori innocentiæ, qua exuti ſumus tum lapſu primorum parentum, tum propria quiſque immundicie.

θεωρεῖ τὸν ἁμαρτωλόν.) Pium refertur dictum Iuſtini philoſophi & martyris, quod tale & hoc loco commemorandum eſt: ὅστις δὲ πολλῷ χρόνον ἀδικῶν ἄβλαπτος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχέστατον.

ὅταν φαῦλα πράττων.) Qui nullis admonitionibus emendantur, vitæ ſuæ exitum tandem ſortiuntur periculoſum, in deſperatione animam perditam euomentes: quemadmodum id docent multa exempla, profectò triſtia & horrenda.

παραβλέπεται.) limis aſpicit, non recto vultu intuetur, Sehet ime nicht recht vnder augen. Eo iubet loco habere proximũ, ne Deo ipſiusq; gloriæ anteponatur, ne violetur religio: quẽadmodum ethnicum etiam dixiſſe legimus, Vſque ad aram, μέχρι βωμοῦ.

ἀνάξιον ποιεῖ.) ſeu, indignè facit, aduerbialiter, præpoſterè facit, peccat.

ἀλείφεις.) vngis: agiles, promptos atq; expeditos reddis.

ἀκούειν ἀεί.) φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί, vt verè in Me-

nandri

nandri comici senario dicitur, ab Apostolo etiam vsurpato in epistola ad Titum: seu sanctificato, vt Tertullianus ad vxoré scribens loquitur. vbi eundem hoc versu liberiore reddidit,

Bonos corrumpunt mores congressus mali.

τοὺς θεσμοὺς ἐκκλησίας.) id est, quæ facit ipsa ecclesia, vt Deũ agnoscat, inuocet, laudet & prædicet.

εἰ τελεῖται.) Semper Deus laudandus, de Deoq; cogitandum & loquendum, in Ecclesia, & extrà.

ψάλλων ἄπελθε.) Domi, seu vbicunque, res tuas curans de Deo loquere, eius verbum cogita.

εἰ νουθετεῖς.) Errantes & peccantes quomodo tractandi sint, monet.

ὅταν ᾖ μοί.) Sanctum enim non dandum canibus.

τὰς πράξεις.) Iubet studere pietati, honestati, & alijs Deo placentibus virtutibus, semper dum viuimus, dum currimus in hoc stadio.

ἐνδελεχισμοῦ.) & ἐνδελέχεια, continua animi mobilitas, assiduitas quoq;, vt in versu vetere qui apud Galenum legitur: κοιλαίνει πέτραν ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείῃ. Hoc est, vt Ouidius eum reddidit,

Gutta cauat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.

πᾶσαν ἡμέραν.) Ergo non tantum in anno semel, quemadmodum id sub papatu frequentatum nouimus: cum simus omnes homines, hoc est, qui sæpius labimur & peccamus: ideoque sæpius etiam condonatione & consolatione, fideique nostræ imbecillis confirmatione opus habemus.

εὐεργέτης.) Beneficijs enim afficit nos, dum per crucem & afflictionem à malis ad bona, & vitam reuocat, non puniens, sed medicans morbum quo laboramus.

σκιᾷ.) Pindarus ἄνθρωπον vocat non vmbram, sed somnium de vmbra, σκιᾶς ὄναρ. Et vulgo dicitur, κύκλος τὰ ἀνθρώπινα.

εἰ βούλει.) Quod Deus puniat maledicos & conuiciatores, vel Ethnicorum etiam testimonio. Nota est sententia Pindari, ὅτι ἀκέρδεια λέλογχε θαμινὰ κακαγόρους. σοφία γάρ ἐστιν ἐχθρὰ θεῶν, τὸ λοιδορῆσαι: vt ibidem piè dicitur.

ὑπολαμβάνεις.) Iustus debet esse primùm accusator sui, non aliorum. Cæterùm non videmus manticæ quod in tergo est, vt poëta scripsit. Ideoque Aesopus sapienter cuique homini duas peras tribuit, in quibus tum sua, tum aliorum errata abscondit. Et polypragmosyne plerisque hominibus innata est, peruersaque curiositas in vita, multorum malorum semper causa extitit.

καὶ

καὶ πλούσιος ᾖ.) *οὐ γὰρ ἐᾷ φρονεῖν μέγα ὁ θεὸς ἄλλον ἢ ἑωυτόν*: vt est apud Herodotum, historiæ parentem dulcissimum & antiquissimum.

μὴ σκώψῃς.) Contumeliam enim si dices, audies: vt apud Plautum comicum dicitur. & in veteri versu Cæcilij,

Audibis malè, si malè dicis mihi.

ζήλωτον βίον.) Turpe enim est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Et Paulus in epistolis ad Timotheum & Titum, præcipit episcopis & pastoribus, vt sint *ἀνέγκλητοι*, præbētes se formam bonorum operum, *ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπῇ, μηδὲν ἔχων περὶ αὐτῶν λέγειν.*

ἀσφαλίζου.) In voce actiua munire, stabilire significat: passiua verò plerunq; vtuntur, cum propulsare, arcere significat.

αὐθάδεια.) Factam vocem putant ab *αὐτὸς καὶ ἅδω*, cano seu placeo: & *αὐθάδης*, cui sua tantum placet & probatur sententia: sui capitis, qui nihil nisi quod ipse fecit, rectum esse putat.

κατορθώματι.) id est, eiusmodi virtutis operibus iustè & rectè factis, quæ fiunt ad ipsius voluntatem: ea enim sola probat.

βίου φυγή.) id est, non curare, negligere mundana & caduca huius vitæ bona: quæ tamen plerosque in sui admirationem ita rapiunt, vt relicto Deo, ea potius transitoria quàm æterna sectentur.

χρὴ τὸν ἐπιθυμοῦντα.) Vt cogitatione rerum æternarum abducamus cogitationes & animum à terrenis.

ὁρᾷς τὸν τρόχον.) id est, Vides enim quanta sit humanarum rerum inconstantia, quæ perpetuo rotatu voluuntur. *ὁ βίος τρόχος, ἄστατος ὄλβος*: vt in hemistichio Phocylidæ dicitur.

τοῦτο μὲν μαθέ.) Philosophia enim tum alia docet, tum exemplis tum dictis declarat, in felicitate non confidendū, quod fortuna vitrea leuisq; sit: & rideri felices, infelices factos, quod fortunæ inconstantiam non considerarunt. Sic etiam eadem afflictis condolere præcipit, quod *κοινὰ πάθη* sint omnium, vt à veteri Poëta dicitur.

ἡ ψυχὴ ἐστ' ἀθάνατος.) Non tantum literæ sacræ, sed etiam ethnicorum saniorum sententiæ id docent:

ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντὸς, vt in versu Phocylidæ dicitur. Et extant in eandem sententiam multæ nō impiæ disputationes & narrationes, apud Platonem, Xenophontem, Aristotelem, Plutarchum, Pindarum, & alios innumeros. Vnde maximis ingenijs præditi, magna cura coluerunt, & inex-

inexpiabili religione ſanxerunt ſepulchrorum ceremonias: vt Cicero loquitur in Tuſculanis quæſtionibus.

μὴ μέμφου.) Vexatio dat intellectum, dicit Scriptura. Preſsi itaque paupertate, & alijs vitæ incommodis, Deum inuocantes, de Deo & eius voluntate ſæpius cogitant. Et vulgò dicitur, Paupertas occaſio virtutis, *ἡ πενία σοφίαν ἔλαχε.* καὶ, *πενία τέχνας ἐγείρει.*

μὴ εὐφραίνου) Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.

ἐγγὺς τὸ τέλος.) Ne ſimus procraſtinatores, qui ſemper cum damnis luctantur, vt Poëta dicit: ne differamus vitæ emendationem, quum de exitu & fine, qui ſemper impendet, ſimus incerti.

πεῖραν.) à *πεῖρα*, periculum, conatus, ſtudium, *δόλος τι καὶ τέχνη.* vnde *πειραταὶ, οἱ κατὰ θάλασσαν κακοῦργοι.*

ἀπαιτεῖσθαι.) Quæ à nobis exigentur, ſeu, quorum rationem à nobis poſtulabit ipſe Deus.

ἀεὶ τοῦ βίου.) Nihil eſt enim quod ita eleuet obtundatq́; ægritudinem, quá perpetua in omni vita cogitatio, nihil eſſe quod non accidere poſsit: vt Ciceronis verbo vtar.

ἀπέχου.) id eſt, Ne te præcipites temere in mala & pericula: ſi verò acciderint, perfer ea pectore digno Chriſtiano homine.

ἡ φιλοσοφία.) Philoſophia omnem humanam complectitur ſapientiam, omnia ab hominibus ſapienter & ingenioſe dicta atque cogitata: totam *κυκλοπαιδείαν*, hoc eſt, vniuerſum diſciplinarum circulum. Hoc verò loco intelligenda eſt ea pars philoſophiæ, quæ vitam, ſtudia & mores format: quæ *ἠθικὴ*, hoc eſt, moralis appellatur. De ea parte loquitur Plutarchus in *παιδαγωγίᾳ*, his quidem verbis, quæ non grauabor aſcribere: Animorum autem ægritudines atque languores ſola eſt quæ curet ac medeatur philoſophia. Per hanc enim, & cum hac ſcire licet, quid honeſtum, quid turpe, quid iuſtum, quid iniuſtum: & ſummatim, quid deligendum, quid fugiendum: quomodo parentibus, quomodo natu grandioribus, quomodo peregrinis, magiſtratibus, amicis, vxoribus ac ſeruis vtendum ſit: vtque deos veneremur, parentes honoremus, ſeniores vereamur, legibus obtemperemus: quod magiſtratibus cedendum ſit, amicos diligere oporteat: in mulieres ſeruare modeſtiam, charos habere liberos, minimè ſeuire cum ſeruis: & quod maximum eſt, in proſperis fortunæ ſucceſsibus lætitia non effundi, nec in aduerſis caſibus triſtitia deprimi, nec omnino voluptatibus eſſe deditos: nec ita per iracundiam

affici, vt beluarum animos induamus, quæ ex omnibus philosophiæ bonis antiquissima iudico. Et legitur in eandem sententiam dictum Musonij, sapientis philosophi: οὐ γὰρ δὴ φιλοσοφεῖν ἕτερόν τι φαίνεται ὄν, ἢ τὸ ἃ προσήκει λόγῳ μὲν ἀναζητεῖν, ἔργῳ δὲ πράττειν. Multa sunt similia, & his etiam meliora, quidq; etiam de vniuersa philosophia sit sentiendum, apud Clementem in στρώμασι, Tatianum in oratione contra gentes, & propemodum omnes Græcos Theologos, qui gentium vanitatem refutarunt: Nazianzenum etiam, quæ nos esse sinimus, hoc loco: cum non commentarios scribere, sed paucis de obscurioribus adolescentes monere constituerimus.

οὖσα μονογενής.) Cũ ea sola & vnica homines rectè instruat: ijs tamen tantum adest, qui eam non aspernantur, sed recipiunt, & ad ipsius monita vitam quoq; instituunt.

ἐνδύντος.) Hoc est, Christi veri Dei, induti nostram carnem, ἐνανθρωπήσαντος καὶ σαρκωθέντος.

μετὰ τὴν νῆψιν.) Post deliberationem, cum reputant iam & cogitant homines, quòd iniqua patrarint. ἡ γὰρ μετάνοια ἀνθρώποις κρίσις, vt in veteri senario dicitur. Tunc iudicant homines, cum pœnitet.

διὰ τὸν μόχθον.) Propter tribulationes, per quas nos oportet ingredi in regnum Dei. Omnes autem qui volunt piè viuere, persequutionem patientur.

ὅτῳ ὁ βίος ῥυπαρός.) vita auaritiæ dedita, sordida, suum defraudans genium, nec sibi nec alijs quicquam benefaciens. Vnde in Mimo dicitur: Auaro quid mali optes, nisi vt viuat diu?

κτηνωδῶς.) Habet se instar pecorum, negligitur, nulla ipsius cura & ratione habita.

λογιστικόν.) rationem, eam partem animæ qua sola à brutis & bestijs differimus Summaque philosophiæ est, hoc est, omnium honestorum præceptorum veterum sapientum, vt affectus obtemperent rationi tanquam regi. Eò enim spectant omnes commentarij omnium saniorum philosophorum, qui de vita honestè & rectè viuenda scripti sunt.

φιλοσοφίας.) Id est, studium honestatis, per disciplinam & rectam institutionem.

ἀνόητος ἐλεύθερος.) stolidus liber, qui non rectè vtitur linguæ libertate, qua necessaria tantum Deoq; grata dicenda sunt: quemadmodum de eloquentia à Platone dicitur. Et Pythagoræ præceptum extat, quo iubet ἢ σιγᾶν, ἢ κρείσσονα σιγῆς λαλεῖν.

κατὰ.

κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνήν.) Qui non abiecerit omnia propter me, non eſt me dignus.

νηστείας.) Vitæ ſobriæ & temperantis, ſemper in timore Dei verſantis.

ζύμης.) *ζύμη*, fermentum propriè ſignificat. A' feruore, ab incitamentis ad voluptatem.

πάρεργον.) Id eſt, quiddam nihil pertinens ad virtutem: cũ iuſticia ipſo Lucifero formoſior, omnes virtutes complectatur: vt in verſu etiam vetere id indicatum eſt. *ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετ' ἔνι.* Id eſt:

Iuſticia in ſeſe virtutes continet omnes.

οἰκείου.) Vt de noſtro, non alieno, ſimus liberales.

ζιζανίων.) *ζιζάνιον*, lolium, vnkraut / *παρὰ τὸ τὸν σῖτον σίνειν*, quòd ſegetes lædat & ſuffocet: vel quòd frumentis plerunq; adhæreat, & vnà cum illis naſcatur, *παρὰ τὸ σῖτος καὶ ἵζανω, τὸ τῷ σίτῳ παρεδρεῦον*, vt monet Etymologus.

τυφλός.) Videdũ, vt dignis tribuamus noſtras eleemoſynas.

εἰ μὴ τυγχάνει δίκαιος.) niſi iuſtè diſpenſet, diſtribuat ſua pauperibus: non conſiderans, non attendens, quem agrum colat, id eſt, cui benefaciat.

χαρακτῆρ φιλοσοφίας.) De philoſophia, quod ſit mortis meditatio quædam: id eſt, quod doceat, hominibus eſſe moriendum, cum videat non licere hic verſari perpetuo: præclara extat apud Platonem ſententia & memoratu digna, quæ talis eſt. *οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστα αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν:* In Philebo.

σχηματίζου.) Ne ſimula virtutem: ſed id quod vis dici, id quoque re ipſa eſſe velis. quemadmodum de Amphiarao vate ſcripſit Aeſchylus in *ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις*: quod deinde Græci, teſte Plutarcho, de omni bono viro, nec ſimulatè probo, dixerunt. *οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.*

μητήρ.) Gregorius Thaumaturgus virtutum matrem pietatem facit, piè ſentiens, his verbis: *εὐσεβείας ἐπὶ πᾶσι φροντιστέον, ἣν μητέρα φασὶ τῶν ἀρετῶν, ὀρθῶς λέγοντες. αὐτὴ γάρ ἐστιν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν.* Chryſoſtomus verò (aureum illud os, & verè candidum, pium ac Chriſtianum pectus) fidem non minus piè virtutum facit principem & coronam, dum ait: *πίστις μητὴρ καὶ στεφάνη καὶ συμπεραίωσις τῶν ἀρετῶν ὑπάρχει.* Simile dictum Ariſtoteli etiam tribuunt: *ἀρχὴ* (videlicet) *ἀρίστη πάντων μὲν ὁ θεός, ἀρετῶν δὲ εὐσέβεια.*

ἄγαμον.) Mariam matrem CHRISTI *ἀειπαρθένον* intelligit.

ἐπὶ νεκρῷ.) Non vetat prorſus non lugere mortuos, cum ſcri-

ptura id permittat, & patres, suos defunctos luxerint: sed, ne in impatientiam & indignationem aduersus Deum luctus erumpat: dubitationem quoque de prouidentia, cum videmus bonos citius mori quàm improbos.

γέλα μὲν.) Id est, ride eos, ac stultos putato, qui confidunt nimium in bonis istis fortunæ inconstantibus, & quauis aura leuioribus.

τῇ μελέτῃ δὲ τοῦ νόμου.) Id est, Dei voluntatem considerans, id efficies, ne seu Deum seu proximum offendas.

τινὸς χάριν ἐδάκρυσας.) Id est, cogita quid petas, quam necessitatem Deo proponas.

ἐτασθήσονται.) Potentes, quia abutuntur sua potentia, facientes non quod licet, sed quod libet (Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas, vt in versu Satyrici indicatum est) potenter quoq; tormenta patientur.

δεῖ πονεῖν.) Auis ad volatum, homo ad laborem nascitur: vt in Iobi historia scribitur.

λύχνῳ.) Ne contra conscientiam faciamus, quam toties prædicat Paulus: quod ea nos nō accusante, fiduciam habeamus erga Deum: sed vt ad eam, tanquam Lydium lapidem, & secus & rectè facta examinemus.

καθαρὰν εἰκόνα.) Primam nostram innocentiam, quæ qualis fuerit, in Decalogo, summa illa & inexhausta Dei sapientis sapientia ostenditur.

πρὶν γυμνωθῆναι.) Vt resistamus prauis cogitationibus, ante quam in ipsum opus erumpant. Quid enim prauæ cogitationes sunt aliud, quàm animæ vulnera & hulcera, quæ matura & rupta, quid effunderēt aliud quàm pus, quàm sordes, quàm sanguinem atrum & corruptum: hoc est, prauas actiones, & pugnantes legi diuinæ.

κρίνεται.) damnatur, reus peragitur peccati.

ἐπὶ τῶν πλησίον.) Vt ex aliorum hominum imbecillitatibus & lapsibus, nostros defectus cogitemus, & vitia quoque propria contemplemur. ἐπιτιμίοις.) pœnis, seu vitijs & peccatis, propter quæ pœna irrogatur.

κοινὸν γὰρ.) Dum enim alium admones, teipsum quoque mones, doces & instigas, ne labaris, aut contra Dei voluntatem in similibus facias.

λέγειν τί.) Nihil dicendum aut faciendum, cuius honestas rationes non possimus probare bonis omnibus. Ea verò cura efficiet, vt semper cautè & sapienter agere studeamus.

αἰσχύνῃ νάρκα.) Id est, noli dare operam turpibus: sis piger,

torpeas.

torpeas in malis, ne afficiaris ijs quæ dedecus turpe ſecum afferunt. Vide ne fias infamis ob quodcunq; ſcelus perpetratum: ſeu, ne habeas cauſam metuendi iuſtam reprehenſionem hominum.

τῶν μελλόντων.) Id eſt, æternorum bonorum, vt ſcriptura inquit: Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit.

χόρτον.) Id eſt, omnes in mundo potentes & cõſpicuos, quorum venter deus eſt: omnem mundi gloriam, omnem ſplendorem, & magnificentiam.

ὁπλίταις κέχρηται.) Malè vtitur armigeris: id eſt, fortiter repugnat ijs qui peccatores cum ſint, conantur tamen ſe contra ipſum armare, non reconciliati prius cum Deo, carentes veris armis, quibus repelluntur ignita tela hoſtis.

ἀθέσμῳ.) Id eſt, ſine lege viuenti, non curanti legem.

τίς ὑπάρχει διδάσκεται.) Id eſt, tum demum cum moriendum eſt, intelligit ſe puluerem eſſe, & cinerem, & ſuperbijſſe ſine cauſa: cum ex eadem maſſa peccatrice, qua cæteri homines, fuerit conditus. Id cogitantem, ferunt ſymboli loco vſurpaſſe Maximilianum Cæſarem hæc verba:

Wir ſein eyn man Wie eyn ander man/
allein das vns Gott die ehre gan.

Et in verſibus, à quocunq; etiam ſcriptis, idé propè indicatur:

Omnia Cæſar erat: ſed gloria Cæſaris eſſe
Deſijt, & tumulus vix erat octo pedum.

νυμφῶνος.) *νυμφὼν*, vt *περιστερὼν*, *χαλκὼν*, & ſimilia, nomina ſunt quæ comprehenſiua Grammatici nominarunt. locum itaq; ſignificat conuiuij, ſeu ædes vbi nuptiæ celebrantur: tametſi malim legere *νυμφιῶνος*.

ὁ κριός.) Aries, dux gregis eſt. Sic falſi doctores, hypocritæ, ſe etiam gregis, hoc eſt, eccleſiæ duces profitentur: cum non ſint arietes, non duces, non paſtores, ſed lupi rapaces, qui ex fructibus cognoſcuntur.

πρέμουσι.) Propterea quod voluptatibus, quæ malorum eſca ſunt, vt hamis, capiant homines.

ἀνυπόκριτος.) candidus, qui quod corde ſentit, ore & vita profitetur.

FINIS.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ
ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ ΘΗ-
ΒΑΙΟΥ ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ ΕΛ-
λινικολατίνως.

id est,

COLVTHI LYCOPO-
LITAE THEBAEI HELENAE
RAPTVS, GRAECE ET
Latinè:

Continet autem id Poëma, historiam de nuptijs Pelei patris Achillis, celebratis in Thessalia cum Thetide dea marina, quibus ipsi etiam dij cum Musis & Apolline interfuerunt. Narrationem item de pomo Eridis, de iudicio Paridis: ac tandem de profectione Paridis in Græciam, ac raptu Helenæ, qui deinde belli Troiani causa & materia extitit.

CONVERSA ET EXPOSITA
A
Michaële Neandro Sorauiense.

PIETATE, PRVDENTIA ATQVE VIRTVTE ORNATISSIMIS VIRIS, CONSVLIBVS ATQVE Senatoribus in Imperiali NORTHVSA, suis Dominis atque patronis colendissimis,

S. D.

APVD Herodotum historiæ parentem, vt nominant eum plerique, Græci ridentur à Persis, quòd causa mulieris Argiuæ, Helenæ scilicet, vxoris Menelai regis Spartani, raptæ à Paride, Priami Phrygiæ regis filio, contra Troianos bellum mouerint: idq; tam diuturnum, tantis cum sumptibus, totque malis & laboribus attriti, gesserint: quòd existimarent, τὸ μὲν ἁρπάζειν γυναῖκας, ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον εἶναι· τὸ δὲ ἁρπασθεισέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν, ἀνοήτων· τὸ δὲ μηδεμίαν ὤρην ἔχειν ἁρπασθεισέων, σωφρόνων. δῆλα γὰρ δή, ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. Id est. Quòd putarent, iniuriorum quidem virorum factum esse, rapere fœminas: amentium verò, raptis vlciscendis operam dare: prudentium autem, pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ, nisi voluissent, haud dubiè raptæ non fuissent. Lib. 1.

Videntur hæc quidem non insipienter planè, sed speciosè & plausibiliter dicta. verùm quia scriptum est, Adulteros & fornicatores iudicabit Dominus: sciendum est ab ipso Deo, qui mens est casta, omnemque impuritatem & odit acerrimè, & punit grauissimè, excitari magistratus, & mitti exercitus militares, qui raptus, adulteria, nuptias prohibitas, & quascunque alias fœdas & turpes libidines puniant, bellis, cædibus, terrarum ac imperiorum etiam potentissimorũ euersionibus. Cum maximæ calami- 1. Corinth. 6. Ebræ. 13.

calamitates humanæ plærunq; pœnæ ſint idololatriæ, tyrannidis ac libidinum: quemadmodum id monſtrat & indicat tum ſacra, tum ethnica etiam hiſtoria. Vnde adoleſcentes exempla aliquot in promptu & conſpectu ſemper habere, non eſt inutile, vt exemplis iſtis pœnarum moti, vitam ſuam ac mores diligentius & regant: & Deo aſſiduè etiam vitam ſuam commendantes, eundem rogent, ne à diabolo ſuperati, vitam ſuam turpibus voluptatibus polluant: ac ita iram Dei, calamitates & pœnas ſibi & alijs accerſant, quòd ab initio ſemper in eius generis flagitia grauiſſimè Deus animaduerterit.

Maximæ in mundo calamitates cuius rei pœnæ ſint.

Exẽpla, quod Deus puniat grauiſsime vagas libidines, ac omnem impuritatẽ. Geneſ. 6. et 19.

• Docent id hiſtoriæ diluuij, Sodomæ etiã & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, quatuor ciuitatum, quæ paulo antè vt hortus Domini irriguus floruerunt, ſed poſtea propter nefariam impuritatẽ igni de cœlo miſſo conflagrarunt. Sic ciues Sichem interfecti ſunt, propter ſtupratam filiam Iacob. Deinde in deſerto, propter libidines vna die viginti tria hominum millia perierunt. Poſtea ferè tota tribus Beniamin deleta eſt, propter ſtupratam Leuitæ vxorem. Filij etiam Heli ſacerdotis, propter adulteria perierunt: ipſe quoq; pater poſtea punitus eſt, quòd filios adulteros non obiurgaſſet. Ac Dauidis adulterium magnas ipſi & regno calamitates attulit.

Geneſ. 34. Numeri 25. & 1. Cor. 10.

Iudicum 19.

1. Samuel. 20.

2. Samuel. 11.

Ac exempla non pauciora, apud Ethnicos etiã ſcriptores vbique ſunt obuia. Thebæ vrbs in Bœotia celebris, à dijs atrociſſima peſte affligitur, propter Oedipi filij cum matre Iocaſte inceſtas nuptias. Poſtea verò filij ex ijs nuptijs prognati, Eteocles & Polynices, de regno inter ſe dimicantes, ac ſingulari prælio congreſſi, mutuis vulneribus cõciderunt. Mater verò Iocaſte eo ſpectaculo triſtiſſimo perculſa, cum de vulnere alterius filij ferrum rapuiſſet:

Thebarum excidiũ. de eo vide Euripidis Phœniſſas, & eiuſdẽ Supplices: Sophoclis Oedipũ tyrannum, Oedipum Coloneum, & Antigonem: Aeſchyli etiam ſeptem ad Thebas, Lycophronem in Caſſandra, & Statium in Thebaide, vbi tota illa triſtiſsima Tragœdia late exponitur.

puiſſet: ipſa quoq; illatis ſibi cruentis manibus, ſuper cadauera filiorum occubuit. Poſtea ipſe pater Oedipus, ingenti mole tantarum curarum confectus, cum ſibi ipſi eripuiſſet oculos, ac à Creonte Iocaſtæ fratre, cum filia cæcitatis ſuæ duce in exiliū eijceretur, viuus à terra eſt abſorptus, ne ſol & luna huius aſpectu polluti, cœlum & terram ipſi quoque deinde macularent: cum ipſe etiam Oedipus procul à ſe diſcedere iuberet omnes, quòd vel vmbra etiam ſua noceret bonis.

Propter fœdas libidines Athenæ etiam τῆς ἑλλάδος, quamuis ipſæ præ multis alijs Græciæ ciuitatibus opinione virtutis, doctrinæ & eloquentiæ, ſemper claruerint, funditùs ſunt deletæ: quòd tot propè meretrices ſemper habuerit, quot homines: quarū conſuetudine principes etiam, & alij viri prudentia & eloquentia inſignes, oratores, philoſophi & Poëtæ gaudebant: in quarum laudibus, etiā ſcriptis magno cum ſtudio orationibus, & poëmatis ſapienter excogitatis, pleriq; ipſorum ſolebant eſſe aſſidui: ſtatuis præterea, aris, & ſacellis, ac carminum inſcriptionibus eaſdem mortuas honorantes: laudi ac gloriæ ſibi ducentes, quòd quamuis ſapientia alias, doctrina & eloquentia excellerent, ac inuicti planè in alijs eſſent, ab harum tamen pulchritudine ac amorib. expugnati ac ſuperati eſſent. quod tum alijs ſcriptionibus pluribus indicarunt, tum & epigrammate docere voluerunt, quod in monumento Laidis Corinthiæ ſcriptum viſebatur, idq́; tale fuiſſe referunt:

Athenæ in Græcia quare deletæ.

Athenæus lib. 13. Δειπνοσοφιστῶν.

Hyperides orator ſcripſit orationē pro Phryne: Cephalus autem orator Encomiū Laidis, alij aliarum etiam. Athenæus lib. 13.

Athenæus li. 13.

τῆς δέ ποθ' ἡ μεγάλαυχος ἀνίκητός τε πρὸς ἀλκὴν
  ἑλλὰς, ἐδουλώθη κάλλεος ἰσοθέου,
λαΐδος, ἣν τέκνωσεν ἔρως, θρέψεν δὲ κόρινθος,
  κεῖται δ' ἐν κλεινοῖς θεσσαλικοῖς πεδίοις.

Neq; enim Athenis vitium fuit ſcortari adoleſcentem, neq; fores effringere. quæ verba non à Te-

Athenis ſcortari nullum fuit vitium. Terentius in Adelphis.

rentio sic sunt conficta temerè, & posita tanquam in Comœdia: sed potius ex ipso Menandro græco comico Atheniensi expressa, qui Atheniensium adolescentum studia & mores, quales suo tempore fuerũt, referret voluit, quòd sciret amores eiusmodi turpes lege etiam permissos esse, non tantum Athe-
Athenæus li. 13. niensibus (vbi Solon Atheniensium legislator, tametsi sapientissimus ab omnibus haberetur, ac tantũ non numinis loco ex Apollinis etiam oraculo à cunctis coleretur, lupanaria tamen primus Athenis instituit, ac ibi publicæ Veneris templum erexit, vbi puellæ Veneris sacerdotistæ, publica corporis prostitutione lucrum ac quæstum ex lege etiam faciebant: quemadmodum ex Philemone & Nicandro Colophonio id referri à veteribus nouimus) sed Græcis propemodum vniuersis, vbi idolomanias, deorum commenticiorum, cultuum idolatricorũ, scortorum ac amorum turpium ac fœdorum plena fuerunt omnia, ipso numero ipsos propemodum ciues ac homines superantia: quemadmodum id de Athenis alicubi commemorari, ex veterum commentarijs repetitum apud Athenæum nouimus, his
Lib. 13. Δειπνοσοφιστῶν. quidem verbis: αἱ γὰρ καλαὶ ἡμῶν Ἀθῆναι τοσοῦτον πλῆθος ἤνεγκαν ἑταιρῶν, ὅσον ὄχλον εὐανδροῦσα πόλις οὐκ ἔσχεν. quod est: Optima namq; Athenarum ciuitas tantam tulit meretricum multitudinem, quantam virorum turbam, cum maximè floreret, nunquam habuit.

Non καλαὶ itaque Athenæ, sed multo magis κάλλίσαι ipsæ erant nominandæ, quòd pudicarum mulierum tanto numero facilè omnes reliquas Græciæ vrbes superarent: ipsæ inquam, sine quibus Græciam cæcam futuram, Græci sunt arbitrati. Ac meritò id quidem sic metuebant: quòd nisi tam amplum lumen Athenæ, quæ libidines sequendæ monstrasset, nemo in Græcia futurus fuisset, qui

turpibus

turpibus voluptatibus operam vllam dare sine eo lumine potuisset: quòd putaretur, neminem secuturum fuisse turpia, ad quæ omnes sponte nostrapte natura rapimur, etiamsi pœnis, vinculis, carceribus atq; legibus inde omni studiò prohibeamur, cum (quemadmodum ipsorum scribunt doctores, Poëtæ) omnes à labore ad libidines simus procliues ac mala naturæ nulla doctrina indigeant, quemadmodum in Publij sapientis Mimo indicatum est:

τὴν γάρ τοι κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστιν ἑλέσθαι.

Ea tamen omnia adeò non pro turpibus, aut pietati seu etiã honestati pugnantibus sunt habita, vt in ijs depingendis, describendis, ornandis ac prædicandis, Comici pleriq; omnes, Rhetores etiam, fuerint occupatissimi, tanquam in re momenti omniũ maximi, ac neutiquã leuiter aut obiter[a] cõmemoranda. Alij etiã scriptores plurimi sunt reperti, ijq; multo plures etiã quàm oportuit, qui meretricum illarũ impudicissimarum (quarum aliæ vniuersam perturbarũt Græciam, [b] aliæ etiam amplissima ac potentissima regna euerterunt) historiam, formam, mores, astus, dolos, voces etiã & apophthegmata (si dijs placet) ac tandem qua arte sint ab amatoribus tractandæ, multis libris exposuerunt. Alij etiam commentarijs proprios amores, ac turpes horribilesq; voluptates descripserunt: qualia exempla apud Latinos etiam poëtas reperiuntur. Stultus namque, cum facinus perpetrat, ridet. quid verò ageret aliud? Peccatum namque suum, sicut Sodoma, prædicauerunt: ait Propheta. Quinimò eo etiam loco impudicissimas illas mulieres habuerunt, vt in rebus asperis ac periculosis, cumque dij omnium maximè succensere Græcis existimarentur, ad eas solas, tanquam ad vltimum refugiũ, sacramq; anchoram iretur: vt ipsæ in templo Veneris deæ suæ conuenientes, pro salute Græciæ, &

[a] Apud Athenæũ lib. 13. cõmemorantur, Apollodorus, Antiphanes, Gorgias rhetor, & quam plurimi alij, qui de meretricibus commentarios scripserunt.

[b] Apud Plutarchum in Pericle, & Athenæum lib. 13. de Aspasia & Agathoclea.

Esaiæ 3.

Veneri & dijs reliquis supplicarent: quemadmodũ de Corinthijs meretricibus, quo tempore Xerxes illas adeò multis celebratas in Græcos simul vniuersos copias duxit, Chameleõ Heracleotes, Theopompus & Timæus historici prodiderunt. Amplissimis præterea opibus atque muneribus easdem auxerunt, ac opulentissimas reddiderunt, veluti de Phryne, celebratissimo illo scorto, scripserunt veteres, quòd tantum diuitiarũ tandem acquisiuerit, vt etiam Thebas suis se sumptibus muro cincturã polliceri non dubitaret: si modo Thebanijs iam sua pecuniare ædificatis, hæc contrà ijsdé inscribere non recusarent, ἀλέξανδρος μὲν κατέσκαψεν, ἀνέστησε δὲ Φρύνη ἡ ἑταίρα. id est: Alexander euerterat, restituit autem Phryne meretrix. quemadmodum id retulit Callistratus in lib. de Meretricibus scripto.

Apud Athenæum li. 13. vide etiam prouerbiũ, Corinthiari.

Apud Athenæum lib. 13.

Athenæ & vniuersa Græcia quare vastatæ & deletæ.

Meritò itaq; non tantum Athenæ, omnis sapientiæ, virtutis atque eloquentiæ, vt falso credebatur, schola ac domicilium, malè à Domino de cœlo deletæ perierunt: sed etiam vniuersa Græcia intestinis malis fracta, ac à vicinis debellata, vastata, ac crudelissimè habita, lacerataq; & deiecta, vt corpus cadauerosum, impurum & pollutum, amisso priori illo suo splendore, magnificentia, potẽtia, prudentia, eloquentia & opulentia, in æternam captiuitatem barbarorum, miserrimam barbariem, seruitutẽ & tenebras tristissimas, sua culpa ac suopte merito est delata.

Corinthus ꝓpter libidines euersa a Romanis: Strabo lib. 8. Plinius lib. 35. cap. 1. Iustinus lib. 34. Flor. lib. 2. cap. 16. Meminit etiam Cicero tum alibi, tum lib. Officiorũ 1.

* De eo vide lib 8 Strabonis, Gell. lib. 1. cap. 8. item prouer. Non est cuiuslibet Corinthum appellere.

Sic ante omnium hominum oculos prostrata etiam iacet Corinthus, vrbs illa Achaiæ florentissima ac opulentissima, ab ipso Deo per Romanos, ab ipsis fundamentis euersa: quòd cùm alia multa insolenter, impiè & lasciuè & turpiter in ea fierent: tũ etiam, quòd in Veneris templo, magnifico splendore ac apparatu apud Corinthios extructo, supra * mille puellæ à viris ac fœminis deæ dicatæ, publica corpo-

corporis proſtitutione, tanquam cultu deo longè gratiſſimo, ipſam Venerem quotidie venerarentur. Quæ res quàm fuit longè horrendiſſima & triſtiſſima, ac ab ipſo diabolo hominibus primitùs monſtrata, qui excæcatis miſeris hiſce ac ſimilibus alijs ἐπιχαιρεκακωτάτοις ſarcaſmis, ac ludibrijs inſultabat: ita fuit ea pleriſq; gentibus & ante CHRISTI filij Dei in carnem aduentum, receptiſſima: & poſtea etiam longo tempore durauerat, eò vſq; progreſſa, vt etiam Hieroſolymis gentes ſuper monumentum, in quo corpus Domini repoſitum fuerat, templum ſimile, quale fuit Corinthiacum illud, Veneri extruxerint: locum illum polluere, ac memoriam mortis, paſſionis ac reſurrectionis CHRISTI hoc pacto abolere ſe poſſe exiſtimantes. quod mõſtrum Conſtantinus Magnus, Cæſar ille pientiſſimus, potentiſſimus ac laudatiſſimus (quemadmodũ omnia ſimilia templa, ſacella, ſtatuas & aras idololatricas in mundo vniuerſas) ſuſtulit, extructo ibi oratorio ampliſſimo, multis ſumptibus, longoq; tempore, artificum etiam induſtria, materia nobili, & operis totius mirabili ſtructura, ſplendido & illuſtri: ad quod tanquam in publica læticia, profligatis vbiq; terrarum idolis, ex vniuerſo terrarum orbe epiſcopi, viri pietate, doctrina, conſtantia & eloquentia præſtabiles, abſoluto iam opere, ab ipſo Imperatore literis acciti, à remotiſſimis ac longinquis alij terris profecti, aduenerunt: vbi quiſq; in laudem ac gloriam Dei, in eo oratorio, in pulcherrima præſtantium virorũ corona, qualem vix viderat ab initio ſimilem mundus antea, dicendo concionãdoq; ſpecimen quiſq; ſuæ pietatis, ingenij & doctrinæ exhibuerunt.

Hieroſolymis ſuper ſepulchrũ Chriſti templum Veneris extruitur.

Conſtantinus Magnus tollit omnia totius mũdi idola, omnem idololatriã gentium, & impuritatem. Euſeb. lib. 3. de vita Conſtantini.

Raptus Medeæ etiã, regis Colchici Aeëtæ, filiæ, quam Iaſon Theſſalus rapuit, dux Argonautarum, tum ipſi, tum alijs exitium attulit.

Raptus Medeę. Eius hiſtoria deſcribitur ab Apollonio Rhodio, Pindaro, 4. Pythior. Ouid. 7.

Metamorph. & Lycophrone in Cassandra.

a Græci affliguntur propter stupratam Cassandram, ab Aiace. Odyss. δ. Calaber lib. 4.

b Lycophron in Cassandra.

c Historia de filiab. Scedasi in Leuctris Bœotiæ stupratis. Pausanias in Bœoticis Plutarchus in Pelopida. Et in Amatorijs etiam narrationibus, vbi simila plura reperiuntur.

[a] Propter stupratam Cassandram, Priami filiam, ab Aiace Locrensi Oilei filio, non tantum pleriq; Græcorum in reditu, vastata iam Troia, tempestatibus maris obtriti, submersi vnà cò nauibus, miserè perierunt: verùm postea etiam Locrenses, propter idem scelus diuturnam [b] famen sunt perpessi.

[c] Plutarchus etiam, grauissimus autor, narrat, duas puellas, filias Scedasi, viri honesti, boni & hospitalis, in Leuctris Bœotiæ vico, à duob. Laconicis iuuenibus per vim stupratas ac interfectas, ac in puteũ quendam abiectas fuisse: vbi deinde in pugna Leuctrica Lacedæmonij, ad ipsa Leuctra, ad sepulchra puellarũ grauissima clade sunt superati, quòd tantum scelus adolescentum neglexissent: ac patrẽ puellarum de atrocissima illa iniuria querentẽ, per contemptum præterea ac ludibrium etiam habuissent. qui postquam ab Ephoris Lacedæmoniorũ, vt stulti ac desipientis, querelas suas contemni videret, protensis ad cœlum manibus, ac inuocatis Furijs contra Lacedæmonios, in medio Spartanæ vrbis, multis tristissimã illam tragœdiam oculis intuentibus, necem sibi ipsi consciuit.

Pausanias fame necatur in tẽplo Palladis Chalciœcæ. Plutarchus in Parallelis.

Pausanias etiam dux Spartanorum miserè tandem perijt in templo, fame necatus, tum ob alia sua minus laudanda facta: tum etiam, quòd virginem Cleonicen, quam patri ciui Byzantio eripuerat, ad suas voluptates ea abusurus, interfecisset: cuius idolum postea aliquot continuis noctibus ei assistere visum est, quod hunc versum multoties repetitum ipsi inculcare non desijt:

Plutarchus in Cimone: item in lib. de sera numinis vindicta.

βαῖνε δίκης ἆσσον μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις. Id est:
Pœna luenda tibi est, affert iniuria clades.

Herdot. lib. 5.

Cuius generis etiam de Hipparcho Atheniensi prodita ab autoribus legimus. Huius pater Pisistratus, Atheniensium tyrannus, tum multa crudeliter & tyrannicè egerat; tum etiam fœdis libidinibus,

quas

quas ne cogitare quidē pium est Christiano homini, se polluerat. Quare, vt sæpe luunt liberi parentum peccata, ipsi Hipparcho ea [a] nocte, quæ cædē eius præcessit, visus est in somno astare vir grandi ac tetra specie expauescendus, qui sibi hunc versum in aurem veluti insusurraret.

οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

[b] Ac tristia sunt & horrenda, ac memorabile exemplum iræ Dei, in raptores, impuros, molles ac libidinosos, quæ Athenæus de Dionysio tyranno Siculo prodidit: quem Locrenses, Locrim Siciliæ metropolin~~i incolentes~~, non solum [c] expulerunt sed etiam illius vxorē ac filios capientes, captiuósq; in via publica constituentes, in eos atrociter multa egerunt: & vbi iniuriæ iam pleni ac saturi essent, acubus sub manuū vnguibus pungentes ipsos, mirandis modis trucidarunt, mortuorūq; ossa in mortarijs contuderunt: & carnes reliquas cum distribuissent, diris imprecationibus eorum caput deuouerūt, qui ex ijs non gustassent, reliquas verò in ipsum mare abiectas demerserunt, Idque adeo, ideo ea crudelitate perfecerunt, quòd pater ipsorum Dionysius paulo antè in amplissima quadam Locrorū domo, quam serpillis rosisq; strauerat, eò accersitis Locrorum virginibus, nudus cum nudis nulla pudoris ratione habita, super stratis se conuoluisset.

a Hipparchū, paulo ante obitum, Venerem ex Phiala quasi sanguinem sibi in faciem spargere somniasse memorāt, Plutarch. in lib. de sera numinis vindicta.

b Dionysij libidines quam horribiliter sint punitæ & in seipso, & in liberis etiam crudelissime vindicatæ.

c Athenæus lib. 12. Strabo lib. 6. vbi ea crudelitatis supplicia paulo etiam aliter referuntur.

Cambyses, filius Cyri, regis Persarum prudentissimi ac modestissimi (quem veteres pleriq; principibus, vt exemplum absolutum Imperatoris, proponere solebant) à patrijs virtutibus longissimè degenerans, (vt solent ἡρώων τέκνα εἶναι πήματα) proprio gladio in femore vulneratus non multo post Cyri laudatissimi sui patris ac principis placidissimum (vt Xenophon de ea re scribit) obitum, ex eo vulnere perijt, cū imperium tenuisset annos

Cambysis filij Cyri tetræ libidines.

Herodot. lib. 13.

Lib. Cyropædias 8.

vixdum

vixdum ſeptem,& menſes quinq; : quòd tum tyrannicè & crudeliter multa in vita egiſſet : tum etiam cum propria ſorore, ex ijſdem parentibus nata, contra legem etiam Perſarum,nuptias celebraſſet: quam & prægnantem, calcibus vtero eius inſiliens,crudeliſſimè trucidauit, quòd crudelitatem, qua fratrem innocentē ſuſtulerat,obliquè taxaſſet.

Herodotus lib. 3.

Ei Cambyſæ ferunt reſpondiſſe conſiliarios, tyrannidem ipſius,pertimeſcentes, cum rogarentur, An liceret Perſico regi ſororem ducere vxorem ? νόμον οὐδένα ἐξευρίσκειν ὃς κελεύει ἀδελφεῇ συνοικέειν ἀδελφεόν· ἄλλον μέντοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύοντι περσέων ἐξεῖναι ποιέειν τὰ ἂν βούλη). Id eſt: Retulerunt, nullā ſe inuenire legem, quæ permittat coniugium cum ſorore : aliam autem legem ſe reperire, qua liceat Perſarum regi facere quæ vellet.

Reges Romæ expelluntur propter ſtupratam Lucretiam. Liui. Decadis 1. lib. 1. Flo. lib. 1. cap. 9. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 4.
a Lib. 8. cap. 41.

Romæ, propter ſtupratam Lucretiam, pudiciſſimam fœminam, Collatini vxorem, à Sexto Tarquinio, Tarquinij Superbi filio,reges ſunt eiecti,& translata eſt ſumma imperij ad duos conſules. quā mutationem reipublicæ [a] Plinius ſcribit, prodigijs & portentis fuiſſe præſignificatam, per ſerpentem qui latrare, ac canem qui loqui, ſunt auditi.

Reſpublica Romana ſecundo mutata, propter libidines. Liuius Decadis 1. lib. 3. Dionyſius Halicarn. lib. 10. Flo. lib. 1. cap. 24.

Poſtea propter Appij Claudij decemuiri ſcelus, qui Virginij ciuis Romani filiam,ad turpes ſuas libidines explendas dolo malo ſibi rapere voluit, reſpublica iterum eſt mutata : depoſitis decemuiris, & creatis nouis magiſtratibus, à militibus,ad quos Virginius cōfugerat : interempta prius filia iniudicio,cum videret alio ſe pacto eius pudicitiam tueri non poſſe. Appius autem captus, & in carcerem coniectus, ſibi ipſi manus iniecit.

Polluere ſe fœdis libidinibus, cōmune fuit malum multorum alias magnorum virorum.

Ac ſuppeditāt multa exempla alia hiſtoriæ Græcorum & Romanorum, quorum plerique magni quamuis viri, tamen à fœdiſſimis libidinibus non abſtinebant : ita vt ex veteri hiſtoria ex multis manifeſtum

nifeſtum fiat, quòd id quaſi commune fuerit malũ (quod tamen eo loco ipſis non habebatur) plerorumq; veterum principum, regum, monarcharum, philoſophorum, rhetorum, poëtarum, ac aliorum, opinione virtutis, fortitudinis, prudentiæ ac gloriæ apud ſuos illuſtrium. veluti de Themiſtocle, viro prudentia atq; fortitudine præſtantiſſimo, ac cuius conſilio ac prudentia multa præclariſſimè Græci contra Xerxen & alios hoſtes ſæpiſſimè egerant, Idomeneus Græcus ſcriptor, ſcriptum reliquit, quòd cum meretricum currum iunxiſſet, foro pleno per ciuitatem hoc pacto ire non erubuerit: ipſe vir aliàs præſtantiſſimus, & in cuius exemplum cæteri, tanquam virtutum omnium exemplar abſolutiſſimum, intueri aſſiduè fuerant ſoliti. Ita magnis viris ab initio ſemper quaſi proprium ac hæreditarium extitit, vt & ſapienter aliquandiu multa agerent, ac tandem etiam turpiſſimis vitijs priorem ſuam gloriam commacularent: quemadmodum de vtroque ſapienter à Platone dictum eſt, μεγάλας κακίας, ὥσπερ καὶ ἀρετάς, αἱ μεγάλαι φύσεις ἐκφέρουσι.

Themiſtoclis laudes vide apud Plutarchum in Themiſtocle.

Athenæus lib. 11. & lib. 13.

Magni viri veterumq; faciunt, magnas virtutes & magna vitia.

Taceamus interim polygamias ipſorum: quemadmodum de Perſicis regibus ſcriptum legimus, quòd trecentas pleriq; vxores habuerint. [a] Luxum quoq;, quem circa cultum ac ornatũ harum exercuerunt, ita vt certas etiam terras & regiones eis attribuerint, ex [b] quarum reditibus mundum muliebrem ſibi compararent, prætereamus: apud quos [c] præmia etiam propoſita erant ampliſſima, nouæ alicuius voluptatis primis monſtratoribus: homines præterea dimittebantur, qui peragrato vniuerſo terrarum orbe, omnibus præterea emenſis aquis, fluminibus ac maribus, magno cum ſtudio obſeruare ac annotare iubebantur, quicquid vbique locorum nouarũ ac prius incognitarum voluptatũ quicquid deliciarum denique, ac ad luxum gulamq;

Polygamia veterum.

a Athenæus lib. 13. vbi quoq; multa alia aliorũ polygamias exẽpla reperiuntur.

b Meminit de his Plato in Alcibiade primo, vbi loquitur de Zona & Calyptra terris attributis Perſicis reginis, ad mundum muliebrem comparandum.

c Præmia propoſita nouarum voluptatum repertoribus, quẽadmodum alibi rerum vtilium ac bonarum monſtratoribus. Ariſtot. li. 2. cap. 6. de Republica.

& ventrem pertinens deprehendissent, quemadmodum de Archestrato proditum legimus. [a] Nec etiam commemoremus, quàm leues ipsi fuerint in mutandis subinde coniugijs, dimittendis vxoribus prioribus, facto cum ipsis [b] diuortio, eoq; non semel in vita, sed sæpius etiam ac pluribus vicibus repetito, leuibus semper, aut nullis etiam caussis moti: seu quòd id ita sibi, ac præsenti tempori ac amicis, cum quibus firmiorem amicitiam fieri volebant, commodũ esse videretur: seu etiã, quòd amico suam coniugem à se petenti, morem gerendum esse putarent (quemadmodum apud Plutarchũ plura de ea re leguntur exempla) coniuges permutantes, dimittentes ac recipientes, mangorum more, qui equos nunc hosce vendunt, nunc iterum alios alibi emunt: seu etiam monachorũ ac canonicorũ instar, quib. id familiare ac solenne propemodum fuisse audiuimus & olim, & nunc quoq;, vt concubinas alius ab alio mutuò acceptas peteret, seu etiã perpetuò retineret, redemptas ab alio, non eodem semper precio, caligis etiã (vt notæ sunt historiæ) & pannis quibusdã obsoletis, calceis præterea detritis. nam & id nobis narratum meminimus: ita vilis etiam harũ est merces, propterea quòd id genus castæ ac pudicæ famulæ, vt ipsas nominant, turpi ministerio honestum nomen prætexentes, in nõ paruo apud hosce numero reperiantur.

a Apud Athenæum lib. 7. meminit præterea eiusdem in alijs etiam libris sæpius.

b Veterum leuitas in dimittendis & permutandis vxoribus.

Sic Pericles Atheniensis, quamuis aliàs vir esset sapientissimus, simul & eloquentissimus, hac verò in re minimè prouidus & prudens, priorem vxorẽ tradit alteri: ac ducit postea Aspasiam meretricem quæ vna fax fuit belli Peloponnesiaci, in quo vniuersa propè Græcia proprijs armis ac mutuis cædibus est obtrita: quemadmodum id bellum à Thucydide Atheniensi eloquentissimo libris octo luculenter est descriptum.

Plutarch. in Pericle.

Athen. lib. 13. & Plutarch. in Pericle.

Sic et-

Sic etiam Cato Vticensis, cum haberet coniugem honestam & pudicam, Martiam Philippi filiã, tametsi grauidã: tamen concedit eam amico Hortensio, cum eam à se peteret: quòd turpe putaret, amico denegare quicquam. Eam verò postea reduxit, mortuo Hortensio.

Plutarchus in Catone Vticense.

Augusto etiã imperatori petenti, à Druso marito conceditur Liuia vxor, quamuis grauida: quæ cum tres menses ápud Augustum fuisset, Drusum peperit. Vnde iocus deinde ortus est, τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία· id est, Beatis etiam trimestres sunt liberi.

Sueton. in Augusto cap. 61. In Claudio itẽ cap. 1. vide item prouerb. Felicibus sunt & trimestres liberi.

Similia referuntur apud Plutarchum, de Sylla etiam: quem dij tandem escam pediculis obiecerunt. Pompeio prætereà, Iulio Cæsare, ac plurimis alijs: vt etiam hoc nomine calamitosissimè vitam ipsos finijsse, nemini debeat venire in dubium.

Sylla a pediculis voratur. Plutarchus in Sylla.

Maximè autem illustre est testimonium vltionis diuinæ (qua semper regulariter animaduertere solet, & quidem multo grauissimè, in horrenda illa turpitudinũ portenta) excidium vrbis Troianæ, in Phrygia nobilitatissimæ: quod sequutũ est raptum Paridis, quo Helenam in Græcia raptam, in Phrygiam adduxit, ipsam malorum tubã ac facem, qua vniuersa Phrygia in cineres est conuersa. Ita vt ipsa etiam Helena, quæ sæpius rapta, multoties etiam malorũ causa extiterat, euersa iam Troia, postquã in Græciam redijsset, ignominioso mortis genere perijsse memoretur. Cum namque post obitum Menelai mariti sui, à Nicostrato & Megapente Menelai liberis, domo patriáque expelleretur, ac in Rhodum insulam ad Polyxenam, Tlepolemi Rhodi insulæ domini vxorem, confugeret, cum qua veteris sibi ius amicitiæ intercedebat, ab eadem famularum suarum ministerio, furorem simulantium, cum in intima ædium parte sola Helena

Excidiũ Troianum illustre exemplum, quod Deus puniat libidines.

Helena sæpius rapta. Pausanias in Corinthiacis, Plutarch. in Theseo, Isocrat. in Helenæ Encomio, Lycophron in Cassandra.

Helena domo pellitur a Menelai liberis. Leonicus lib. 2. variæ historiæ cap. 31.

Helena ex arbore suspẽditur in Rhodo insula: Pausanias in Laconicis.

Homerus Iliad ι lauaret, sublimis raptata, de arbore quadã procera est suspensa: quòd putaret indignè viuere ipsam diutius, propter quam & maritus Tlepolemus à Sarpedone Lycio ad Troiam esset interemptus, & quæ tum Troianis tum Græcis ingentium calamitatum causa extitisset. Ita & hoc tam deformi supplicij genere Deus testatum facere voluit, quòd nec probet libidines, nuptias à se prohibitas, & quæcunq; alia peccata contra regulam facta: etiamsi differat aliquandiu pœnam. quod à poëta etiam vetere indicatum est hoc versu,

Euripid. in Ione.

τὰ τῶν θεῶν χρόνια εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ.

Tandem enim euentus ipse conuincit, verè ac sapienter scriptum fuisse ab Herodoto, id quod sæpe recitatur:

Herodot. li. 2.

" ὅτι τῶν μεγάλων ἀδικημάτων μεγάλαι εἰσὶ καὶ αἱ τιμωρίαι
" παρὰ τῶν θεῶν.

Coluthus poeta paridis raptũ descripsit.

Eum Paridis raptum Coluthus poëta Græco carmine descripsit: quem nos conuertimus ac exposuimus, & græcolatinũ adolescentibus dare voluimus.

Discent ex eo authore adolescentes, tum linguam græcam, tum alia etiam, quæ de multis rebus vtiliter ac sapienter eos monere in omni vita poterunt. Propter eos namque, quicquid operæ in eo authore vertendo, castigando ac exponendo consumpsimus, potissimum à nobis fuit institutum.

Eam nostram lucubrationem, Amplissimi viri, Consules atq; Senatores sapientissimi, Domini atque patroni nobis colendi, ad vos & vestram scholam mittimus, multis rationibus adducti: quas omnes hoc loco iam commemorare non duximus esse necesse, cum iampridem epistolæ modum superauerimus.

Id tantum nunc erat indicandum, quia hactenus longo tempore multis, humanitatis, hospitalitatis, libera-

liberalitatis, beneficentiæ, amoris atque honoris officijs in vestra vrbe suauissimè fruimur, quoquo pacto & quocunq; etiam argumento potius, vobis significandam ac declarandam fuisse animi nostri voluntatem, quàm silendum etiam porro non sine nota turpissimæ ingratitudinis diutius. Id namq; de vobis, sapientissimi Consules atq; Senatores, ac ciuibus vestris, possumus verè affirmare, quòd ab eo tempore quo primùm ad hasce oras appulimus, ac eum ante decennium in schola etiam vestra frequenter & laudabiliter constituta, partes quasdam operarum scholasticarum sustineremus, amicè ac humaniter nos semper habueritis: nec dum hodie etiam de nobis amanter ac honorificè sentire desinatis, sed eadem officia beneficentiæ, humanitatis, hospitalitatis, adhuc sæpe nobis exhibeatis. In primis verò de nobis luculenter bene mereri nunquã destitit, toto eo tempore quo in his terris egimus, ad hunc vsq; diem præsentem, vir optimus, Dominus ERASMVS FABER, pietate, humanitate, liberalitate, candore, ac bonis iuuandi promptitudine, virtute ac eloquentia præstabilis, Reipub. vestræ inclytæ decus ac lumen haud vulgare, Domini atque patroni loco nobis perpetuò obseruandus ac colendus. Eius, ac tandem familiæ ipsius honestissimæ beneficia, quæ plurima ac magna in nos existunt, næ scelerate admodum ac impiè ingrati fuerimus, nisi æterna memoria bonis omnibus prædicauerimus.

Quia verò etiam hac nuncupatione, prudentissimi viri, Domini atq; patroni colendi, vestræ scholæ, vestrisq; filijs (quorum pleriq; & antea nostra opera vsi sunt libenter, & adhuc eadem non illubenter, nec etiam, vt speramus, sine quodam studiorũ suorum fructu vtuntur) testatum facere voluimus, quòd eodem erga ipsos adhuc simus animo, quo

olim: hoc eſt, quòd ipſorum ſtudijs ſemper, vbicunque etiam terrarum ac locorum agamus, honeſtiſſimè conſultum cupiamus: Spero vos noſtrã voluntatem, vel eo etiam nomine probaturos, ac iſtud opuſculum noſtra opera conuerſum & expoſitum, exiguum munuſculum, animi tamen grati indicationem æqui boniq́ue facturos: ac quemadmodum hactenus, ita quoq; poſtea etiam, ijſdem amoris, beneuolentiæ atq; humanitatis officijs nos ſemper proſecuturos. Id vt faciatis, petimus à vobis Conſules atq; Senatores prudentiſſimi, officioſiſſimè. Valete viri optimi, ac Neandrum vobis commendatũ ſemper habetote. Anno 1559. 5. Martij.

V. Prudent.

deditißimus

Michaël Neander
Soravienſis.

ΚΟΛΟΥΘΟΥ ΒΙΟΣ.

Sum inquā Dardanides: Dardanus aūt ex Ioue
Vnde de cælo dij hospites hominum,
Sape seruiunt (hominibus)*, immortales quam*
uis existentes. (dificauit muros.
Horum quidem alter nostra patria (Troiæ) *a-*
Neptunus & Apollo: muros inquā non ruituros.
Verùm ego, ô regina (Helena) *sum dearū iudex,*
Etenim iudiciū faciens, quāuis tristantib. deabus,
Prætuli Veneris pulchritudinē & amabilē formā.
Ipsa verò illustrē compensationē meorū studiorum,
Sponsam amabilem mihi recepit daturam,
Quam Helenam nominant, sororem (videlicet)
Veneris:
Cuius causa sustinui etiam tot maria transire.
Hic nuptias celebrabimus: quia Venus (id) *iubet.*
Ne me † opprobrio afficias, nec etiam meum coniu
gium vituperes. (*tem* (id) *docebo?*
Non dicam (plura). *Quare enim prolixè te scien-*
Nouisti enim, quòd Menelaus (maritus tuus)
(de) *imbelli sit* (progenie.) (tu es):
Neq; tales sunt inter Argiuos mulieres (qualis
Etenim imbecillioribus prædita membris,
Virorum formam habent: (ideoq;) *spuria sunt*
mulieres. (*in terra faciem,*
(Sic) *dixit* (Paris). *Ipsa verò amabilem fixit*
Diu dubitans, & non respondebat (ipsa) *mulier.*
Tandē verò stupore perculsa, talē extulit vocem:
O hospes,

* ἐμφύλια omnia gentis insignia refero in omnibus Troianos à Ioue progenitos: id est, *Sein sie schelck, so bin ich auch nicht from.*

† καταιχυνῄσαις, aorist. a. Aeolic. opt. id est, ne me asperneris, vt indignum tuis nuptijs.

ἀτρεκέως ὦ [a] ξεῖνε τεῆς ποτὲ τείχεα πάτρης,
τὰ πρὶν ἐδωμήσαντο ποσειδάων καὶ ἀπόλλων.
ἤθελον ἀθανάτων [b] δεδάλματα [c] κεῖνα νοῆσαι,
καὶ νόμον [d] οἰοπόλοιο [e] λιγύπνοον ἀπόλλωνος.
ἔνθα [f] θεοδμήτοισι παρὰ προβολῆσι πυλάων,
πολλάκις εἰλιπόδεσσιν ἐφίστατο βουσὶν ἀπόλλων.
[g] ἄγρεο νῦν [h] σπάρτηθεν, ἐπὶ τροίην με κομίζων.
ἕψομαι ὡς κυθέρεια γάμον βασίλεια κελεύει.
οὐ [i] τρομαίω μενέλαον, ὅτ' ἐν τροίῃ με νοήσῃ.
τοίην συνθεσίην [k] καλλίσφυρος ἔννεπε νύμφη.
νὺξ δὲ πόνων [l] ἄμπαυμα μετ' ἠελίοιο κελεύθους
ὕπνον ἐλαφρίζουσα, μετήορον ὤπασεν [m] ἠὼς
ἐρχομένην. δοιὰς δὲ πύλας [n] ὤϊξεν ὀνείρων.
τὴν μὲν ἀληθείης [o] περάων ἀπελάμπετο κόσμῳ.
ἔνθεν ἀναθρώσκουσι θεῶν νημερτέες ὀμφαί.
τὴν δὲ δολοφροσύνης, κενεῶν θρέπτειραν ὀνείρων.
αὐτὰρ ὁ [p] ποντοπόρων ἑλένην ἐπὶ σέλματα νηῶν.
ἐκ θαλάμων [q] ἐκόμισσε φιλοξείνου μενελάου,
[r] κυδιόων [s] ὑπέροπλον ὑποσχεσίῃ κυθερείης,
φόρτον ἄγων ἔσπευδεν εἰς ἴλιον ἰωχμοῖο.
ἑρμιόνη δ' ἀνέμοισιν ἀπορρίψασα καλύπτρην.
ἱσταμένης πολύδακρυς ἀνέστενεν ἠριγενείης.
πολλάκι δ' ἀμφιπόλους θαλάμων ἔκτοσθε λαβοῦσα,
ὀξύτατον βοόωσα, τόσην ἀνενείκατο φωνήν·
παῖδες, πῆ με λιποῦσα [t] πολύστονος ᾤχετο μήτηρ,
ἡ χθιζὸν σὺν ἐμοὶ θαλάμων κληῖδας ἑλοῦσα,
[u] ἔδραθεν ὑπνώουσα, καὶ ἐς μίαν ἤλυθεν εὐνήν.
ἔννεπε δακρυχέουσα, συνωδύροντο δὲ παῖδες.

ἀχνύμε-

a ξεῖνε, pro ξένε.

b δεδάλματα, lege δαιδάλματα, verbi δαιδάλλομαι.

c κεῖνα, pro ἐκεῖνα, à principio ablato ε.

d οἰοπόλοιο, ab οἶος καὶ πολέω.

e λιγύπνοον, a λιγὺ καὶ πνέω.

f θεοδμήτοισι, a θεὸς καὶ δέμομαι.

g ἄγρεο καὶ ἄγρει hortandi aduerbia sunt.

h σπάρτηθεν, aduerbium de loco.

i τρομαίω, lege, τρομέω.

k καλλίσφυρος, pulchros talos habens, synecdochicôs: quæ laudationum epitheta ab Homero desumpta sunt, fonte ingeniorū, primoq; doctrinarū & antiquitatis omnis parente, ingenij cœlestis vate, sapientissimo pictore, rege poëtarum diuinissimo, architecto mirabili, multiscio illo, seu potius cunctarum rerum apprimè perito, politioris ac antiquioris literaturæ oceano inexhausto, quiq; omnibus eloquentiæ, doctrinarumque partibus initium & ortum dedit: vt cum Plutarcho, Athenæo, Plinio, Valerio, Apuleio & Quintiliano hoc loco sic loquar & sentiam, de scriptore quē admodum antiquissimo, ita quoque sapientissimo & diuinissimo quemadmodum Plato eum subinde nominare assolet. a καλὸν καὶ σφυρὸν, quod plantam talumque pedis significat. l ἄμπαυμα, pro ἀνάπαυμα, per syncopen. m ἠὸς, leg. ἠὼ, quemadmodū nos in accusatiuo reddidimus. n ὤϊξεν, verbi οἴγω, pro ᾦξεν: iota nō sub vocali, sed ad latus eius adscripto. o περάων, lege κεράων, Ionicè, pro κεράτων, a τὸ κέρας.

p ποντοπόρων, a πόντος καὶ πορεύω. q ἐκόμισσε, pro ἐκόμισε. r κυδιόων, pro κυδιῶν, cum epenthesi ο, verbi κυδιάω. s ὑπέροπλον, ἀπὸ τῶν ὅπλων, qui valet potentia, viribus & armis: quòd talem plerunque comitetur superbia & iactantia. t πολύστονος, multum luctuum ac gemituū pariens hominibus, toties scilicet rapta, & cum quinque viris nupta, secundum Lycophronis πεντε[illegible]άτην, ἀλλὰ σοφωτάτην Cassandram. u ἔδραθεν, aorist. β. pro ἔδαρθεν, per metathesin, verbi δαρθέω.

O hospes, verè olim mœnia tuæ patriæ,
Quæ prius extruxerunt Neptunus & Apollo,
Illa (inquam) *egregia opera deorũ volui videre,*
Et pascua flagrantia solitarij Apollinis.
Vbi apud propugnacula munita portarũ (Troiæ)
Sæpe insequebatur boues * *volupedes Apollo.*

* εἰλιπόδεσσι, frequens boum epitheton Homero, pro εἰλίποσι, ab εἰλεῖν τοὺς πόδας.

Age (itaq;) *nunc, è Sparta ad Troiam me ferens,*
Sequar (te) *quemadmodum Venus nuptiarum domina præcipit.* *(intellexerit.*
Nec metuo Menelaum, quando in Troia me (esse)
Tale pactũ iniȷt (cum Paride) *formosa nympha,*
Cæterùm nox laborum requies, post solis vias
Somnum attollens, auroram suspensam exhibuit (hominibus)
Orientem: duasq; somniorum portas aperuit,
Alteram quidem cornuũ (&) *veritatis ostendebat*
Vnde prosiliunt deorum veræ voces: *(mundo*
Alteram verò (eburneam) *deceptionis* (&) *altricem vanorum somniorum.*
Porrò ipse (Paris) *Helenam in transtris nauium pontigradarum*
Abduxit, ex thalamis hospitalibus Menelai,
Superbiens excellenter pollicitatione Veneris:
(Et) *festinabat ducens ad Ilium* (Helenam) *sarcinam belli.*
Hermione autem ventis (ferendam) *abȷciens calyptram,*
Ingemuit lachrymarum plena, appetente aurora,
Sæpe itaq; famulas extra thalamos accipiens,
Acerrimè vociferans, talem extulit vocem:
Famulæ, quò abiȷt mater luctifica, me relinquens?
Quæ heri vnà mecum claues thalami capiens
Dormitum abiȷt, somnum capiens, & in vnum ascendit lectum.
(Sic) *dixit illachrymans: collachrymabantur autem famulæ*

M *Collecta*

ἀχνύμεναι δ' ἑκάτερθεν ἐπὶ προθύροισιν ἐρυχθεὶς
ἑρμιόνην στενάχουσαν ἐπεσσεύοντο γυναῖκες·
τέκνον, ὀδυρομένη γόον [a] ἄνασον· ᾤχετο μήτηρ.
νοστήσει παλίνορσος, ἐπεὶ κλαύσαν [b] νοήσει.
οὐχ [c] ὁράας· γοεραὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαί,
πυκνὰ δὲ μυρομένης θαλεραὶ μινύθουσιν ὀπωπαί.
ἢ τάχα [d] νυμφάων ἐς ὁμήγυριν ἀχνυμενάων
ἤλυθεν. ἰθείης δὲ παραπλάζουσα κελεύθου
ἵσταται [e] ἀχαλέουσα. καὶ ἐς λειμῶνα [f] μολοῦσα
[g] ὡράων, [h] δροσόεντος ὑπὲρ πεδίοιο θαάσσει.
ἢ χρόα πατρῴοιο [i] λεσσαμένη ποταμοῖο,
ᾤχετο, καὶ [k] δήθυνεν [l] ὑπὲρ Εὐρώταο παρ' ὄχθαις.
τοῖα δὲ δακρύσασα πολύστονος ἔννεπε κούρη.
οἶδεν ὄρος, ποταμῶν ἐδάη ῥόον, οἶδε κελεύθους,
ἐς ῥόδον, ἐς λειμῶνα, τί με φθέγξασθε γυναῖκες;
ἀστέρες ὑπνώουσι, καὶ ἐν σκοπέλοισιν ἰαύει.
ἀστέρες [m] αὐτέλλουσι, καὶ οὐ παλίνορσος ἱκάνει.
μῆτερ ἐμή, τίνα χῶρον ἔχεις; τίνα δ' [n] οὔρεα ναίεις;
πλαζομένην θῆρές σε [o] κατέκλανον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
θῆρες ἀριζήλοιο Διὸς τρομέουσι γενέθλην.
[p] ἤριπες ἐξ ὀρέων χθαμαλῆς ἐπὶ [q] νῶτα [r] κονίης,
σὸν δέμας οἰοπόλοισιν ἐνὶ δρυμοῖσι λιποῦσα.
ἀλλὰ πολυπρέμνων ξυλόχων ὑποδάσκιον ὕλην
δένδρεα [s] παπτήνασα, καὶ αὐτ' ἄχρι πετήλων,
σὸν δέμας οὐκ ἐνόησα, καὶ οὐ νεμεσίζομεν ὕλην.
μηδ' ἱερῶν γονόεντος ἐπ' Εὐρώταο ῥεέθρων,
νηχομένην ἐκάλυψεν ὑποβρυχίην σε γαλήνη;
ἀλλὰ καὶ ἐν ποταμοῖσι, καὶ ἐν [t] πελάγεσσι θαλάσσης,
νηϊάδες ζώουσι, καὶ οὐ κτείνουσι γυναῖκας.
ὣς ἡ μὲν [u] στενάχεσκεν, ἀνακλίνασα δὲ δειρὴν,
[x] ὕπνωσ'. ἐπεὶ θανάτοιο συνέμπορος. εἰ γὰρ [y] ἐτύ-
χθη

ἄμφω,

a ἄνασον, aorist. α. imperat. verbi ἀνάζω.
b νοήσει, lege οἴσει, ab οἴω.
c ὁράας, pro ὁρᾷς, cum epenthesi alterius α.
d νυμφάων, pro νυμφῶν ἀχνυμενάων, Aeolicè.
e ἀχαλέουσα, pro ἀχαλῶσα, cum epenthesi ε, verbi ἀχαλάω.
f μολοῦσα, verbi μολέω.
g ὡράων, pro ὡρῶν: id est, in prato amœno, viridi, quod horæ, hoc est, tempus omnia producens, cuncta quoque grata, virescentia florentiaq́; efficiat.
h δροσόεντος, lege δροσόεντος.
i λεσσαμένη, pro λεσαμένη, geminato σ.
k δήθυνεν, pro ἐδήθυνεν, pro præsenti δηθύνω vsurpato.
l ὑπέρ, expungatur ὑπέρ, & legatur deinde pro Εὐρώταο, ἐυρώταο, soluta diphthongo, & constabit ita versus.
m αὐτέλλουσι, pro ἀνατέλλουσι, per syncopen.
n οὔρεα, pro ὄρεα.
o κατέκλανον, aorist. β. verbi κλάω.
p ἤριπες, ab ἐρείπω.
q νῶτα, dorsa.
r κονίης. pulueris.
s παπτήνασα. aoristus α. verbi παπταίνω.
t πελάγεσσι, pro πελάγεσι, à τὸ πέλαγος.
u στενάχεσκεν, pro ἐστέναχε, poëticè, verbi στενάχω: de qua dialecto regulæ in grammaticis præceptionibus traduntur, quemadmodum etiam de alijs. vnde & huc accommodandæ sunt. x ὕπνωσ', lege ὕπνασ', verbi ὑπνάζω. y ἐτύχθη, verbi τύχομαι.

Collectæ; vtrinq; in vestibulis. (&) *consolari*
Famulæ (ipsæ) *studuerunt Hermionē gementē:*
Filia lugens luctum sopito: abijt mater, (rit.
(Et) *redibit reuersa postquā plorantē te intellexe-*
An non vides, quòd flaccidæ subsidunt genæ?
Frequenter enim lugentis marcescit facies.
Aut fortè ad chorum virginum congregatarum,
Profecta est, vera aberrans via,
Statq; (alicubi) *tristis, & in pratum abiens*
Horarum, moratur (alicubi) *in campo roscido:*
Aut corpus lauans indigete flumine
Abijt, et cunctatur apud ripas Eurotæ.
Talia verò lachrymans valde dolens reddit pu-
ella (Hermione) (*nouit itinera*
Nouit (vtiq;) *montem, nouit etiā fluminū fluxū,*
In rosetū, in pratū. qd (ad) *me loquimini* (talia)
famulæ? (*dormit* (mater mea).
Astra (nūc) *occidunt. et tamē* (adhuc) *in scopulis*
Astra oriuntur (iterū,) *& nondū reuersa adest.*
O mater mea, quem locū tenes? quem verò montē
incolis? (*etiā ipsæ*
Aberrantem te feræ (forte) *occiderunt. Verùm*
Feræ Iouis illustris metuunt genus. (*terræ,*
Decidisti (fortè) *ex montibus, in planiciē planæ*
Corpus tuum linquens in desertis syluis.
Cæterùm frondosorum nemorū vmbrosam syluā
(Id est) *arbores lustraui, etiam vsq; ad ramos*
(penetrans) (*mus syluam,*
Tuū (tamen) *corpus non offendi. non itaq; culpa*
Neq; ad sacra fluenta fertilis Eurotæ (*quillitas:*
Occultauit te natantē (&) *submersā* (aquæ) *trā-*
Atq; etiam in fluuijs & profunditatibus maris
Naiades viuunt, nec interimunt mulieres.
Sic hæc quidem gemitus edebat: reclinans verò
ceruicem, (*enim sunt*
Obdormijt, quia mortis comes est (somnus). *si*

 Ambo,

EXPOSITIO POEMATIS COLVTHI, DE HELENÆ RAPTV, EX OPTIMIS VTRIVSQVE LINGVÆ autoribus conscripta: in qua cuncta quæ expositionem desiderabant, plana sunt facta & exposita: Autores præterea & libri indicati, ex quib. singulorum explicatio prolixior petitur: à

Michaële Neandro Sorauiense.

N
Τρωϊάδες νύμφαι.) Alij poëtæ ab aliorum deorum dearumq; inuocatione ordiuntur. noster hic Nymphas inuocat, quòd maxime suo instituto idoneæ esse viderentur: quòd dicturus erat & de iudicio Paridis, facto in monte Ida, & nauigatione deinde per mare, qua Helenam sibi promissam à Venere, ex Græcia in Phrygiam adduxit Nymphæ namque deæ sunt, quas antiquitas præfecit syluis, montibus, fluminibus, stagnis, lacubus, &c. quemadmodum id patet in poëtarum lectione versanti.

Nymphæ quales deæ.

ξάνθοιο.) Xanthus fluuius prope Troiam. Eius crebra fit mentio apud Homerum & Virgilium, poëtarum principes.

ἰδαίησιν.) De Ida monte Phrygiæ notiora etiam sunt omnia, quàm vt hic pluribus exponi debeat, cum frequentissimè eius mentionem vsurpent Virgilius & Homerus, quorum hic subinde eum πολυπίδακα nominat: hoc est, multorum fontium, quòd aquis abundaret, plurimaq; flumina inde descenderent: multarum etiam ferarum parentem. In eo monte Paris tulit sententiam pro Venere. In eo monte moritur ac sepelitur, defletus à pastoribus, quemadmodum id à Calabro scribitur. In eo monte cõceptus est Aeneas, (à quo deinde orti Romani, nunquam boni: vtpote à patriæ proditoribus atque spurijs maioribus suis prognati) ex concubitu Anchisæ cum Venere: vt est apud Homerum, in hymno Veneris.

De Ida monte, ac quæ in eo acciderint.

δεῦτε.) Propositio est: sum scripturus, quomodo Paris sententiam tulerit tribus deabus, de formæ præstantia. id vt possim rectè facere, adiuuate quæso me. *Sentit namque* poëta, nihil posse homines sine deorum auxilio. Vnde & facta sunt quæ Plutarchus prodidit de Minoe, quòd Iouis fuerit discipulus: Aelianus etiam de Platone, quòd Ioue à cõsilijs habu-

Quibus rebus monuerint veteres. quod homines sine deorum auxilio in bonis rebus nihil possint.

habuerit. Ac quæ de Socratis dæmonio referuntur à Platone, Aristotele, Xenophonte, Plutarcho & Apuleio, etiam alibi pluribus diximus: quibus id indicatum voluit veneranda antiquitas, quod his versibus valde pijs Homerus ingeniorum fons & antiquitatis parens monuit,

ζώει δ' ἀρητῷ ἀνδρεσσιν ὀφέλλει, μινύθει τε,
ὅππως κεν ἐθέλῃσιν, ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων. Iliad. ς.

ἄλλος ἔργα.) Ipse vt pastor, ac inter pastores educatus, cum exponeretur infans adhuc, & qui armenta secutus fuerat in eum vsq; diem. Mater namq; Hecuba eo grauida, facem per quietem edidisse visa est, cuius ignibus conflagrare Ida, deorum delubra, omnisq; demum ad cineres collabi Troia videretur, intactis inuiolatisque Antenoris atq; Anchisæ domibus. Quæ visio cum ad perniciem publicam spectare videretur, aruspices puerum necari præceperunt: quem mater in Ida pastoribus educandum tradidit, autore Dicty Cretense in fine lib. 3. Meminerunt eius somnij Homerus, Euripides, Cicero, Virgilius, ac multi scriptorum alij. Dion verò clàm eum ab ancilla educatum scribit. Lycophronis autem interpres ab vrsa lactatum in Ida scribit, ad mores fortè & raptus eius respiciens. Nominatus autem primò fuit Paris, postea etiam Alexander: quorum nominum alij alias causas indicát, ad matris nocturnam visionem respicientes.

Narratio de somnio Hecubæ ac expositione Paridis in monte Ida.

Paris a quib. educatus.

Paris postea etiam Alexander nominatus.

νείκεος.) contentionis inter tres deas, de formæ præstantia.

νύμφης.) Id est, quisnam ipsi dixit de Helena Argiua, quòd forma præcelleret omnes Græciæ mulieres, vt deinde ad rapiendam eam paratis nauibus in Græciam proficisceretur?

φαλάκρης.) Phalacra vnum fuit de quatuor Idæ promontorijs facto nomine *ἀπὸ τοῦ φαλὸν ἔχειν κάρα*, quòd eam partem Alexander nudam caluamq; effecisset, sectis inde lignis ad eas naues, quibus profectus est ad raptum Helenæ: quemadmodum id pluribus exponitur in commentarijs doctissimis, in sapientiss. Lycophronem.

ἀγαλλομένην.) parta victoria exultantem, seu lætantem: nec dubitantem, quòd facilè velit persuadere iudici Paridi suis promissis, suis illecebris, ad quas natura proni sumus omnes, vt sibi pomum tribuat, victoriæ ac pulchritudinis eximiæ, qua putaretur præstare deabus reliquis, indicium. *βασίλειαν χαρίτων* autem vocat Venerem, fortè à venustate ac splendore corporis, ab effabilitate, huiusmodique alijs, quæ Veneri ab autoribus tribuuntur: quapropter etiam eandem *χάριτα* nominant, quemadmodum est apud Plinium.

Charitum mater.

Cæterùm

Cæterùm χαρίτων, quæ humanitatis atq; mansuetudinis fuerunt symbola, Hesiodus in Theogonia matrem non Venerem, sed Nympham quandam constituit: tametsi sint, qui huic quoque sententiæ reclament.

ὡς ὁ μὲν.) Absoluta inuocatione Nympharum, in qua petijt, vt sibi scripturo de Paridis iudicio, de dearum contentione, de Helenæ raptu, adessent, quod ipsæ spectatrices plerorumq; coràm fuissent: incipit nunc narrare occasiones contentionis dearum, quâ inde iudicium Paridis ac Helenæ raptus secuta sunt.

Causa raptus Helenæ.

De nuptijs Pelei, quibus dij etiam, interfuerunt.

ὡς ὁ μὲν ὑψιλόφοισιν) De nuptijs Pelei, Aeaci illius celebratissimi filij, patris Achillis, cum Thetide dea marina, celebratis in Thessalia, in monte Pelio, in ædibus Chironis, viri præstantis, & plerorumq; heroum Græciæ præceptoris, quibus ipsi etiam dij interfuerunt, vbi ipsæ Musæ dulcissimo carmine eas nuptias celebrarunt & ornarunt: quemadmodum id etiá meminerunt Pindarus lib. 3. Pythiorum, Apollonius historiæ Argonauticæ lib. 4. Homerus item 24. Iliad. Calaber præterea lib. 3. in Paralipomenis, & aliquot libris alijs: quemadmodum Plato etiam, Xenophon & alij. Solebant autem veterum dij libenter inuitati in conuiuijs comparêre exempla sunt apud Pindarum, apud Homerum & Aristophanem, quò Xenophon etiam alicubi alludit: vbi quæsiti in cœlo, non sunt inuenti, quod abessent in conuiuio, seu apud Aethiopas, seu alibi. O' miseras gentes, quarum dij non domi sunt, cum auxilio opus est: & qui, postquam varijs scelerum se macularunt generibus, tandem & moriuntur, vt ipsis etiam dijs mors propter peccatum veniat, vitam alijs pollicentes, quam sibi ipsis præstare nequeunt. In Creta namq; sepulchrum Iouis visitur, cum hac inscriptione, ὁ ζεὺς τοῦ κρόνου: hoc est, In hoc sepulchro conditur Iupiter Saturni filius: referente id Lactâtio tametsi Callimachus in Hymnis iam olim id refellere sit conatus κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται nominans. Cæterùm Epithalamion sponso sponsæq; scripsit Hesiodus, ex quo hi duo versus in commentarijs Lycophronis referuntur:

Gentiũ dij libenter conuiuabantur: ac domi, in cœlo quæsiti, aut nũquam, aut rarius sunt inuenti.

Gentium dij moriãtur etiam.

Epithalamion scriptum sponso Peleo.

τρὶς μάκαρ αἰακίδη, καὶ τετράκις ὄλβιε πηλεῦ,

ὅστις δ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις. Apud Theognidem autem Musæ in nuptijs Cadmi Thebani hoc carmen subinde repetitum cecinerunt, ὅττι φίλον καλὸν ἐστί, τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί. id est, quòd quæ pulchra, formosa ac venusta sint, grata quoq; eadem existant: commendantes hac ratione sponso formam sponsæ suæ.

Quid cecinerint Musæ in nuptijs Cadmi Thebani.

ἁρμονίων

αἱμονιῆων) Id eſt,in monte Pelio, vbi habitauit Chiron centaurus in Theſſalia, quæ olim Hæmonia etiam fuit appellata, quæ & patria fuit Achillis & Iaſonis, & multorum aliorum præſtantium virorum, qui cum Argonautis duce Iaſone ſunt profecti in Scythiam, ad aureum vellus. quam hiſtoriam Apollonius Rhodius lib. 4. erudito & grauiſsimo carmine expoſuit.

Theſſalia patria fuit multorum præſtantiſsimorum heroum.

γανυμήδης.) Ganymedes filius fuit Trois, Troianorum regis, qui primus Troiam de ſuo nomine ſic nominauit. Eum propter inſignem pulchritudinem Iupiter in aquilam verſus rapuit, vt ſibi eſſet in cœlo à poculis: tametſi ad alios turpiores eum vſus habuerit, referente Plinio. Cæterùm de eo raptu plura vide apud Homerum, qui Iliad. υ de Ganymede his verbis meminit:

De Ganymede rapto a Ioue.

ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων,
τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
κάλλεος εἵνεκα οἷο ἵν' ἀθανάτοισι μετείη, &c. In hymno item Veneris eiuſdem: Lucianum in Dialogis cœleſtibus, Apollonium item Rhodium lib. 3. & Philoſtratum in Iconibus, vbi in cœlo cum Cupidine talis ludere fingitur (in tali namque cœlo non ſunt alia exercitia & ſtudia) Ouid. etiam lib. 10. Metamorph.

Ganymedes in cœlo cum Cupidine talis ludit.

ἀμφιτρίτης.) Thetis dea marina ſororem habet *ἀμφιτρίτην*, teſte Heſiodo in Theogonia, quo poeta naturam atque ingenium maris indicare voluit. pro ipſo namque toto mari ſæpiſsimè vſurpatur, ab *ἀμφιτρέειν* facto nomine, authore Heſychio, à timore & formidine, qua vndiq; circumdantur qui per mare nauigant. Tametſi ſint qui etiam *ἀπὸ τοῦ ἀμφιτρίβειν* nomen factum exiſtiment: hoc eſt, à circumterendo, quod mare terram vndique terat & circumdet. alij quoque alias cauſas eius nominis afferunt, quas quid opus eſt ſcrupuloſius rimari?

Mare cur ἀμφιτρίτη dicatur.

ζεύς.) Ioui namq;, defuncto patre Saturno, in diuiſione hæreditatis paternæ, cœlum: Neptuno terra, mareq;: Plutoni autem, ea quæ ſub terra, in ſortem ceſſerunt habenda.

μελισσήεντος ἑλικῶνος.) Helicon mons Bœotiæ, Phocidi vicinus, non procul à Parnaſo; eique æmulus & altitudine & circuitu, qui & ipſe Apollini ſacer eſt, & Muſis, autore Strabone lib. 9. vnde & Muſæ Heliconiades dictæ ſunt. In eo primi Otus & Ephialtes Muſis ſacra fecere, ac poſtea ſemper Muſis eum ſacrum eſſe voluere, extructo ibi templo: in quo ſacerdotem Muſarum fuiſſe olim Heſiodum, deſcriptis in eo,

De Helicone monte Bœotiæ.

Heſiodus ſacerdos Muſarũ in Helicone.

in tabulis plumbeis, suis poëmatis, quæ ἔργα καὶ ἡμέραι vocantur, Pausanias meminit in Bœotia sua. De Helicone autem libro iam nominato, Pausanias hæc quoq; scribit: Helicon inter Græciæ montes fertilissimus est, & arboribus plenus: & portulacæ arbusta fructum proferunt, vndiquaq; dulcissimũ. Aiunt præterea Heliconis accolæ, omnes in monte herbas & radices ne minima quidem ex parte nasci quæ necem hominibus inferant. nam & illarum pastu serpentibus venenum redditur imbecillius, &c. Ita vt nihil mirum sit, si abundet is mons apibus. Quamuis Nicandri interpretes, non μελισσήεντα ab apibus nominatum velint, sed ex causa alia.

Musæ quales deæ

μουσάων.) Musas alij aliter numerant, ac aliunde prognatas faciunt. Hesiodus in Theogonia nouem numerat, ac filias eas facit Iouis ac Mnemosynes, hoc est, memoriæ: ac musicæ omnisq; doctrinæ cum Apolline præsides:

ἐκ γὰρ μουσάων καὶ ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος
ἄνδρες ἀοιδοὶ ἔασιν ἐπὶ χθονὶ, καὶ κιθαρισταί. Ac,
ᾗσιν (scilicet Musis) ἀοιδὴ
μέμβλεται, ἐν στήθεσσιν ἀκηδέα θυμὸν ἐχούσαις. Eadem de Musis ab Homero quoq; ac Orpheo (poetarum facilè antiquissimo, quem faciunt ἀρχήν τε καὶ πατέρα ποιητῶν) scribuntur. Ac in Solonis quadam elegia is versus de Musis legitur,

μνημοσύνης καὶ ζηνὸς ὀλυμπίου ἀγλαὰ τέκνα.

Apollo quare medicinæ etiam præses sit.

ἀπόλλων.) Apollinem varijs rebus præfecit antiquitas. Musis, quòd autor esset carminis, & Musices: ideoque poëtis vt præcipuum numen colitur. vaticinijs etiam, & medicinæ: quòd ipse sol omnia generet, producatq; quibus in corporum curationibus solent vti medici. Hinc quoq; pater est Aesculapij, medici illius à tot tantisq; scriptoribus tantopere celebrati, Pindaro præcipuè & Homero: quemadmodum de eo pluribus egimus in Theognidis expositione.

Iupiter sororem propriam habuit vxorem.

ἥρη.) Iuno soror fuit Iouis, ex ijsdem parentibus suscepta: quam postea, inscijs parentibus, ipsam deceptam, sub aliena specie, cuculi videlicet, in qua abdebatur, sibi vxorem fecit.

εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους λήθοντε τοκῆας:

Iupiter propter amorem in fœminas, nihil non factus.

Iupiter a quibus educatus.

quemadmodmu de nuptijs istis incestis, fratris cũ sorore, scribit Homerus Iliad. ξ. Quid enim Iupiter propter mulieres ab initio nõ factus est, quarum amore æstuabat? vt non immeritò mortuus, in Creta deinde sepultus sit, ipse à leonibus porcisq;, aquilis & columbis educatus, vt scribit Athenæus: vt & sæuiret in capram, nutricem alteram: qua mactata, clypeum sibi

ſibi parauit ex pelle eius, pulchra ipſi perſoluens θρεπτήρια: ita vt porcum potius eius, quam nutricem eſſe oportuerit (quem admodum Macrobius ſcribit dicere ſolitum fuiſſe Auguſtum, de Herode infantes necante, nec proprio quoq; filiolo parcente) ac vt deinde porcorum more in omnis generis nefandis etiam libidinibus volutaretur. Verſus Nazianzeni de amoribus Iouis, propter quos fit omnia, iſti ſunt:

ταῦρος, κύκνος, χρυσὸς, ὄφις, πόσις, ἄρκτος, ἅπαντα
ὅσσα μὲν ὠκὺς ἄνωγεν ἔρως, κοῦρος τ' ἀλαπαδνός.

Gentium namq; deos idem ſcribit eſſe

ψεύστας, ἀνδροφόνους, σκολιοὺς, ἐπίηρον ὁμοιωτάς,
κέρταγας, ἀνδρογυνίους, μοιχοὺς, ἐπιβάτορας ἀνδρῶν.

Ac incæſtuoſum illum Iouem tot & tam altis veri Dei honeſtaſſe nominibus antiquitatem, quid aliud dixerim, quàm vix vnquam expiandam veſaniam, excordemq; tam Græcorum quàm Romanorum, Anticyris vel centum non explodendum, furorem? Salaciſsimus ipſe, tot ſpurios habuit, vt Pythagoram, ſi præſtò ſit, numerandi ſubterfugiat calculatio. Ipſe caſtrandus non vulgariter, ſed toties, quoties innocentes puellas & honeſtas aliorum coniuges polluiſſe deprehenſus fuiſſet, qui ne à ſorore quidem abſtinere potuit. O' longè lateq; miſerrimas gentes, quorum dij cœlum habent pollutum cædibus, rapinis, furtis, odijs, æmulationibus, concertationibus de primatu, adulterijs, alijsque libidinibus, quæ ne nominandæ quidem ſunt coram innocentibus auribus, ac animis pijs nunquam cogitandæ, & à quibus philoſophi etiam & omnes ſaniores ethnici vt omnes homines ſibi temperarent præceperunt. εἰ γὰρ θεοί τι δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί: Eurip. apud Iuſtinũ, in lib. de Monarchia. Cæterùm de Iouis adulterijs ac amoribus, vide Iliad. Homer. lib. ξ. vbi Iupiter ipſe eos prædicat ac cómemorat omnes, ſorori ac vxori Iunoni, quaſi re præclarè geſta (ſtultus namq; ridere ſolet, facinus cũ perpetrat.) Ouid. etiã in Metamorphoſi lib. 6. ac Iſocratẽ in Helenæ laudatione.

Iupiter ſalaciſsimus innumeros habuit ſpurios.

Gentes longe miſerrimæ, propter deos ſuos impuriſsimos.

ἁρμονίης.) Harmonia filia Veneris ex Marte ſuſcepta ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν, à copulando, quòd eſſet coniugiorum præſes.

κενταύρων.) Centauri populi fuêre Theſſaliæ, de quibus plurimi autores meminere, ἱππικῆς ipſi primi inuentores. Inter eos facile princeps extat Chiron, vir à multis celeberrimis ſcriptorib. multum celebratus, tum pietatis tum doctrinæ nomine. De eo refert Clemens Alexandrinus in 1. ςρωμάτων, ex Titanomachia innominati autoris, quòd πρῶτος οὗτος

εἰς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, δείξας

ὅρκον καὶ θυσίας ἱλαρὰς καὶ σχήματ' ὀλύμπου. Meminit eiusdẽ sæpè alibi, tum quoque in primo Pædagogi, vbi de heroum veterum præceptoribus loquitur. Et Homerus Iliad. μ. vbi scribens, quod Achillem in medicina instituerit subdit: ὃν χείρων ἐδίδαξε δικαιότατος κενταύρων. Fuit is Chiron præceptor plerorumque præstantium heroum in Græcia: Achillis, Herculis, Iasonis, Aesculapij, Dioscurorum, &c. quos omnes in pietate, honestate, Musica, Astronomia, medicina & venatione diligenter erudijt: vt deinde rectè instituti, rebus suis rectius & cautius præessent: quemadmodum id scribunt Apollonius Rhodius libro primo & quarto, Pindarus 3. Pythiorum, Xenophon in Hipparchico, ac Ouidius quinto Fastorum. Apud Pindarum autem quarto Pythiorum, Iason è schola Chironis domũ reuersus, vbi sub Chironis institutione vixerat annos viginti, suam institutionem his verbis prædicare auunculo Peliæ non veretur:

Chiron centaurus præceptor plerorumq; præstantium heroum in Græcia.

εἴκοσι δ' ἐκτελέσαις
ἐνιαυτοὺς, οὔτ' ἔργον
οὔτ' ἔπος ἐντράπελον
κείνοισιν εἰπὼν ἱκόμαν
οἴκαδ'. Id est:

Annis viginti commoratus in schola Chironis, neque factum neque dictum turpe loquutus sum, ac domum nunc profectus venio. De Chirone quoque est in heroicis senioris Philostrati.

Iason in quib. a Chirone institutus.

πειθώ.) Pitho persuadendi dea ab antiquis Græciæ scriptoribus celebratur: quidam Suadam & Suadelam, quidam & Lepôrem dixere. Fuit autem is etiam mos antiquus, vt cum Venere & πειθὼ & Charites affingerent: vt significarent, quale deberet esse connubium. Veteres namque huiusmodi scriptionibus picturis ac fabulis, quibus omnia inuoluit antiquitas, ad considerationem & explicationem rerum quæ proponebantur, exuscitare voluit: ὅτι τοιαῦτα χειραγωγεῖ τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὸ θαυμάζεσθαι καὶ ζητεῖν vt scripsit Maximus Tyrius, philosophus Platonicus non incelebris. Quare autem veteres sessitare dixerint in labris Periclis, eloquentissimi Atheniensium, Pitho quandam, & quam ob causam Cethegus ab Ennio Suadæ medulla vocatus sit, notum est ex Plutarchi Pericle, Quintiliano etiam: & exponit id pluribus in Miscellanea Politianus.

Quare veteres cum Venere, Pitho deã & Charites effinxerint. Curant quutas inuoluerit omnia fabulis.

In labris Periclis persuadendi quædã dea sessitabat.

ἔρωτος.) filij Veneris: cui ideo pharetra additur, referta sagittis,

Cupido quare pharetratus.

gittis, quod amore hominum mentes quasi saucientur, & feriantur, alijq; aliter eo afficiantur: quemadmodum id docent tum veterum narrationes, tum experientia. Vide quæ diximus de Cupidine in Idylium Theocriti, quod ἔρως δραπέτης, id est, Cupido fugitiuus inscribitur: in quo Venus ipsum, eiusq; naturam depingit. quemadmodum id facit Philostratus pluribus etiam, in Iconibus.

ἀθηνῶν.) Mineruam veteres deam fecerunt sapientiæ, artium & bellorum: quòd sine prudentia, sine consilio, etiam bella infeliciter administrentur. Quare rectè Euripides τὸ νικᾶν πᾶν constituit ἐν εὐβουλίᾳ. Ac Homerus, qui cum robore prudentiam coniungit,

De Mineruæ, qualis illa dea.

ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. Virginitatem illa fouet perpetuam: quòd seu studia & recta institutio modestiores ac temperantiores faciant homines, seu etiam quòd homines liberos exigant. vnde & Liberalia ea sunt qui dicta existiment: tametsi Plinius alia veriore opinione præsentem confutet. In eius templis hæc plerunque scripta legebantur: Ego sum quæ sunt, quæ erunt, & quæ fuerunt: velum meum reuelauit nemo: quem ego fructum peperi, sol est natus quemadmodum id repetit ex Proclo Platonico Marsilius Ficinus.

Quæ fuerint scripta in tēplis Mineruæ.

ἄρτεμις.) Diana, venatrix ipsa, filia fuit Latonæ, ac soror Apollinis, quod & ipsum non temerè sic finxit antiquitas: ac mediocriter in authorum lectione versatus, ipse causas & origines fabularum singularum facilè videbit. Nobis, cum Socrate apud Platonem, non tantum iam ocij est, vt possimus verè dicere, quid omnibus fabulis veteres voluerint: nec id patitur etiam præsens institutum, cum illa maioris sint operæ, ac tractationis luculentioris Sat itaq; erit, paucis tantum, vel literaliter etiam indicare ea, sine quibus poëta fortè obscurus discentibus videri posset.

οἷος δ' οὐ κινέων.) Id est, Mars deus belli, domi relictis armis, qualis accedere solebat Venerem in domo Vulcani, cum qua clàm consueuit, ipse quoq; affuit: sed vt amicus, vt conuiua. ad conuiuium namq; se proficisci, non ad pugnas, præliáue, vbi armis opus esset, sciebat.

ἡφαίστοιο) Vulcanus ignis deus est, faber fulminum Iouis, armorum ac clypeorum, quemadmodum sæpe est de ea re apud Homerum. Alludit autem hoc loco poëta vno verbo ad concubitum Martis cum Venere, vxore Vulcani, quam fabulam Aristoteles lib. 2. Politicorum videtur voluisse exponere his

Allegoria fabulæ, de concubitu Martis cū Venere, ex Aristotele.

verbis: Accidit omnibus fermè militaribus bellicosisq; gentibus, vt mulieribus sint obnoxij: nec Venerem cum Marte temerè coniungi sunt fabulati. quoniam omnes huiuscemodi homines proni sunt ad venerea, illisq; obnoxij. Ab his non abludunt admodum, quæ à Plutarcho de eâ re & materia referuntur, in libro de Audienda poëtica. Cæterùm ea fabula lepidißimè descripta reperitur apud Homerum Odysseæ libro 8. apud Calabrum 4. lib. item 4. Metamorphos. Ouidij, ac secundo de Arte amandi eiusdem, Virgilium præterea libro 4. Georg. Vide etiam prouerbium, Vulcanium vinculum.

Veterum stulticia & superstitio in fingendis dijs innumeris.

ἔριν.) Etiam contentionem deam facit: quemadmodum Famem, Inuidiam, Famam, & huiusmodi alia, alij poëtæ. Ac quibus somnijs veteres non decreuerunt diuinos honores? affectibus, ignotis etiam dijs? vt solet fieri, quando semel à vera via aberrare cœpimus. vt rectè à spiritu sancto dictum sit: Lucerna pedibus meis verbum tuum.

χείρων.) Apud quem celebrantur illæ nuptiæ, in monte Pelio, in Thessalia.

πηλεύς.) Ipse sponsus, cui nuptiale istud sacrum parabat Chiron, non inuitauerat Contentionem: quod ipsa tulit animo iniquißimo. Id est, voluerunt esse conuiuium hilare, non interruptum contentionibus.

οὐ γὰρ (quemadmodũ Homerus ait) δαιτὸς
ἐσθλῆς ἔσσεται ἦδος, ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ:

Odyss. 6. ἡσυχίαν γὰρ φιλεῖ συμπόσιον: Pind. 9. Nemeorum.

Apud veteres etiam viri capillis aureos funiculos intexebãt.

χρυσείοις.) aureis capillis. Alludit fortè ad veterum consuetudinem, vbi etiam viri capillis aureos funiculos intertexebant: quemadmodum est apud Homerum & Lucianum, Plinium etiam de Euphorbo. quem morem taxauit Phocylides etiam, vt effœminatiorem & molliorem: quemadmodum nos in eius poëmatis expositione id pluribus indicauimus. Seu etiam, vt χρυσείοις pro pulchris & formosis accipiatur: quemadmodum est apud Pindarum, referente Athenæo, χρύσεον πρόσωπον τᾶς δικαιοσύνας. pro pulchra, qua nec pulchrior est ὁ ἕσπερος, ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ: quemadmodum in Homeri versu, ab Aristotele ad iusticiam translato dicitur.

Bacchum quomodo pinxerit antiquitas.

ἀκερσεκόμας.) Bacchus, vini & hilaritatis deus, quòd ipse fortè primus Græcis serendi vites rationem ostenderit, vndecunq; etiam allatam. Eum antiquitas varijs effingebat modis, vini naturam indicatura. Intonsum: de quo, tanquam eius rei causa, hæc scribit Ouid. in Metamorphosi,

Tibi

— Tibi enim inconsumpta iuuenta.
Tu puer aeternus, tu formosissimus, &c. —

Nuda etiam eius simulachra fiebant: quo vinum arcana reuelare, monere volebant. Vitibus deinde, seu racemis coronabant: vt sciretur, cuius rei ipse deus seu monstrator fuisset.

ζεφύρῳ.) vento occidentali, quem Germani vocant Den Westwind. Quasi ζωηφόρος, Viuiferus. est enim ventus tepidus, quòd eo flante terra hyemali frigore constricta aperiatur, ac plantæ omnes germinare incipiant. id est: diffuderat Bacchus comas, hatte die har zu felde geschlagen. Veteres namq; comam alebant: hoc est, comam prolixiorem gestabant: nec id alicubi, vt decus non vulgare, passim omnibus permittebatur. Vide prouerb. Seruus cum sis, comam geris.

Apud veteres non licebat cuilibet comam alere.

ἡ δ' ἄτη.) Simili declarat, quàm indignè tulerit ἔρις θεὰ, quòd nec ipsa honore conuiuij fuerit digna habita. Dolet namq; id diabolo vehementer, cum videt se negligi: ideoq; nihil non tentat, vt cœlum terræ misceat, & pacem omnem impediat, ne impunè spernatur.

τιτῆνας.) Id est: hoc egit, vt iniuriam hanc vlta, cœlum terræ misceret, si id vllo modo efficere potuisset. quare Titanas Cœli Terræq; filios, quos Iupiter sibi bellum inferentes, quemadmodum prius patri Saturno, fulminibus ad ipsa vsq; Tartara depresserat, libenter resuscitasset, vt dijs omnibus qui in ædibus Chironis conuenerant, bellum inferens, hac ratione ipsa gaudium ipsorum interpellaret, ne solidum esset. De Titanibus autem plura vide in Theogonia Hesiodi. Meminit quoq; Calaber lib. 8. Paralipomenon. Timoclei comici Titanomachiam citat Athenæus, quemadmodum alterius etiam scriptoris Clemens in στρώμασι. Vide prouer. Titanicus aspectus.

De Titanibus.

ἡφαίστῳ.) Vulcanus deus ignis est, & faber deorum, vt suprà quoq; diximus. ab eo fortè admonita ἔρις, consilium de resuscitandis Titanibus abiecit.

σακέων.) Quia metuit ἔρις Martem, belli armorumq; præsidem: etiam id consilij repudiat, de perterrefaciendis dijs clypeorum collisione: arrepto commodiore ac placidiore, de abijciendo in conuiuium formoso pomo, ex hortis Hesperidum decerpto.

ἑσπερίδων.) Hesperides, Hesperi, fratris Atlantis regis Mauritaniæ, filiæ fuerunt: quibus horti fuerunt nemore aurifero preciosi ac commendabiles, à dracone custoditi: de qua re alij aliter sentiunt, Plinius cum Solino. Alij volunt, draconem

Expositio historica fabulæ de Hesperidib.

conem pastorem fuisse: nec poma, sed oues fuisse: quæ aureæ ideo appellatæ sunt, vel propter earum decorē, siue quòd ex pecoribus antiquis diuitiæ constabant: vnde etiam aurea vellera dicta sunt. Nec desunt, qui in Chemicam artem hæc vellera referant: vt Eustathius Homeri interpres, & Suidas, à quibus tamen dissentit Strabo. Vide etiam de Hesperitibus Diodorum Siculum lib. 5. prouerb. item apud Erasmum, Hesperidum mala. Pomum autem & pecus eadem voce Græcis significantur τοῦ μῆλον.

Fabula de aureo vellere quid significet.

κλίεας ἱεώτων.) Interpres Aristophanis, vbi exponit in Nebulis hæc verba, μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, id est, A' scorto malo percussus, adscribit, malum esse amoris symbolum, propterea quod Veneri sit sacrum, ac quod eo sæpè amor concilietur: quemadmodum Philostratus id quoq; scribit in Cupidinibus, ac fabula de Hippomene, qui Atalantam tandē pomo superauit ac expugnauit, apud Ouid. in Metamorphosi nota est. Et quæ apud Theocritum sæpè repetuntur,

Pomum Amoris symbolum.

βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ κλεάριστα, in Hodœporis.

Ac Maronis etiam illa in Bucolicis:

Malo me Galatea petit, lasciua puella. Et,

Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Et similia plura apud Ouid. etiam obseruabis. Ac malis munuscula olim constitisse, Horatius in Epistolis etiam indicauit hoc versu:

Frustis & pomis viduas venemur auaras.

ἱεμάωντα.) Mercurium sermonis deum finxerunt veteres. vnde & ἑρμῆς græcè dicitur, hoc est interpres: quòd sermo sit animi interpres. Vnde & φωνὴν vocem factam esse existimant, quasi φῶς βίου. Hinc quoq; mercibus præesse dictus est, ipse mercatorum deus, ac deorum nuncius, quòd per sermonem omnia mandata ac imperia enuncientur.

Mercurio quibus rebus præfecerit antiquitas.

βουκολέοντα.) Rectè facit Paridem, filium Priami, boues pascentem: quòd inter pastores, ipse expositus, educatus sit quemadmodum etiam Cyrus, rex Persarum, referente id Herodoto: Romulus quoque & Remus, vrbis Romæ primi conditores, vt testatur Plutarchus in Romulo. Seu etiam, quòd de antiquis illustrissimus quisque pastor fuerit: vt Varro prodidit. Plinius etiam de suis Romanis: quibus ille diues habebatur, qui plurimum agrorum tenebat: vt locuples nihil aliud fuerit veteribus, quàm loci plenus, eodem referente. Sic pastores fuerunt sancti patres, Dauid, Loth, Abraham, Iacob, cum filijs patriarchis. Homerus etiam veterum facultates, oues bouesq; fuisse sæpe meminit. Hinc etiam poëtæ alios

Paris, Cyrus, Romulus & Remus expositi.

De antiquis illustrissimus quisque pastor fuit.

Sancti patres pastores fuerūt.

Veterum facultates apud Homerum.

alios πολυάρνας, πολυμήλους, πολυβούτας τε nominant. Nec magnos etiam reges, de agricultura præcepta suis hominibus scribere piguit. Hinc etiam, quid aureum illud vellus fuerit, ad quod ex Thessalia flos Græciæ profectus est, facilè æstimari potuerit.

Magni etiam reges de agricultura scripserunt.
Aureum vellus quid.

ἀγλαΐαι με διακρίνουσι.) Id est, Paris pronunciabit de mea forma. vos ne deserite in hoc certamine me matrem, sed ornate eam vestra præsentia, vestra opera animum iudicis mouentes, vt non contra, sed pro me pronunciet.

χαρίτων τιθήνην) Gratiæ namq; deæ sunt humanitatis, amoris, fauoris ac beneuolentiæ. Quia verò eas secum habet Iuno vt filias, est certè (inquit Venus) quod metuere debeant. Cæterùm Gratias alij aliarum dearũ deorumq; filias faciunt, alij quoq; ex Venere Iouéq; progenitas scribunt: vt & posit esse ironia quædam, & illusio Veneris. Qui verò eas Iunonis filias fecerit, hactenus nondum me legisse memini.

De Gratijs, & earum parentib.

κεστόν.) ἀ κεντεῖν, pungendo seu punctuando putant factum nomen. Significat namq; cingulum pulcherrimum, ac picturatum, efficax ad illectamenta Gratiarum & amorum, quo Venus Martem sibi conciliare dicitur. Homerus eum cingulum lib. Iliad. 6. depingit his versibus:

De cesto, cingulo Veneris.

> ποικίλον, ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο,
> ἔνθ' ἐνὶ μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστὺς
> πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων.

Meminit etiam Theocritus in Adonidis Epitaphio,

> —— σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε.

Et Martialis,

Vssit amatorem balthens iste Iouem.

κέντρον) Id est: possum incitare, inflammare, sauciareque ita homines, vt quod cupio, quodq; volo, perficiant, grataq; mihi & dicant & faciant.

πολλάκις ὠδίνουσι.) Furentium, decumbentium, ac manus sibi præ amore afferentium exempla alibi retulimus.

Durius (namq;) *in terris nihil est, quod viuat, amante*: vt in versu Latini poetæ dicitur.

ἀναύρου.) Anaurus apud Theocritum Idyll. κ, vnde hanc particulam sumpsit Coluthus, Syriæ fluuius est. Apud Pindarum verò, & Apollonium, vtrobiq; in Argonautica historia, Thessaliæ fluuius. Qui verò in Troade Anaurum constituat, hactenus, quod memini, legi neminem.

δορῇ χιμαίρης.) Fuit verò vsitatum veteribus, vestiri pellibus ferarum, maximè verò leonum, vrsorum, luporum, tigridum, pardalium ac lyncum. quemadmodum de Hercule,

Veteribus vsitatum, vestiri pellibus, principibus potissimum. quemadmodum nunc quoque ijdem, magis quã pauperes, suffultis ac subducticijs vtuntur vestibus.

Aiace Telamonio, Pindarus prodidit, & Theocritus: quòd pellem leonis plerunq; induti fuerint. sicuti 8. Aeneidos id de Aenea, ac 9. de Niso. Virgilius etiam scripsit: ac de Cadmo, 3. Metamorphoseos Ouidius similiter retulit. Quinetiam certatoribus pellis leonina victoriæ præmium proponebatur. Aeneid. 5. Ac xeniorum loco pelles hospitibus, vt amoris amicitiæq; symbola, donabantur: quemadmodum Chiron pardi pelle donat Orphea, veluti ipse Orpheus in Argonauticis id Chironis munus prædicat. In pellibus etiam dormiebant ac decumbebant: quemadmodum id patet ex Apollonio, Homero, Virgilio, Quinto Curtio, qui res gestas Alexandri scripsit, & alijs. Vide prouerbium, Induit me leonis exuuium: item, Si leonina pellis non sat est, vulpina addenda. Ac citatur ab Athenæo Polemon, qui de diuina pelle commentariũ scripserit, quodcunque id etiam fuerit.

Pellium ferinarum apud veteres vsus multiplex, ac varius.

ἔχων σύριγγα.) Vel vt pastor: vel etiam, quia veterum heroum ac principum liberi in omni instituebantur ἐγκυκλοπαιδίᾳ (quemadmodum Pindarus à studijs suis sæpè prædicat principes) in Physicis, in Musica. cuius apud veteres fuit vsus prorsus multiplex: sine qua nec sacra etiam fiebant, quemadmodum id apud Athenæum & Plutarchũ sæpè reperitur. Verùm de Græcis illa scripta sunt hominibus, non de barbaris: quibus non video quare Paris adnumerari non debeat, tametsi sint, qui eum Græcis disciplinis institutum fuisse perhibeant, ita etiam vt in poëtica excelluerit.

Veterum heroum ac principum liberi in omni encyclopædia instituebantur.

Paris in poetica excelluit.

πανὶ.) Pan pastorum deus, in Arcadia maximè à pastoribus cultus, à quibus nec Apollo negligitur, propter Musicã, cuius sunt studiosi pleriq; pastores. De eo crebrius etiam meminit Virgilius in Bucolicis: ac nos plura diximus interpretati σύριγγα, Idyllium Theocriti.

Pan pastorum deus.

κηλήσι θέλγοντο.) deliniti suauitate carminis eius. quid enim non præstare potest Musica? Nec enim temerè conficta sunt, quæ de Orpheo, Amphione, Arione etiam ac Zeto poëtæ scripserunt.

ἠχώ.) Et hanc deam fecerunt, Panis pastorum præsidis amicam: quemadmodum id in Theocriti Syringe est expositum: quæ non oculis cernatur, sed auribus solummodo inarticulata sonans percipiatur ab ἠχεῖν, sonare. ἠχὼ namq; vocis est collisio, ac repercussio.

De Echo dea.

μήπω πολλὰ καμοῦσαν.) Id est, quia vixdũ canere inceperat, ita vt nondum canendo defatigatus esset: cecinisset diutius, nisi

nisi carmen, Mercurij atq; dearum interuentu, sibi fuisset interpollatum.

καὶ πλέγνυς) Id est, diligenter lustrauit singula, contemplatus ea à vertice vsque ad pedis plantam.

χειρῶν.) Videntur hinc esse facta idq; asseuerat etiam Athenæus ille multiscius lib. 13. quæ apud Xenophontem in *ἀπομνημονεύμασι* commemorantur, ex Prodici Sophistæ sapientis narratione de Hercule, ac colloquio duarum dearum Virtutis ac Voluptatis: cuius narrationis Cicero ac multi alij scriptores meminerunt, vt memoratu dignæ: quemadmodum nos in eius expositione pluribus ostendere sumus conati.

Prodici, seu Xenophontis Hercules vnde sit factus.

ἐπιβρίσειν.) id est, eris felix in gerendis bellis: erit tibi ea res non labor, sed volupeas: succedent tibi omnia pro animi arbitrio. quemadmodum id de monarchis quibusdam sic proditum legimus: de Cyro à Xenophonte & Herodoto: de Alexandro à Plutarcho, Arriano, & Curtio. Ac de Romanis dicitur, Romanus sedendo vincit. Et Timotheo Atheniensi, Cononis illius filio, felici ac insigni bellatore, dormienti rete impleri dixit antiquitas: vt autor est Suidas. Vide prouerb. Dormientis rete trahit: item, Atheniensium inconsulta temeritas.

Quibusdā monarchis ac ducibus dormientibus, rete impletur.

ἐνυώ.) Bellonam, seu Duellonam, sororem fecerunt Martis: alij etiam vxorem, autore Suida, facto nomine *κατ' εὐφημισμὸν*, quòd neutiquam *ἐνῆς & ἐπιεικὴς*, id est æqua & mitis sit.

Bellona dea.

ἔρνος.) germen, pomum, de quo nobis tribus deabus certamen est.

ἀσίης.) Asia, tertia ac melior pars orbis terrarum, ac amplior, in qua & Phrygia: siquidem plurimarum regionum ac terrarum est capacissima, quemadmodum id pluribus persequuntur Strabo ac Mela, cum Eustathio, Dionysij poëtæ de situ orbis terræ interprete.

τὸ γὰρ πόλλων βασιλῆι.) Hoc est: rex, si modò est rex, etiamsi non sit virtute aut eruditione præditus, magnanimitate & fortitudine: tamen nihilo secius à subditis, seu nolentibus seu volentibus, regios honores consequitur. Rectius Alphonsus, rex ille Arragonum laudatissimus, Pontani illius magni discipulus, cum relatum sibi fuisset, nobilium quendam suorum contendisse, non decere principem nouisse literas: respondit, vocem eam non hominis, sed bouis esse Nec sunt ad huiusmodi instigandi principes, cum suapte natura ad virtutis ac doctrinarum fastidium ac contemptum ferantur: quemadmodum Plutarchus scribit de Antæa Scytharum rege,

Alphonsi regis vox memoratu digna.

De Antæa Scytharū rege, hinnitum equi præferente dulcissimæ musicæ.

qui cum audiſſet ſuauiſsimè canere cithara Iſmeniam inſignē muſicum , cæteris omnibus admirantibus , & præ voluptate gaudentibus , ipſe iureiurando etiam affirmauit , ſuauius interdum equum ſe hinnientem audiſſe : vſque adeò aures habebat à Muſis abhorrentes. in libro 2. de fortuna Alexandri. Vide prouerbium , Principi obtemperandum in omnibus. Id enim hoc loco videtur inculcare Iuno. Cæterùm qualem conueniat principem eſſe , luculenter id docet Xenophon in Cyropœdia , Plutarchus etiam in commentario ad principem indoctum : ac etiam in altero , Quòd maximè oporteat philoſophum cum principibus agere. ac ſunt apud Platonem plurima , quæ hoc loco recitari poterant.

ἀριστεύουσιν.) optimè , præclarè , feliciter habent , florent , præſtant potentia , opibus , &c.

ἀκύμοροι θνήσκουσιν.) freti ſuis viribus , ſua potentia & robore. Multis namq; eximium robur ac confidentia attulit exitiū: vtriq; Aiaci apud Homerum & Sophoclem , Capaneo apud Euripidem , Miloni Crotoniatæ apud Gellium , ac quamplurimis alijs : quorum exempla plura quid attinet cōmemorare?

Multis præclara dona exitio fuerunt.

κόλπον ἀνηώρησε.) Id eſt , nudauit ac ſpectanda exhibuit, quę natura vult abdi ac tegi accuratiſsimè : & quod morituras etiam ſic obſeruaſſe attentiſsimè legimus , vt in morte etiā honeſtè ſe gererent , aliquoties apud Euripidem in Hecuba , Iphigenia , Heraclidis : ac apud hiſtoricos , de Iulio Cæſare , ac Olympiade Alexandri matre. Id autē ideo ſic inſtituit Venus , vt amore inflammatum , quò vellet inclinaret Paridem.

De in morte etiam ſe honeſte gerentibus.

σκῆπτρα.) id eſt , audi quale meum ſit ſceptrum , qualeue regnum teneam , & quod tibi imperium promittam.

ἀτίδα γαῖαν.) oblatam , ac promiſſam tibi à Iunone.

ἀγλαΐη.) iuxta Muſæi etiam veteris poëtæ verſiculum,

καὶ γὰρ ἐπ' ἀγλαΐῃ ζηλήμονές εἰσι γυναῖκες.

τὶ γὰρ σακέων.) Quare apud Homerū rectè præcipitur Andromachę ac Penelopę , vt ſuas res curent , his quidē verbis :

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε. Iliad. ζ , θ & φ.

Apud eundem id quoq; hemiſtichium ſæpe repetitum legitur, —— πόλεμος ἄνδρεσσι μελήσει. Vide prouerbium , Bellum Cononi curæ erit. Ac reperitur verſus apud Athenæum lib. 14. ex Thelèclidæ comici ſocijs relatus , qui omnino hoc loco commemorandus erat : ὡς οὖσα θῆλυς εἰκότως οὔθαρ φέρω. Id eſt, Fœmina cum ſim, fero decenter vbera.

λακεδαίμων.) Id eſt , ex Lacedæmone duces tibi ſponſam Helenam , quam raptam videndam deinde tu ſponſus exhibebis:

bebis tuis Troianis. Lacedæmon autem vrbs est Laconiæ in Græcia, Sparta etiam vocata, regia Menelai, mariti Helenæ. De ea pluribus agit Pomponius Mela libro 2. cap. 3. Habuit ea vrbs olim inhabitatores bello egregios, qui iuuentutem laboribus & nando, currendo, esuriendo, algendo, æstiuando, furari etiam docendo, erudiebant: vt autor est Plutarchus in Lycurgo, & post eum Vegetius libro 3.

Lacedæmones seu Spartam in quibus rebus instituerint suam iuuentutem.

καλὸν πολέμοιο γενέθλην.) Huius Paridis iudicij multi autores meminere (tametsi id ab Homero sit neglectum, quod Macrobius etiam obseruauit in Saturnalibus suis) Euripides, Lycophron, Virgilius, Ouidius, in Epistolis præcipuè aliquot: Apuleius in Asino suo, vbi etiam publicè in comœdiæ seu ludi forma exhibetur in theatro. Ac sunt qui de eo aliter sentiunt: vtpote somniasse Paridem, quòd dearum iudex à Ioue constitueretur: & profectionem in Græciam non propterea, sed alijs de causis susceptam. Si vis, vide quæ dicuntur in principio historiæ Troianæ, quam Dares Phrygius conscripsit: quæ item scribit Plutarchus in vita Homeri. Dictys verò Cretensis, qui & ipse id bellum 6. libris historico more descripsit, iudicij nullius, quod ego sciam, sed raptus meminit. Dion quoq; Chrysostomus oratione 20. quæ de Secessu inscribitur, philosophicè (vt solet) exponit pluribus etiam, quid de eo iudicio sit existimandum. Lycophron autem in Cassandra, & huius doctissimus interpres, *ἱστορικώτερον* omnia cómemorant, mox in initio. Ac Thucydides & Herodotus, vterque insignes historici, mox in initio vterque primi libri, eius raptus ac belli Troiani meminerunt: verùm ita, vt appareat prorsus eos alias causas & profectionis Paridis in Græciam, & belli deinde quod inter Græcos atque Barbaros gestum est, facere. Alij ex veterum narrationibus referunt, vetustissimum hymnum Parin Priami filium parentum iussu, tametsi barbarorum, Græcis disciplinis institutum scripsisse, quem Ceston veteres vocauere: in quo Veneris laudes complexus erat, eamque Palladi ac Iunoni prætulit: ex quo quidem hymno aiunt poëtis causam præstitam, quæ de fingendi Paridis iudicio ac cesto traduntur. Vide etiam quomodo id interpretetur Fulgentius lib. 2. Mythologiarum. Cæterùm apud Lucianum adeò id iudicium describitur in omnibus cum hac nostri poëtæ narratione congruens, in Dialogo qui *θεῶν κρίσις* inscribitur, vt nihil debeat esse verisimilius, quàm hinc omnem eam narrationem desumptam, cum Luciano longè fuerit posterior. Vide prouerb. Ilias malorum.

Iudicij Paridis qui autores meminerint.

Opiniones variorum variæ de Paridis iudicio.

Paris hymnum scripsit in laudē Veneris, qui occasionem præbuit fabulæ de iudicio Paridis.

Iudicium Paridis a Luciano etiam descriptū.

Vide etiam quæ de hac quæstione non protrita ex Græcorũ thesauris scribit Rhodiginus, lib. 19. Antiquarum lectionum, capite 19.

ἀγλαΐῃ ἐφίλησα.) Sententia, quòd fructus ex ijs rebus percipiamus, quibus studemus. Vide prouerb. Vt sementem feceris, ita & metes. Et in versu Oraculi dicitur.

οἷά τ' αἰνῆς ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει.

φασὶ) aiunt. qui verò id aiant, quòd Iuno Gratiarum mater sit, hactenus nec audiuisse nec legisse nos memini. Fabij consilium itaq; sequuti, non turpe putabimus, si quædam ignorauerit Grammaticus: cum bonus etiam Horatio quandoque dormitet Homerus. Ac

—— Pictoribus atq; poëtis

Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas: eodẽ id scribente.

λοχεύει.) Id est, etiamsi tractet fabrilia, ipse deus ac moderator ignis, qui subigit omnia, ipse cum Marte tuus filius. vnde & clypeorum dominam eam vocat, filium habentem Martem.

Mineruæ natiuitas a quibus autoribus exposita.

ἣν γάμος οὐκ ἔσπειρε.) Alludit obiter ad Mineruæ natiuitatem, quæ ex capite Iouis est edita: quam fabulam scitè admodum interpretatur lib Etymologiarum 10. Isidorus Hispalensis: omnium verò copiosissimè eam fabulam exposuit Chrysippus, Stoicorum scriptor acerrimus, apud Galenum libro 3. de Hippocratis ac Platonis dogmatis: vbi à Galeno non vt medico, sed philosopho etiam acutissimo, acerrimè obiurgatur, quòd tantum temporis exponendis fabulis semper tribuat, quæ res & infinita sit, nec semper cum vtilitate aliqua insigni coniuncta.

Minerua quomodo nata e capite Iouis.

σιδηρείῃ τε τομῇ.) Vulcanus namq; à Ioue accersitus, cum è capite parere vellet Mineruam, securi caput eius aperuit: vnde ipsa iam nubilis, armata & hastata etiam prosilijt, & speciosa: quemadmodum eam fabulam prolixè tractat Pindarus Olymp. 7. Lucianus etiam in Dialogis cœlestibus. Meminit quoq; eius Homerus in hymno Apollinis.

ἀμνονίης ἀδίδακτος.) Virginitatem enim vouit perpetuam: quemadmodum id à Ioue refertur apud Lucianum.

ὁμοφροσύνης ἀδαήμων.) Quòd bella sectetur, quæ ex discordijs oriuntur: seu quòd bella, discordias ac tumultus generent, vt dicitur, ἀλάλα πολέμων θυγάτηρ: quemadmodum id refert ex Pindaro Plutarchus, in lib. de Fraternitate.

αἰάλκιδες.) Vult indicare, quòd mulierum nõ sit res tractare bellicas. πόλεμος ἄνδρεσσι μελήσει: quemadmodum suprà ex Homero

Homero retulimus. Tametsi multæ sunt gentes (quemadmodum scribit Strabo, Apollonius, & alij) vbi mulieres virorum sortiuntur opera. Ac quæ de Amazonibus prodiderunt historici, Calaber etiam, Dictys Cretensis, Lycophron & Virgilius, notiora sunt.

Alicubi mulieres virorum sortiuntur opera.

κεκρυμμένων.) Id est, expansis membris mulierum, armis tectarum, nemo facilè dicet quale corpus ibi tegatur, viri ne an fœminæ. Apud Homerũ Andromacha iubetur curare domum, imperare famulis, ac colum tractare, his quidẽ verbis:

ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐποίχεσθαι: πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει. Iliad. ζ.

ἣν οὐκ εἶδε διώκων.) Contra id quod dicitur, Ignoti nulla cupido. Ac Iuuenalis prodigij loco refert, de cæco amante,

Qui nunquam visæ ardebat amore puellæ. Tametsi apud Athenæum multa memorentur exempla, eorum qui nunquã visas amarunt, seu ex alia causa, seu somnio quodam: quemadmodum scribit de puella & adolescente, vtrisq; de regia stirpe prognatis, quòd se vicissim amabãt ac cupiebant ob phantasiam quandam per somnum inceptam: lib. 13. Dipnosophiston. Ac Democritum philosophum oculos sibi eruisse, tanquam omnium malarum cupiditatum authores, multi prodidere. *Vt vidi (namq;) vt perij, vt me malus abstulit error*: veluti à Marone scriptum est. Apud quem præterea

Exempla eorũ qui nunquam visas ex somnio amarunt.

Democritus sibi ipsi eruit oculos.

—— *Vtróq; videndo* *Fœmina* —— Iuxta namque Musæi veteris poëtæ versiculos,

κάλλος γὰρ περίπυστον ἀμωμήτοιο γυναικὸς
ὀξύτερον μερόπεσσι πέλει πτερόεντος ὀϊστοῦ.
ὀφθαλμὸς δ' ὁδός ἐστιν, ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων
ἕλκος ὀλισθαίνει καὶ ἐπὶ φρένας ἀνδρὸς ὁδεύει. in opere de Ero & Leandro.

φερέκλου.) Phereclus faber fuit, cuius pluribus meminerunt Lycophron, & huius interpres: Homerus Iliad. ε. Ouidius quoq; alicubi in Epistolis. Is Paridi naues fabricauit, quibus in Græciam profectus abduxit Helenam.

De Phereclo fabro.

ἱλασκόμενος θυέεσσιν.) Vt eam semper sibi propitiam ac beneuolam retineret, ac adiutantem profectionem suam, ad ea quæ in animo parabat. quod enim nobis preces, id gentibus sua quædã fuerunt sacrificia, horrẽda ac abominanda pleraq; omnia, ludi, certamina, & huiusmodi alia, quibus deos seu iratos placabant, seu etiam propitios eos sibi esse perpetuò optabant. quin fuerunt etiam, qui puellarum prostitutione

Quibus sacrificijs veteres suos deos coluerint.

eosdem

eosdem colerent: quemadmodum scribunt Strabo, Plutarchus. Eusebius quoq; in vita Constantini aliquoties id meminit, item Herodotus, & alij.

Hellespontus.

ἑλλήσποντον.) Hellespontus maris sinus est inter Thraciam & Asiam, qui septem tantum stadijs Asiam ab Europa diuidit: authore Plin. libro quarto capite 12. sic denominatus ab Helle Athamantis (qui fuit frater aui paterni Iasonis, Argonautarum principis) filia: quæ cum fratre Phryxo fugiens in aureo ariete nouercæ insidias, in eo submersa perijt: quæ nos pluribus commemorauimus in nostris in Apollonium annotationibus.

Signa plerunque solent præcedere rerū mutationes.

σημήια φαίνετο.) φιλέει δέ πως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλι ἢ ἔθνει ἔσεσθαι: vt ait Herodotus libro sexto historię suæ. Ac comprobant hanc sententiam Herodoti multæ aliæ multorum autorum narrationes, quòd signa præcedentia plerunq; soleant comitari, vt præcursores, mala futura: quemadmodum id exemplis etiam ostendit Calaber libro 12. recepto iam in vrbem equo Troiano: Ouidius etiam 15. Metamorphos. & Virgilius 1. Georgicorum: commemorantes prodigia, quæ mactationem Cæsaris in Capitolio præcesserunt. Ac reperiuntur apud Plutarchum, Herodotum, Pausaniam, Plinium, Liuium ac Valerium, plurima quæ hoc loco referri possent. Porro cui non sunt nota quæ Iosephus scribit libro septimo, capite 12. ἁλώσεως, de signis quæ futurum exitium vrbis Hierosolymitanæ multo antè portendebant? Apud Apollonium Rhodium libro quarto, ipsa Argo nauis loquitur, ac pœnam Absyrti interfectoribus, filij regis Colchici, minatur. Apud Homerum Odys. 12. carnes boum mactatorum iá, ac excoriatorum, serpunt tamen, ac verubus iam transfixæ, taurorum more mugiunt, quæ portenta deinde secutum est naufragium, in quo socij Vlyssis in mari disiecti ac fulmine percussi miserè perierunt. Ac sunt in eadem Odyssea etiam alia, si operæprecium esset ea omnia commemorare. Cæterùm si quis plura de ea materia cupit cognoscere, legat librū Iulij Obsequentis, qui totus est de prodigijs. Volumen etiá amplum ac præclarū de Prodigijs viri multiscij, CONRADI LYCOSTHENIS, in quo secundum certam annorum seriem, à condito mundo ad hoc vsque tempus, pleraq; omnia quæ eius sunt argumenti, optimo ordine ex optimis quibusque authoribus referuntur. Vide etiam quæ Alexander ab Alexandro scribit libro tertio, capite decimoquinto, Dierum genialium.

De Argo naui loquente.

Carnes verubus trāsfixæ mugiunt.

Iulij Obsequētis ac Conradi Lycosthenis libri de prodigijs.

οὐρανὸν

οὐρανὸν ἑλικῶν.) Id est, totam illam cœli partem, in qua videtur vrsa maior, caliginoso cinxit vinculo: quæ mox tempestas maris cum imbri delapso secuta est.

δαρδάνιον καὶ τρώϊον.) Troia Dardania primò fuit vocata, à primo rege Dardano. Troia à Troe: quemadmodum eadem etiam Ilium ab Ilo rege fuit denominata. Cæterùm genealogiam regum Troianorũ omnium, ac heroum qui inde descenderunt, habes apud Homerum Iliad. *υ.* Troia, Dardania & Ilium vnde nuncupata.

ἰσμάριδος.) Ab Ismaro oppido Thraciæ: Herodotus in Polymnia.

παγγαίοιο.) montis Thraciæ, autore Plinio lib. 4. capite 11. Thracia autem Europę regio est, inter partes Scythiæ posita, nec cœlo nec solo tractabilis, & (nisi qua mari propior est) infœcunda, frigidaq;. populos habet truci aspectu, bellicosos, laborum ac frigorum patientissimos: Plin. lib. 4. cap. 11. Thracia qualis sit regio.

φυλλίδος τύμβον.) in Thracia scilicet. Phyllis namque Lycurgi Thracum regis filia fuit, quæ Demophoontem Thesei regis Atheniensium filium, è bello Troiano redeuntem, hospitio ac lecto accepit. Cum autem Athenas proficisceretur, & tardius rediret, ipsa se spretam existimans, moræ impatientia guttur suum laqueo præfocauit. Ouidius epistola secunda, quam Phyllis scribit Demophoonti. Meminit quoq; 2. de Arte amandi. Phyllidis ac Demophoontis amores.

ἐννεάκυκλον.) Locus est in Thracia, sic nominatus, quò Phyllis comitata est Demophoontem, Athenas nauigantem, cum prius de reditu sibi affirmasset: & vbi quoq; redeuntem persæpe præstolari solebat. Meminit eius Lycophron, & huius interpres: Herodotus lib. 7. Ouid. etiam libro tertio, de Arte amandi.

αἱμονιάων.) Thessalia regio est Græciæ, præstantissimorum heroum ac principum alumna, Achillis, Argonautarum, &c. Ibi enim schola fuit Chironis. Aemonia etiam olim Helles, Pharsalia, Macedonia dicta est: Emathia etiam, & campi Philippici: Plin. lib. 4. Strab. lib. 10. Montes habet 24. quorum longè nobilissimus Pieria, parens domusq; Musarum. Fuit verò ea gens magiæ deditissima: quod patet ex Apuleij & Luciani Asinis, luculentissimè scriptis. Vide prouerb. Thessalorũ commentum, Thessalorum alæ, item Thessala mulier. Thessalia alũna multorũ pręstantiss. virorũ. Thessali magiæ deditissimi.

ἀχαιΐδος.) Achaia ampla est regio Græciæ, cuius caput est Corinthus: vrbs à Strabone, Pausania, Plutarcho etiam multum celebrata, alio etiam nomine Peloponnesus vocata Plin. lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. Vide etiam prouerb. Non cuiuis Corinthus caput Achaiæ.

P datum

datum est adire Corinthum.

Phthia Achillis patria.

φθίην.) Thessaliæ ciuitas, in qua natus Achilles, Græcorum facile præstantissimus, Chironis discipulus, quem Homerus in tota celebrat Iliade Plin. lib. 4. cap. 8.

Mycenæ regiæ Agamemnonis.

μυκήνην.) vrbs Peloponnesi, seu Achaiæ, in qua regnauit Agamemnon. de ea vide Pausaniam in Corinthiacis.

ἐρυμάνθου.) fluuij Arcadiæ, quæ à Peloponneso vndiq; cingitur. Mela lib. 2. cap. 3.

Sparta præstabat formosis mulieribus.

σπάρτην.) De ea diximus suprà in Lacedæmone. Eam hoc loco *καλλιγύναικα* nominat: quemadmodum etiam in versu oraculi, qui ab Herodoto, Pausania, Stephano, & plerisq; alijs refertur, non alio nomine commendatur.

ἵπποι θρήϊκιοι, λακεδαιμόνιαι τε γυναῖκες. Fuit autem Menelai regia. Vide prouer. Spartam quã nactus es, hanc orna: item, Generosior Sparta: ac, In sola Sparta expedit senescere.

Agamemnon & Menelaus vnde dicti Atridæ.

ἀτρείωνος.) Id est, Atrei filij. inde enim Atridæ dicuntur Agamemnon & Menelaus fratres: tametsi Dictys Cretensis Plisthenis filios eos faciat. Atridas autem cognominatos, quòd ab Atreo Plisthenis fratre essent educati: cum Plisthenes, ipsis pueris adhuc existentibus, morte immatura esset præreptus. lib. 1. historiæ belli Troiani. Itaque hinc factum est, vt ab Homero, Euripide, Pindaro ac Virgilio, non Plisthenidæ, sed semper Atridæ fuerunt nominati: quod hoc loco monere nobis visum est.

Eurotas fluuius.

εὐρώταο.) Eius fluuij Pausanias, Plutarchus, Theognis, Theocritus, & plerique alij meminerunt. non procul abfuit à Sparta.

Therapne Helenæ patria.

θεράπνην.) ciuitatem Laconiæ, Helenæ patriam, prope Spartam sitam. Stephanus in commentario de Vrbibus, Plinius etiam, eam ciuitatem Theramnas appellant. Meminit eius Pausanias in Laconicis, Isocrates etiam in Helenæ encomio. Vide Melam lib. 2. cap. 3.

οὔπω κεῖθεν.) A' Therapne videlicet ad Spartam: non procul enim à se inuicem distabant. quare paulo pòst nauigare desinebant, cum iam quò voluissent, Spartam scilicet, appulissent.

Quando veteribus lauari solenne fuerit.

λοεσσάμενος.) Id est, Paris exornat se, compositis diligenter singulis, vt eo citius amore sui inflammaret Helenam. Et alioqui veteribus vsitatum fuit lauare semper, antequam seu conuiuia accederent, seu aliàs etiam in solennibus congressibus comparèrent: quemadmodum id ex Homero, Luciano, Plutarcho atq; Athenæo alibi ostendimus.

εἶδος

εἶδος ἀλιώσε.) Græci enim, gens superstitiosissima puto hominum omnium quos sol aspexit, adeò repleuit omnia templis, sacellis, aris, statuis & imaginibus, vt idola eos tot propemodum statuisse, totq; deos excogitasse ex Pausania manifestum sit, quot seu homines tunc, seu eorundem etiam cogitationes ac somnia fuerint. Ignotis etiam dijs honores decreuerunt, ne quid ipsorum deesse posset superstitioni, dementiæ, ac vanitati.

Græci tot habuerunt idola, quot cogitationes & somnia.

καρνείοιο.) Id est, Hyacinthi, quem amauit Apollo Carneus cognominatus: de quo alij aliter sentiunt. Vide de ea re Pausaniam in Laconicis, ac Callimachum in hymno in Apollinem, & huius Græcum interpretem. Carnea autem celebritas non tantum apud Lacedæmonios, sed tota fermè Græcia, alibi etiam gentiū solenniter peragebatur. De ijs verò sacris, & more in eis seruato, plurima perscribit Athenæus lib. 4. ex Demetrio Scepsio.

Carnea celebritas.

δὴ κατὰ σκυζομένη.) Id est, Amyclæorum populus, vrbis Amyclæ in Laconia, cum consideraret formam Hyacinthi, pueri Amyclæi, semper metuebat ne Latona pertæsa nuptiarum Iouis (ex eo namq; Dianam cum Apolline peperit in Delo) huius pueri amore percita, eum raperet: Auroræ exemplo, quæ Orionem rapuit: aut Cereris, quæ Iasonem. quemadmodum id meminit Theocritus etiam.

οὐκ ἰδάη ζεφύρῳ) Id est, nesciuit Apollo se habere corriualem in hoc puero ventum Zephyrum. Eum puerum cum imprudenter iaculo confecisset, commutauit cruorem eius in florem eiusdem nominis Hyacinthum. de quo flore, quis ille sit, ac quomodo nobis dicendus, video hucusq; apud rei medicæ ac simplicium scriptores, litem esse sub iudice. Fabulam recitat Ouid. lib. Metamorphos. 10. De Hyacintho etiam scribit Philostratus senior, & Iunior in Iconibus.

De Hyacintho puero.

ἀγαλλόμενος χαρίτεσσιν.) Nam & Homerus, & Dictys Cretensis, vterq; Paridē à forma excellenti prædicāt. Similia istis sunt quæ Apollonius scribit de suo Iasone, Argonautarū principe,

Laus Iasonis a forma.

θεσπέσιον δ' ἐν πᾶσι μετέπρεπεν Αἴσονος υἱὸς
κάλλεΐ τε καὶ χαρίτεσσιν. —— Et rursum ibidem;
ἔνθ' οὔπω τις τοῖος ἐπὶ προτέρων γένετ' ἀνδρῶν,
οὔθ' ὅσοι ἐξ αὐτοῖο Διὸς γένος, οὔθ' ὅσοι ἄλλων
ἀθανάτων ἥρωες ἀφ' αἵματος ἐβλάστησαν
τὸν μὲν παπταίνοντες ἐθάμβεον αὐτοὶ ἑταῖροι,
λαμπόμενον χαρίτεσσιν, &c. lib. 3. Ac apud Homerum Minerua Vlysſi augustiorem circumfundit aspectum,

De Vlysse formoso.

hoc quidem pacto : —— τῷ δ' ἄρ' ἀθήνη
θεσπεσίην κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις,
καί μιν μακρότερον καὶ πάσσονα θῆκεν ἰδέσθαι. Ac de Aeneæ

Aeneæ pulchritudo.

ſubitò apparente corã Didone, ſic ſcribit 1. Aeneid. Virgilius :

—— Claraq́, in luce refulſit
Os humeroſq́, Deo ſimilis : namq́, ipſa (Venus) *decoram*
Cæſariem nato genitrix , lumenq́, iuuentæ
Purpureum , & latos oculis afflarat honores.

διόνυσι.) Collatio Bacchi cum Paride. Bacchus autem natus eſt ex Ioue ac Semele, Cadmi Thebani filia. Ouid. in Metamorph. lib. 3. Meminit etiam Pindarus 2. Olympiorum.

κόρον ὀπωπῆς.) Simile iſti illud Virgilij de Didone,

Expleri mentem nequit , ardeſcitq́, tuendo.

ἡμερίδων βασιλῆα.) ſeu vitium ſatorem , ſeu demonſtratorẽ Bacchum. ἡμερὶς namq; , ἡμερίδος , vitem ſignificat.

ἀργείοισι.) quaſi diceret : Non puto te eſſe Græcum hominem , quum plerique Græciæ præſtantes viri mihi non ſint ignoti.

Pylus.
Neſtoris eloquentia.
Neleus.

πύλον.) Achaiæ oppidum, in quo Neſtor ille regnauit ἡδυεπής. de quo Homerus libro Iliad. β.

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Neleium autem vocat , à Neleo , patre Neſtoris. Homer. Iliad. β. & Odyſ. γ. Vide prouerbium , Neſtorea eloquentia. item , Neſtorea ſenecta. Vide etiam de Pylo Strabonem lib. 8. Melam lib. 2. cap. 3. Plinium libro quarto , capite quinto, ac prouerbium, Eſt Pylus ante Pylum.

ἀντίλοχον.) Neſtoris filium , qui in bello Troiano cecidit : cuius pietatem & Pindarus celebrauit 6. Pythiorum , cum Quinto Calabro lib. 2. Paralipomenon Homeri.

φθίαν πέδον ἀνδρῶν.) Inde enim fuit Achilles Græcorum præſtantiſsimus, quemadmodum paulo antè diximus.

Aeacus rex inſulæ Aeginæ celebratiſsimæ.

γένος αἰακιδάων.) Id eſt, omnes deſcendentes ab Aeaco. Aeacus autem rex fuit Aeginæ inſulæ circa Peloponneſum , in Aegeo mari , in qua prædicanda Pindarus eſt fuſiſsimus, tum ob præclaras Aeaci ac Aeacidarum virtutes : tum etiã quòd , quemadmodum Croton ciuitas in Italia , viros præſtantes ac victores in ſolennibus Græciæ certaminibus dederit plurimos. Vide Strabonem libro octauo , & Stephanum in Commentario de vrbibus.

Aeaci filij tres.

Filios habuit tres : Pelea , vnde Achilles : Telamonem , vnde Aiax ille Telamonius : & Phocum , à Peleo interemptum : qui Aeacidæ dicti ſunt , multumq́ue celebrati ab Homero , Apollonio , Pindaro , vt diximus ::

ximus: Ouidio etiam in aliquot Metamorphoseon libris. Vide prouerb. Aegina pueros optimos alit: item, Aeginenses neq; tertij, neq; quarti.

πατρόκλου.) Et hic de Aeacidarum fuit familia, Achilli propinquitate coniunctus, cum quo in Chironis schola institutus, dum vixit, arctissimè ipsi adhæsit: ita vt & antiquitas, cũ Achille, paribus amicorum eum adnumerare non dubitarit. Eam fidem Homerus etiam in Iliade prædicat. Tandem interficitur ab Hectore, cum esset indutus armis Achillis. Homerus Iliados π, vbi eius præstantia insigni laude effertur. Patroclus Achillis cognatus.

φρυγίης.) Phrygia, regia est minoris Asiæ. De ea, Phrygibúsque, vide Plinium lib. 5. cap. 32. Aeneam item Syluium in Asia minore, vbi per aliquot capita, multa non ineruditè, nec ex protritis autoribus dicuntur, argumentum historiæ Troianæ illustrantia. In ea olim Troia fuit, vrbs opulentissima, florentissima, ac multorum monumentis celebratissima. Quibus enim veterum Troia non suppeditauit scribendi materiam? Eam exædificasse Neptunum cum Apolline, meminit Homerus Iliad. θ ac φ. Euripides etiam in Troadibus, Ouid. libro 12. Metamorphos. Virgilius item 2. & 5. Aeneidos. Quæ tametsi ad excellentiam dicta accipere oporteat, quemadmodum Strabo scribit lib. 1: tamen videntur rectius sentire, qui existimant (vt Lycophronis interpres) muros Troianos à Laomedonte extructos, ipsamq; Troiam exornatam de pecunia quæ in templo Neptuni & Apollinis Troiæ deposita fuerat. Quòd veteres, thesauros, pecunias, aliaque quæ chara habebát, in templis ac regum sepulchris reponere consueuerint, vt loco tutissimo, quem violare seu spoliare nefas esset maximum: quemadmodum id patet ex plurimis locis Plutarchi, Pausaniæ, Strabonis, Athenæi, Herodoti, Dionis Chrysostomi, &c. Ac in templo Delphico ingentes thesauri, auri argentiq;, statuarum, arborum, atque vitium aurearum, ac similium donariorum, custodiebantur: quemadmodum Diodorus etiam Siculus meminit: adeò vt, referente Athenæo, Theopompus de thesauris Delphicis commentarios scripserit: Alcetas etiam libros depositorum in Delphis condiderit: quemadmodum alij quoque de rebus surreptis è Delphis, commentationes ediderunt. Exempla quoque eius rei sunt in sacris Biblijs, 2. Macabæorum cap. 3. Iosephum etiam græcum lib. 14. cap. 8. ἀρχαιολογίας.

Phrygia Asiæ regio.

Troia caput Phrygiæ.

Troia exædificata a Neptuno & Apolline, ac quid eo indicatum sit.

Veteres, thesauros suos in templis ac regũ sepulchris abscondere soliti.

Thesauri amplissimi templi Delphici.

Libri scripti de thesauris templi Delphici.

Pompeius intrat Hierosolymis sanctum sanctorum.

γίας, & Iosephum Hebræum li. 4. cap. 22. de Pompeio Magno, qui capta Hierosolyma sanctum sanctorum ingressus, perlustrauit ea quæ solis summis sacerdotib aspicere licebat: vbi & ingentem vim auri facti, & pecuniæ duodecim tonnas reperit, a viduis ac alijs bonis viris, vt in locum tutum depositas. Ac Romanorum ærarium fuisse in templo Saturni, Plutarchus sæpius meminit in Vitis, & Moralibus etiam. Apud Athenienses etiam ærarium cella erat, post ædem Mineruæ, obq; id Opisthodomos dictum: quemadmodum est apud Demosthenem in oratione περὶ συντάξεως.

Romanorum ærarium in templo Saturni.

Atheniensium ærarium.

κρονίδαο.) Saturnidæ, Iouis Saturni filij, ex quo natus est Dardanus, primus rex Troianorum. Homer. Iliad. *υ. vbi integra texitur genealogia regum Troianorum.*

διώκω.) refero moribus ac virtutibus meos maiores, meam gentem. Apollo namq; pauit armenta Troianis, quemadmodum ex Homero postea indicabimus. Sic idem cum Neptuno Troiam muris cinxit, mercede vtroq; conducto à Laomedonte: veluti fabulantur poëtæ.

κασιγνήτην ἀφροδίτης.) Id est, non inferiorem forma, ipsa Venere: tametsi Venus & Helena eundem patrē, Iouem scilicet, habuerint. Iupiter enim, qui cum nulla non mortali fœmina consueuit, etiam cum Leda Tyndarei vxore rem habuit, ex quo concubitu nati Dioscuri ac Helena: vt deinde (quemadmodum dicitur, Matrem sequimini porcæ) Helena ac Clytemnestra sorores, Ledæ filiæ, matri non dissimiles fierent, & fidem coniugalem Menelao ac Agamemnoni maritis suis nihilo melius conseruarent, quàm id ipsis à matre monstratum fuisset. *κακοῦ γὰρ κόρακος κακὸν ᾠόν*, vt in veteri veroq; verbo dicitur. Vide Pausaniam lib. 1. in Atticis: Athenæum item lib. 8. vbi de Helenæ parentibus agitur: Rhodiginum quoq; lib. 11. cap 19. Antiquarum lectionum.

Iupiter Helenę pater.

Quare Helena ac Clytemnestra sorores, matri non dissimiles fuerint.

κυθέρεια κελεύει.) Iuxta versum illum poetæ: Quicquid amor iussit, non est contemnere tutum. Verùm philosophia diuersum docet, vt affectus obtemperent rationi, tanquam regi quod & in carmine Pythagoræ sapienter præcipitur, *καὶ φράζευ ἕκαστα, ἡνίοχον γνώμην στήσας καθύπερθεν ἀρίστην.*

Recta ratio rex sit affectuum.

κατονοσσήσῃς.) Id est, noli repudiare meas nuptias, nec facias me indignum tuo connubio, cum scias quòd cum *imbelli* viro sis nupta, qui mecum nullo modo possit comparari: turpe quoque sit, te Argiuarum mulierum præstantissimam, cum tali viro diutius viuere.

ἀνδρῶν εἶδος ἔχουσι.) Id est in muliebri ac imbecilli corpore, forma

forma tamen viros referunt, in qua nullus decor, nulla venustas renideat. Non sunt itaque veræ mulieres, sed nothæ, sed adulterinæ, à tua speciosa indole degenerantes: tuq; sola mereris in Græcia dici mulier, dignaq; quæ cum nullo alio quàm Paride sis iuncta.

ἐφέπεσιτο βουσὶν Ἀπόλλων.) Apollo Laomedonti pauit boues: Homer. Iliad. φ. Idem quoq; pauit oues annis nouem Admeto Thessalorum regi, quemadmodum est apud Euripidem in Alceste: in Orphei Argonauticis, Ouid. 2. Metamorphos. lib. item 2. de Arte amandi, in Heroidibus etiam. Vide prouerb. Admeti nænia.

Apollo pascit boues Laomedō ti: oues etiam Admeto Thessalorum regi.

μετήμερον.) Id est, nox diem distulit, sustulit, eripuit hominibus aliquandiu lucem, auroram etiam, diei procœmium.

δοιὰς πύλας ὀνείρων.) Allusio est ad locum Homeri, de duabus somniorum portis, qui est lib. 19. Odysseæ, habetque ad hunc modum.

De duab. somnij portis.

δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων.
αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.
τῶν οἳ μέν κ' ἔλθωσι διὰ πριστοῦ ἐλέφαντος,
οἵ ῥ' ἐλεφαίρονται, ἔπε' ἀκράαντα φέροντες.
οἳ δὲ διὰ ξεστῶν κεράων ἔλθωσι θύραζε,
οἵ ῥ' ἔτυμα κραίνουσι βροτῶν, ὅτε κέν τις ἴδηται.

Eum Virgilius expressit lib. 6. Aeneidos, his versibus:

Sunt geminæ somni portæ, quarum altera fertur
Cornea, quæ veris facilis datur exitus vmbris:
Altera candenti perfecta nitens elephanto,
Sed falsa ad cœlum mittunt insomnia manes.

Qui locus exponitur à Macrobio lib. 1. in Somnio Scipionis, cap. 3. Seruio etiam in commentarijs super eosdem versus. Cæterùm apud veteres multum somniorum, hoc est, vanitatum fuisse, passim ex authoribus historicis atq; poëtis sciri potest: quòd apud eos multum etiam esset superstitionis. qua multum fidei his tribuebatur. quemadmodum Plutarchus refert in Lucullo, Syllam in commentarijs suis scripsisse: Nil credi esse dignius, quàm quod per somnium fuerit præsignatū. Ac Pompeius, eodem referente in Pompeio, deuicto Mithridate Ponti rege potentissimo, in aula reperit commentarium, in quo fuerant conscriptæ somniorum interpretationes, quæ partim ipse rex, partim fœminæ quædam viderant. Complures namq; de ea cognitione scripsisse legimus. Demetrium etiam Phalereum, cuius de eadem scientia 5. commentarios extitisse proditum est. Artemonem præterea Milesium, qui

Quare apud veteres multum fuerit somn orū.

Syllæ Romani vox de somnijs.

Mithridatis ac aliorum cōmentaria de somnijs.

qui ad 22. Onirocriticῶν libros conſcripſit, qui perierunt. Ac extant adhuc hodie veterum etiam cōmentarij de inſomnijs, græcè ſcripti: vt Syneſij Cyrenes epiſcopi liber, quem Gregorius Nyſſenus expoſuit: Artemidori etiam philoſophi libri 5. à Iano Cornario latinè facti. Ac veterum aliorum præterea alij. Cardanus etiam lib. 10. ſcripſit latinè, de inſomnijs. Paſsim etiam apud Suidam & Heſychium leguntur ſenarij Græci, qui ſomniorum expoſitiones continent: quos iam olim doctiſsimus vir Camerarius in vnum collegit: ac poſt eū Hadrianus Iunius lib. 1. Animaduerſorum, à ſe etiam latinis ſenarijs expreſſos. Vide etiam de Somnijs prouerbium, In ſomnis quæcunq; videntur, Somnium, Somnio beatus, Somnium hybernum, Somnium tuum tibi narra, Ne per ſomnium quidem: ac, Aegroti ſomnium.

Libri de Somnijs ſcripti adhuc extantes.

θαλάμων φιλοξείνων.) Id eſt, ædibus, vbi fuerat hoſpitio exceptus, in quibus viuebat Helena iuuenis adhuc, cum florente ætate marito Menelao, qui tunc aberat in Creta, quemadmodum dicetur poſtea.

ἑρμιόνη.) Filia Helenæ & Menelai, quæ poſtea Oreſti nupſit, filio Agamemnonis: quemadmodum eſt apud Euripidem.

Regum Perſicorum opulētia.

καλύπτρων.) tegumentum capitis, flammeum, inde καλυπτήρια ac ζωστήρια, Schleyer land / Gürtel land / terræ & ciuitates, quas Perſarum reges opulentiſsimi ſuis vxoribus concedebant habendas, vt ex harum redditibus, quæ ad ornatum, flāmmea, zonas & huiuſmodi alia ſpectabant, ſibi compararent: quemadmodū id à Platone ſcribitur in Alcibiade primo: Athenæo etiam alicubi, qui id ex Platone repetitum, in ſuis quoq; Dipnoſophiſtis referre voluit.

Veterum puellę in pratis cōueniebant, ad ſua quædam exercitia.

νυμφάων ἐς ὁμήγυριν.) Pro veterum conſuetudine. veterum namq; puellæ, ac præcipuè heroum filiæ, certo tempore in pratis, in littoribus conuenire ſolebant, ad ſua quædam exercitia: quemadmodum patet ex Homeri Odyſſ. ζ. de Nauſicaa Alcinoi regis Phæacum filia. Ex Theocriti item Europa, ac Helenæ epithalamio, Apollonio etiam Rhodio lib. 1. de Orithyia filia Erechthei, rapta à Borea, cum ad Iliſſum flumen cum puellis luderet. Ac ſcribit Ouid. epiſtola 15. *raptam* Priamo Helenam à Theſeo (cuius raptus multi autores meminere) cū nuda luderet in palæſtra, cum nudis virginibus.

Helena quomodo à Theſeo rapta.

ἀστέρες ὑπνώουσι.) Id eſt, illuxit iam, pulſis ab aurora ſtellis, quæ non amplius lucent: ac ijſdem denuò prodeuntibus in cœlo, occidente ſole, noctescit: & tamen non reuertitur inde mater, quò eam ad chorum adoleſcentularum acceſsiſſe confin-

confingitis, vbi certè tam diu abesse non posset.

θάρσεε τεκμαίρουσι) Alludit ad id quod suprà diximus, Helenam ex Ioue prognatam esse. *ἀπόρρωγι* autem *παῖδες θεῶν*, vt est apud Pindarum. Ac de Iano prodidit Pindarus, quòd expositus, à dracone sit pastus: quemadmodum Romulus & Remus à lupa, Cyrus à cane, Telephus à cerua, Paris ab vrsa, alij ab alijs feris beneficijs sunt affecti: quemadmodum meminit Herodotus, Plutarchus, Pausanias, Athenæus, Dion, apud quos etiam pluribus exemplis id demonstratur. Alij ab alijs expositi, beneficijs a feris affecti.

ναϊάδες.) Deæ seu Nymphæ sunt fluminum atq; fontium, *ἀπὸ τοῦ ἀεὶ νάειν*, à semper fluendo: tametsi alij subtilius etiam illa discernant. Hesiod. in Theogonia sua. Naiades quales deæ.

θανάτοιο συνάμποροι.) Iuxta Homerum, ac Orpheum etiam, qui Somnum Mortis fratrem nominat: ac vtrumq; simul gemellos facit, vno partu quasi ab vna eademque matre editos, cum ait Iliad. π. Mors & somnus gemelli & fratres.

πέμπε δέ μιν ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν. Ac Gorgias sophista moriturus, cum rogaretur à familiarium quodam, quo modo haberet? Iam, inquit, somnus incipit me suo fratri tradere: *ἤδη με ὁ ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ.* Aelianus lib 2. Variæ historiæ. Ac consanguineus leti sopor: 6. Aeneidos. Et in versu alterius etiam dicitur:

Stulte quid est somnus, gelidæ nisi mortis imago?

οἱ ἄμφω λαχόντα.) Id est, quia in vtroque sopiuntur curæ, sollicitudines, anxietates, lachrymæ, & huiusmodi alia in vita molesta (fratres enim sunt) necesse est ac sequitur, vt somnus quandoq; exerceat opera mortis, fratris natu maioris: hoc est, homines in somnum cōuersos faciat cessare à lachrymis, à mœroribus: quemadmodum mors idem facere consueuit, vt in eo nullus amplius sit dolor, nullusq; cuiusquam sensus superstes relinquatur.

μητέρα πατλάνειν.) in somnis scilicet.

οὕτω.) Id est, itáne decebat te, sequi nuptias illicitas, ab ipsa Venere ad id excitatam?

Τυνδαρείδην.) Patronymicum est: id est, Helena Tyndarei Ledæq; filia, ex quibus parentibus nata fuit Clytemnestra etiam (sororem ingenio ac moribus æquè castis referens) Castor præterea & Pollux, diuinos etiam honores apud Græcos consecuti: apud quos, superstitiosissimam videlicet gentem, non perinde erat difficile inter deos censeri, cum etiam sceptra, & eius generis alia, quæ seu Agamemnon seu alius quispiam princeps gestarat, vt deos, diuinis honoribus Inter deos referri apud Græcos non fuit difficile.

ſint proſequuti, referente Pauſania: ipſi ſtulti facti in ſumma ſua ſapientia, ac in ſenſum reprobum traditi. quemadmodum ſcriptum eſt, Perdam ſapientiam ſapientum.

ἀνέγρουσι.) à ſomno excitata. ὄναρ οὐκ ὕπαρ, ὅτι καὶ τετελεσμένον ἔσται: vt in verſu Homerico dicitur.

Menelaus abeſt in Creta inſula, dum Paris Helenam rapit.

Atridæ non Atrei, ſed Pliſthenis filij.

ἀπείνος ἐρνίθος.) Abſuit enim tunc Menelaus, cum raperetur Helena: quod etiam Dares Phrygius prodidit. tametſi ſcholiaſtes Lycophronis contrarium defendat. Dictys Cretenſis lib. 1. ſcribit, abſuiſſe per id tempus Menelaum in Creta inſula, quò omnes Pelopidæ conuenerant, defuncto Atreo Cretenſium rege, ad diuidendas inter ſe Atrei opes, quas ampliſſimas reliquerat ipſis, vt nepotibus & hæredibus. Ex Pliſthene autem fratre Atrei, nati erant Menelaus cum Agamemnone: cum autem ab Atreo educati eſſent poſt obitum Pliſthenis, non Pliſthenidæ, ſed Atridæ à ſcriptoribus ſunt nuncupati.

Helena an ſola, & cum quantis opib. fuerit rapta.

ἀγλαΐην ἁλάπαξε.) Non tantum enim Helenam abduxit, ſed vnà etiam alias generis nobilitate præſtantes fœminas, quæ tum temporis in ædibus Menelai morabantur: Aethrá, Theſei regis Athenienſium matré. opes item grandes: quemadmodum ibidem à Dicty Cretenſe narratur: Lycophrone quoque in Caſſandra. vbi expoſitionis loco interpres Iſacius Tzetzes, ex quocunq; etiam autore, hæc inſuper addidit: ἁρπάσας τὴν ἑλένην μετὰ καὶ τριῶν ταλάντων χρημάτων, καὶ πέντε θαλαμηπολουσῶν γυναικῶν, ὧν μία ἦν αἴθρα ἡ μήτηρ θησέως.

κικόνων.) Cicones populi ſunt Thraciæ: ad quos Vlyſſem etiam appuliſſe, ſcribit Odyſſ. lib. 1. Homerus.

Helleſpontus vnde.

αἰολίδος πόρον ἕλλης.) Id eſt, per Helleſpontum, mare ſic dictum ab Helle filia Athamantis, ſorore Phrixi, quæ auum habuit Aeolum (vnde Aeolicam eam Hellen nominat) quæ in aureo vecta ariete in id pelagus decidit, ac id ſibi fecit ὁμώνυμον: quemadmodum eam hiſtoriam pluribus perſequitur Apollonius, & huius interpres.

A magni nominis ſcriptoribus proditum eſt, quod Helena rapta nunquã Troiam perueniret.

ἤγαγε νύμφην.) Huic narrationi, quòd Paris raptam Helenam perduxerit Troiã, non ſunt infinitæ notæ ſcriptores qui reclament. Herodotus pater hiſtoriæ lib. 2. ſcribit, eam in Aegypto relictam, ereptam Paridi à Proteo, eius temporis Aegypti rege iuſtiſsimo Cui ſententiæ patrocinantur prætereà Philoſtratus etiam lib. 4. de vita Apollonij Tyanei, viri illius tantopere celebrati: Euripides in Helena & Electra, Lycophron in Caſſandra, Dion quoq; in oratione de Ilio nõ capto.

πυκνὰ δ' ἔτιλλε κόμην.) Caſſandra filia fuit Priami, & vates: cuius

cuius historiam ac oracula conscripsit Lycophron proprio scripto, eoq; opulentissimo, quod Cassandram nominauit. Ea quia vates fuit, cum videret abduci alterius coniugem à Paride raptam, ac sciret raptum eum deos non impunè laturos, prædixit mala quæ paulo pòst id factum sunt consecuta: hoc est, vrbis Troiæ excidium, ac Phrygiæ totius miseram vastationem. τὸ γὰρ πὰρ δίκαν γλυκὺ πικροτάτα μένει τελευτὰ, quemadmodum rectè canit Pindarus Isthmiorum 7. Et,

Cassandra vates, Priami filia.

> πολλάκι καὶ σύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
> ὅστις ἀλιτραίνει καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται: Hesiod.
> οὐ μὲν (γὰρ) σχέτλια ἔργα θεοὶ μάκαρες φιλέουσι,
> ἀλλὰ δίκην τίουσι, καὶ αἴσιμα ἔργα ἀνθρώπων: quemadmodũ

id Homerus etiam piè admodum de dijs scripsit, Iliad. ξ.

Deus sæpe punit propter vnius peccatum vniuersos.

FINIS EXPOSITIONIS COLVTHI DE RAPTV HELENAE.

ΤΡΥΦΙΟΔΩ-
ΡΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ΑΙΓΥΠ-
ΤΙΟΥ, ΙΛΙΟΥ ΑΛΩΣΙΣ, ΕΛ-
ληνικῶς καὶ λατίνως.

id eſt,

TRYPHIODORI POETAE AEGYPTII POEMA DE TROIAE EXCIDIO: IN QUO PLERAQUE
Troiani belli memorabilia, tanquam in breui ſumma commemorantur, Græcè & Latinè, conuerſum & expoſitum

A

Michaële Neandro Soravienſe.

AMPLISSIMIS VIRIS, VIRTVTE ATQVE PRVDENTIA PRÆSTANTIBVS, CONSVLIBVS AT- que Senatoribus in inclyta Silesiorum GORLITIA, Dominis atq; patronis suis perpetua obseruantia colendis, S. D.

HIstoriam belli Troiani multi veterum scripserunt: Syagrius, qui Iliada scripsit: Corinnus postea, qui & Corinæus dictus est, Iliensis, qui adhuc feruente bello Troiano, & ipse Iliada scripsisse dicitur, ante Homerum. Callisthenem etiam quendam bellum Troicum scripsisse, Cicero alicubi meminit. Ac Demetrij Scepsij Troici apparatus, tùm alios libros, sæpe in Cœnis suis allegare solet Athenæus: tùm etiam ex eiusdem argumenti libro vigesimosexto, aliquoties eundem autorem testimonia citare obseruauimus: ex quo manifestum est, plures eum de ea re libros conscripsisse: qui, quemadmodum infiniti aliorum autorum alij, temporis iniuria iam olim interciderunt. Hegesionacta quoq; Alexandrinum Troica scripsisse, quæ Cephalionis dicta fuerint, idem author prodidit: quemadmodum etiam Acatum Argiuum Iliopersin condidisse, idem commemorat. Dares etiam Phrygius, & Dictys Cretensis, belli Troiani historiã, cuius ipsi spectatores fuere, prosa oratione græcè descripserunt: quorum libri adhuc extantes reperiuntur.

Historiæ belli Troiani scriptores.

Aelianus variæ historiæ lib. 14. & Suidas in Corinno.

Apud Athenæum lib. 4. Dipnosophist. & aliquot eiusdem libris alijs.

Lib. 4. Dipnosophist.

Lib. 12.

Daretis Phrygij. & Dictys Cretensis historia belli Troiani adhuc extat.

Ac tandem Homerus in Iliade & Odyssea sua, pleraque eius belli insignia descripsit: ipse fons ingeniorum, primusq; doctrinarum ac antiquitatis omnis parens, ingenij cœlestis vates, pictor ipse sapiẽtissimus, ac mirabilis architectus, multisciusq;, seu potius cunctarum rerum apprimè peritus, qui

Homerus quid scripserit, & quantus sit scriptor.

Hæc epitheta, & plura alia Homero a veterib. tributa, leguntur apud Platonem, Athenæum, Plutar. in Vitis & moralib. Strabonem, Heraclidem Ponticum, Quintilianũ, Valeriũ & Apuleiũ.

omnib. eloquentiæ & doctrinarum partibus ortum initiumq; dedit, βασιλεὺς ποιητῶν θειότατος, & de cuius amplissimis & splendidiss. cœnis omnes scriptores saturati, suas quisq; particulas ad suos quosdam vsus inde sibi decerptas domum retulerunt, lumen sumentes ipsi videntes: hoc est, cæci, ab Homero cæco, id est, omnia acerrimis & acutissimis mentis oculis cótemplante: vt non temerè eum cæcum fecerit Antiquitas, fabulis simul omnia intexens, suis quibusdam rationib. ducta, quòd cæci acerrimis sensib. præditi esse dicátur.* τυφλὸς γὰρ οὐ τυφλὰ ἀλλὰ πάντα ὁρῶντα ἔλιξε. nàq; *Multũ animo vidit, lumine captus erat:* quemadmodum de Appio Claudio cæco scripsit a Ouidius.

Aeschylus Tragicus vocauit sua scripta μικρά τινα τεμάχια τῶν μεγάλων δείπνων ὁμήρου apud Athenęum lib. 8.
* Versus qui reperitur apud Sophoclē in Oedipo Colonæo cæco.
a 6. Fastorum. Valer. lib. 8. Plutarchus in Pyrrho.

† Post Homerum autem Iliada scripserunt: Lesches, quæ parua vocatur, ac vsurpant inde sæpius testimonia Pausanias, Lycophronis interpres, alij etiam quidã Gręcorum poëtarum interpretes: Hipparchus etiá, ex cuius Aegyptia Iliade carmina aliquot aliquoties affert Athenæus in Dipnosophistis suis multiscijs, ac plerarumq; veterũ rerũ cognitione insigniter instructis: Pigres præterea Carius, ex vrbe Halicarnasso, vt & ipse aliquid de eo bello prodidisse videretur: Artemisiæ illius celebratę Mausoli regis Carię vxoris, frater, Homeri Iliados versibus Heroicis pentametrũ adiecit, adeò vt in Elegiacum carmen Iliada cõmutaret. sic enim Homerus Iliada sua exorditur, μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Pigres verò addidit, qui sequitur, pentametrum:

μοῦσα γὰρ σὺ πάσης πείρατ' ἔχεις σοφίης. atque ita deinceps.

† Iliadum scriptores post Homerum.
Lib. 9. & alibi etiam.
De eo vide Suidam in Pigre.

Veteres namq;, reges etiã & principes, Homeri scripta omnium fecerunt maximi, vt poëmata de virtute ac iusticia conscripta: quæ vt vitę ac morũ, deniq; consiliorum & actionum omniũ normã ac regulã, sibi sequenda in omni vita esse existimabant. Ea adeò etiam familiariter ipsis nota fuisse, ex Plutarcho, Herodoto, Athenæo, Strabone, Dione, Laërtio, Platone, Aristotele, Xenophonte, Heraclide Pontico, Maximo Tyrio, Cicerone, Gellio & Macrobio: patrib. etiã, Clemente, Iustino, Synesio, Eusebio, Philone, Iosepho, Theophilo & Theodorito, liquet: vt versus Homericos in omni vita, in omni sermone, quodcũq; etiã dicere vellet, ad quascũq; res, casus & euentus qui in vita euenire solent, paratos ad manus & in numerato sẽper haberẽt. Ideoq; & publicè huius poëmata recitari præceperũt in mercatib in festiuitatibus, in publicis solennibusq; cõgressibus, in synodis, in tẽplis, ijs præsertim vbi frequẽtior hinc inde solebat cõuenire populus, quacunq; etiã de causa, vt in Delphis, in conuiuijs (b quod de Euripidis, Sophoclis, atq; Aeschyli

Veteres quanti Homeri scripta fecerint & quod ipsis ea fuerint longe notissima.
De eo vide Platonem in Hipparcho, Xenophõtẽ in Symposio, Lycurgum in oratione contra Leocratem, Heraclidẽ Ponticũ in allegorijs Homericis, Plutarchum in musica, Dionem Chrysostomũ oratione 27. Athenæum libro 14.
b De quo vide Plutarchum in vita Lysandri, Crassi etiam, & Niciæ.

ſchyli etiã tragœdijs proditũ obſeruauimus, Tyrtæi etiã & aliquot aliorum poëtarum ſcriptis) in ſolennib. ludorũ certaminumq; ſpectaculis, in Olympijs, vbi flos heroum, principũ, nobiliũ, philoſophorũ, poetarum ac oratorum, ac deniq; vniuerſa Græcia, quinto quoq; anno ſuis de cauſis ſolebat conuenire. Ac a Alexander ille, ob rerum a ſe geſtarum ſplendorẽ Magnus cognominatus, cum eum rei militaris viaticum eſſe ſciret tutiſsimum, ac planè cõſiliarium neceſſariũ & ſapientem, quocunq; iret, in precioſiſsima capſa ex margaritis auroq; Perſico confecta, b eum repoſitum, ſecum circumducebat, vt Achatem fidum & indiuiduum, omniumq; arcanorum ſuorũ conſcium: ac veſperi cum pugione ſub puluinari recondebat, ne à dormiente etiã longius abeſſet: ille nimirũ, qui tum Alexandrum, tùm alios principes iam olim ſapientiſsimè monuerat his verſibus, qui quia longe celebratiſsimi exiſtunt, in ore omnium eruditorum ſunt poſiti:

a Homerus ab Alexandro rei militaris viaticũ appellatur. Plutarchus in Alexandro. item lib. 1. de virtute ac fortuna Alexandri.

b Plutarchus in Alexandro, Plinius libro 7. cap. 29.

Lib. 2. Iliad.

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα,
ᾧ λαοὶ ἐπιτετράφαται, καὶ τόσα μέμηλε.

Ob quæ & ſimilia præcepta ac conſilia alia, ſapienter ab ipſo ſcripta, meritò reges & principes eum ſemper fecerunt maximi: adeò vt alij etiã regũ, ſcriptis in eum cõmentarijs obſcuriora expoſuerint: alij etiã obtrectatorib. Homeri, editis cõtra eos libris, reſponderint: vnaquæq; etiã ciuitas eũ ſibi, vt ſuũ ciuẽ, vendicarit, quemadmodũ id in verſib. indicatũ eſt, qui hoc pacto referuntur.

Leguntur apud Gellium, Noctiũ Atticarum lib. 3. cap. 11. & 4. libro Epigrammatum Græcorum. apud Pliniũ lib. 30. cap. 2. Appion grammaticus euocat manes Homeri, de patria ipſius ſciſcitaturus, de qua tanta erat inter ciuitates contentio.

ἑπτὰ πόλεις διερίζουσι περὶ ῥίζαν ὁμήρου,
σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶν, ἴος, ἄργος, ἀθῆναι.

Verùm hæc extra capellas fortè, cum non hoc loco laudandum Homerum ſuſceperimus.

Pigris deinde exemplum ſequutus eſt Idæus, etiam Rhodius, poëta egregius & ingenioſus, qui & ipſe verſum verſui Homerico addens, poëſin Homericam duplicauit: & ſuper tria adhæc millia verſuum de patria Rhodo conſcripſit.

Suidas ἐν ἰδαίῳ.

Cæterùm Timolaus Lariſſæus, ex Macedoniæ ciuitate Lariſſa, Anaximenis Lampſaceni diſcipulus, rhetor ac poeta egregius, vti Pigres pentametrum, ita hic heroicum heroico Homeri addidit. Homerus enim hoc pacto canit,

Suidas ἐν τιμολάῳ.

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος.

Ipſe verò eum qui ſequitur adiecit,

ἣν ἔλετο χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης. & ſic deinceps.

Porro Neſtus etiam Lycius, vir in poëtica admodũ clarus, qui Seueri Cæſaris floruit temporibus, Iliada ſcripſit ſimiliter: ſed λειπογράμματον, ſeu ἀστοιχείωτον, vt vocant: quemadmodũ Tryphiodorus etiam Aegyptius, ſimilem condidit Odyſſeam, vbi in ſingulis libris certæ aliquæ literæ, ſecundum alphabeti ſeriem, in vocum capitibus non reperiebantur.

De eo vide Leonicũ lib. 5. cap. 61. Variæ hiſtoriæ, ac Suidam in Tryphiodoro et Neſtore. ibi enim Neſtor, non Neſtus nuncupatur.

Poſtea etiã Q. Calaber Homeri ſcripſit paralipom. (quemadmodũ Macer apud Latinos) li. 14. in quib. hiſtoriã ab interfecto Hecto-

Summa librorum Quinti Calabri.

Homerus vbi desinat in historia belli Troiani.

Hectore (ibi namq; desijt Homerus, morte fortè immatura præuentus, seu quibuscunq; alijs causis impeditus) vsq; ad finem belli, hoc est, Troiæ excidium deducit, complectens etiā vnà in libro vltimo pauca quædā de Græcorum in patriā reditu.

Lib. 9. Dipnosophist.

Ac fuerunt multi alij, qui seu Græcorum ad Troiam profectionem tantùm & apparatum describerent, seu etiam horum vastata iam Troia reditum literis mandarent (sicuti Athenæus cuiusdam meminit, verùm non indicato nomine, qui Atridarum reditum descripserit: hoc est, Agamemnonis & Menelai) alij etiam vtrunq; simul cōplecterentur, ac totam historiam, causas, initia, progressus, prælia, certamina & pericula, belli durationem, exitum, & reditum, ac quæ vtrisq; Græcis & Troianis etiam post bellum, superstitib. adhuc, postea acciderint, vna narratione simul cōprehenderunt: quemadmodum id demonstrari facilè potest, ex ijs authoribus, quorum testimonijs sæpe vtuntur Athenæus, Pausanias, Stephanus in commentario Geographico, Plutarchus, Suidas, &c. ac Græcorum poëtarum interpretes.

Infinitorū autorum scripta temporis iniuria sunt deperdita.

Quis namq; veterum non meminit Troiani excidij? aut quibus non suppeditauit Troia scribendi vberrimam materiam? historicis plerisq; omnibus, Tragicis, Gnomologis etiam, qui inde præceptorum suorum solebant petere exempla. vt veteres autores legenti facilè planū fiat, de vix vlla re alia plures commentarios, plura poëmata scripta fuisse: vt si id bellum non fuisset, nec Homerus etiam vixisset, deorum ille ædituus, doctor virtutis, ac *iusticiæ* præco sapientissimus & indefessus, vix habituri fuissent poëtarum veterū pleriq; omnes argumentum, in quo elaborando, fingendo, tractando atq; exponendo quisq; pro suo arbitratu potuissent esse occupati: tametsi illa Græcorū hominum improba ac super

Belli Troiani scriptores fuisse innumeros.

ac ſuperſtitioſa fingendi ſcribendíque libido ac licentia, haud potuiſſet quieſcere, quiduis potius arreptura & inuentura aliud.

Quare plures in ſcribenda hiſtoria Troiana elaborarint.

Cæterùm ideo plures in deſcribenda eius belli hiſtoria fuerunt occupati, quòd putarent non parũ referre, vt ea tanquã exemplũ illuſtre ac maximè inſigne vltionis diuinæ, omnibus quàm fieret notiſsima. Præterea ideo etiã plures in ea exponenda laborare voluerunt, quòd viderent, quantumuis multi id bellum deſcriberent, nondũ tamen omnẽ eius belli calamitatẽ ſic totã ab ijs explicatã & expoſitam, vt non alijs quoq; materia ſcribendi luculentiſsima adhuc eſſet relicta: etiamſi ea tantũ cõſcriberentur, quæ ab alijs non fuerant attacta, aut leuius etiam ac breuius commemorata. Luculentiſsimam autẽ ac triſtiſſimam ſcribendi materiam bellum id præbere potuiſſe, omnib. ſcribere volentibus, vel partes aliquæ ex hiſtoria deſumptæ & conſideratæ planum faciunt.

Demonſtratio, quod belli Troiani hiſtoria luculentiſsimam ſcribendi materiam præbuerit.

Ac vt alia mala, quæ multa & ingentia fuerunt, prætereamus, ac de Priamo ſaltẽ dicamus, quid potuit in eo bello euenire triſtius ſeni Priamo patri, & Hecubæ matri, quã de muro Troiano, in medio campi, à Græcis obrutũ lapidib. ſpectare Polydorum, filiũ minorẽ natu, ideoq; parentib. magis dilectũ? Lycaonẽ etiã poſtea, & Troilũ ſimiliter, filios, præſtantes iuuenes, verecundia, probitate, tum corporis præcipuè forma amabiles, atq; acceptos Troianis omnib. à Græcis captos, ac ex eodẽ loco de Achillis iuſſu, nõ procul à ſuo (parentũ ſcilicet) conſpectu, miſerrimè trucidatos aſpicere? Eam poſtea calamitatem, longè lateq; ſuperauit alius caſus, omnib. qui in eo bello accidere regi ac Troiãis potuerũt, grauiſſimus ac triſtiſſimus. Hector Priami filiorũ, fortitudine, virtute, iuſticia, deorũ cultu ac metu facilè præſtantiſsimus (quod præconiũ à dijs

Qui Priami filij a Græcis, durante adhuc bello, ſint interfecti, ante faciem Priami & Hecubæ parentũ. Dictys lib. 3. & 4.

Hector ab Achille interfect9, perforatis pedibus currui alligatus, raptatur ad naues Græcorum.

Hæc nomina tribuuntur ipſi 22. item 24. lib. Iliad. & apud Pindarũ 1. hymno Olymp.

etiam ipsi apud Homerum tribuitur: ipse inquam, τροίας ἄμαχος ἀστραβής τε κιὼν, ἐπίσκοπος ϗ μέγα χάρμα πόλει, παντὶ δὲ δήμῳ, μητρός τε νύκτας τε ϗ ἦμαρ εὐχωλὴ πᾶσι τε ὄνειαρ ϗ κῦδος, vt cum Homero ac Pindaro loquar) ab Achille tandem interfectus, anno eius belli decimo: qui perforatis pedibus alligatus currui Achillis, & per campũ raptatus, ac crudelissimè ab hoste habitus, cum ad naues Græcorum esset pertractus, cadauer ipsius multis ludibrijs atq; vulnerib. Græci affecerunt, insultantes mortuo, cuius viui ne aspectũ quidem sustinere audebant, ꝙ tunc

Homerus Iliad. χ. Virgilius 2. Aeneidos.

—μάλα δὴ μαλακώτερος ἀμφιφάασθαι

Iliad. χ.

Ἕκτωρ, ἢ ὅτε νῆας ἐνέπρησε πυρὶ κηλέῳ, quemadmodum de eo apud Homerũ scribitur: ipsis interim parentibus è muro Troiano eiulantib. ac afflictissimè se habentibus: cogitantibus nimirum, quantã Troianæ vrbis columnam, quantum & senij sui & suorũ protectorem ac defensorẽ amisissent: de prouidentia etiã dubitantes, vbi indignius tractari vident eum, qui nõ tantum de hominib. sed dijs etiã ipsis multo quàm alij præclarius meritus esse videbatur: quẽadmodũ solet id accidere ijs qui causas mortis, & deniq; calamitatum omnium ex verbo Dei non didicere: idq; tum maximè, cum bonis peius esse intelligunt plerunq; quàm improbis. Cuius rei causas explicari nõ posse putabant philosophi, quòd arcanæ ipsæ essent, ad quas paucorum posset peruenire curiositas: quemadmodum de ea re apud Gellium leguntur sententiæ. Tametsi alij etiã, inter quos est & Seneca, pectus illud castum & sanctum, ostendi eas posse contenderint: vbi apud Senecam de ea re hæc verba leguntur, quæ tametsi fontẽ malorum in mundo nõ monstrent, tamen de causa aliquid dicunt, & rectius quidẽ id quã aliorũ sentẽtiæ exponunt. habẽt autẽ Senecæ verba hoc pacto: Bonum virũ in delicijs Deus non habet, experitur,

Gentes quomodo sint affecti in malis.

Lib. 2. cap. 18. vbi ostenditur, quod optimi plerique pauperes & serui fuerint.

In lib. de Gubernatione mundi & ꝓuidentia.

peritur, indurat, sibi illũ præparat. Atqui Hector, & senex Priamus, nõ habebant quare suã innocentiã dijs obijcerent, ac Dei iniustã vltioné accusare meritò possent: cũ & peccatũ alienum, raptũ Paridis, ipsi vt magistratus probassent: & iam tum propria, tum aliena peccata, quorum se participes fecerant scientes atq; volentes, luerent. Ideoq; Priamũ toto eo belli tẽpore subinde tristiorib. malis dij cumulare nõ desinebãt, quòd innocẽs nõ esset, & ꝙ pœna propter vnius delictũ in omnes simul grassaretur.

Priamus & Hector quare iuste patiantur.

Vtrumq; autẽ malum fuit tristissimũ & grauissimum, videre in conspectu interfici Hectorem: & postea ad hostem Achillem, ipsum senẽ Priamum innumeris malis, senio etiam ipso iam confectũ, in castra proficisci: allatisq; plurimis munerib. ad pedes hostis supplicem abiectum, cadauer filij Hectoris miserabili habitu, ac lugubri voce ad sepulturã petere. Quæ si calamitosa, miseranda ac deflenda non sunt, nõ video quid tristius pingere voluerit in Iliade sua vniuersa Homerus. Ac rectè Priamus magnitudinem eius calamitatis mente reputans, quòd hostẽ, ac filij sui præterea dilectissimi crudelissimum occisorẽ, voce insuper amica ac supplici, ipse ad pedes eius abiectus, rogare, munerib. etiam placare ac conciliare sibi, cogeretur, coram ipso Achille lamentans, ac afflictissimè ἀχνύμενος, iure queritur, ꝙ πάντων ἀνθρώπων sit ἐλεεινότατος, cũ inquit:

Priamus profectus ad redimẽdum ad sepulturam cadauer Hectoris, fit supplex Achilli.

ἔτλην δ' οἷ' οὔπω τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος,
ἀνδρὸς παιδοφόνοιο ποτὶ στόμα χεῖρ' ὀρέγεσθαι.

Homerus libro Iliad. ω.

Ac ne postea etiam vnquam deesset Priamo ac Hecubæ vxori, doloris, curarũ ac mœrorũ materia, ipso adhuc bello durãte, filij quos ex Helena Paris susceperat interea, ruina cameræ omnes simul sũt oppressi: vnde maior pars eius calamitatis ad Priamũ & Hecubã redijsse, omnino est credibile, cogitantib. tum primùm, nimirum —ὅτι

Filij Paridis ex Helena suscepti, obruuntur lapsu cameræ. Dictys libro 4.

Theocriti Idyllio 33. Paris interficitur a Philocteta. Dictys lib. 4. Calaber lib. 10. a Dares Phrygius in fine Troianæ historiæ. Calaber libro 13. Euripid. in Troadib. Pausanias lib. 10. Ouidius 13. Metamorph.

εὐσεβέων παίδεσσι λώϊα, δυσσεβέων δ' οὔ. quemadmodum in veteris poëtæ versu piè & sapienter est indicatum. Non multo etiam pòst, Paris malorum omnium daduchus, ac eius belli fax & tuba, à Philoctete est interfectus.

Deinde capta iam Troia, postquam annis decē, mensibus sex & dieb. duodecim à Græcis ad eam esset [a] bellatum, sæuitū est pariter in omnes, maximè verò Priami familiam, ac eius vrbis principes, vt malorum omniū sibijpsis & Græcis etiā autores.

Astyanacta, Hectoris filium, de communi Græcorum omnium consensu, de turri altissima præcipitem deiecerunt.

b Calaber lib. 14. Lycophrō in Cassandra Virg. 2. Aeneid. c Calaber li. 13. d Calaber li. 13. Virg. Aeneid. 2. Dictys lib. 5. e Dictys lib. 5. Calaber lib. 13. Virg. 2. Aeneidos.

[b] Cassandrā, virginē & vatem, stuprauit in templo Mineruæ Aiax Locrensis, Oilei filius. Huius soror [c] Laodice, dum hostes persequentes conatur effugere, terræ hiatu viua est absorpta. [d] Deiphobum, cum quo Helena nupta fuit interfecto Paride, obtruncauit ac crudelissimè habuit Menelaus, Helenæ maritus.

[e] Senex etiā Priamus, confectus multis ingentib. calamitatib. suorū, ad arā Iouis Hercei, quò ipse senex cōfugerat supplex, à Neoptolemo Achillis filio miserrimè est occisus, in ipso natorū suorū sāguine abiectus, quos Pyrrhus spectāte ipso interemerat.

Virgil. 2. lib. Aeneidos.

—— Hic enim exitus illum
Sorte tulit, Troiam incensam & prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis terrisq; superbum
Regnatorem Asiæ. iacet ingens littore truncus,
Auulsumq; humeris caput, & sine nomine corpus.

f Polyxena mactata ad tumulum Achillis. Dictys lib. 5. Philostratus lib. 4. de vita Apollonij Tyanæi. Euripides in Hecuba. Calaber lib. 14. Ouidius 13. Metamorph.

Deinde Troia iam in cineres conuersa, & ante omniū hominū oculos prostrata, vt esset æternum exemplū iræ diuinæ in peccatores, cum iam Græci reditū in patriā pararent, ac prædā sortirentur: [f] Polyxenā Priami filiā, præstantē forma atq; pudicitia virginē, viuā ad tumulū Achillis immolant: præstātissimum

tisimum Græcorum, ac iampridem inter deos relatum, humana victima honorantes.

[a] Hecuba verò, quæ paulo antè Phrygiæ regina fuerat florentissima ac potentissima, cum seruitutis esset impatiens, ac propterea multa in Græcos maledicta & conuicia iaceret, ab ijsdem lapidibus est oppressa.

a Dictys lib. 5. Calaber lib. 14. Ouid. 13. Metam. vbi in canem cõuertitur.

[b] Andromache autẽ Hectoris vxor, cum Heleno vate & Priami filio in Græciam est abducta: quemadmodum & Cassandra paulo antè ab Aiace stuprata, ab Agamemnone, cui sorte in prædæ diuisione munus honorariũ ipsa cõtigit, Mycenas similiter in Græciam est aduecta: vbi, quemadmodum & [c] Agamẽnon, à Clytæmnestra, Helenæ sorore, paulo pòst miserè perijt interempta.

b Andromache vxor Hectoris a Pyrrho abducitur in Græciam. Dictys li. 5. Euripid. in Andromache, Virgil. 3. Aeneid.

c Homerus Odyss. λ & ω. Aeschylus in Agamemnone & Eumenidib. meminit etiam Pindarus cũ Euripide.

Posthæc Græci, qui in eo bello multos bellicosissimos viros desiderabant: [d] Palamedẽ, virũ sapientissimum ac eloquentissimũ, πάνσοφον illũ ἀνδόνα, ex Climene Agamemnonis sorore natũ, virũ præstantissimum, de quo plurimi scriptores multa prodidere: [e] Achillẽ etiã, & Patroclum, huius in omni vita comitẽ, in bonis ac malis constantem socium: & [f] Aiacẽ Telamoniũ, virũ stupendo robore præditum, à se ipso interemptum dolore repulsæ ac ereptorum sibi armorũ Achillis: ac plurimos alios, quos cõmemorare omnes hoc loco nõ est necesse, reduces, excipiunt mala plurima. [g] Pleriq; enim in reditu malè perierunt in mari, tempestatib. attriti, à Minerua, cuius templum Aiax Oilei polluerat, per vim in eo violata Cassandra quæ ad Mineruæ statuam supplex confugerat. Quare [h] non tantum ipsũ Aiacẽ in mari malè perdidit, ac qui vnà nauigabant cæteros quoq; Græcos ibidẽ in tempestate submersit: sed [i] Locros etiam propter eundem Aiacem diuturna fame afflixit, quod tale portentum ipsi aluissent ac produxissent. Alij, etiamsi

d De obitu Palamedis vide Daretẽ Phrygium. Dictyn li. 2. Pausaniam lib. 16.

e Achilles interfectus a Paride. Dictys li. 4. Calaber lib. 4. Patroclus autẽ ab Hectore Iliad. π

f Dictys lib. 5. Calaber lib. 5. Sophocles in Aiace. item Odyss. λ. Ouidius 13. Metamorph.

g Quæ Græci in reditu fuerint experti.

h Odyss. δ. Calaber libro 14. Virgilius. 1. Aeneidos.

i Lycophron in Cassandra.

qui è tempestatib. euaserunt, domum non sunt reuersi: sed in peregrinis terris, pertæsi tot malorum, quib. terra mariq; exercebantur, propter vnius delictum, sedes ponentes, quod reliquum fuit vitæ absoluerunt. Quia verò diutius etiam Græci ad Troiam abfuerant, ac in castris suas pleriq; principes concubinas captiuas habuerant (vt solet id sic in bellis accidere, vbi magna peccandi solet esse licentia & scelerum impunitas) vxores ipsorum diuturnam illam absentiã ægrè ferentes, ipsæ quoq; interea alios amatores, quos sectarentur, repererunt: ac reuersos tandẽ suos maritos seu interfecerunt, seu regno expulerunt: quemadmodum exempla non pauca sunt apud Lycophronem, Homerum, Calabrum, Dictyn, Virgilium & Ouidium.

Græci reuersi quomodo a suis vxoribus sint accepti.

Postmodũ vastata iam Troia, pœnæ apud Troianos, etiãsi qui ex eius belli incendio sospites cum paucis aliquot euaserant, longius etiam vagatæ sunt, per longam posteritatem, ac annorum seriem immensam. Aeneas namque, cum quo nupta fuit Creusa Priami filia, aliàs quoq; sanguinis cognatione ipsi Priamo deuinctus, multis malis terra marique iactatus, tandem in Italiam peruenit: quemadmodum id oraculis iam olim fuerat prædictũ. Vbi quæ bella gesserit, quæ mala ac pericula etiam pertulerit, tum multi alij prodiderunt, tum Virgilius quoq; in sua Aeneide id indicauit.

Aeneas venit in Italiam: Liuius Decadis 1. libro 1. Dionysius Halicarnass. lib. 1. ἀρχαιολογίας ῥωμαϊκῆς. Plutarchus in Romulo. Virgil. in Aeneide. Ouid. 13. Metamorph. Lycophrõ in Cassandra.

† Ab eo cum generis sui primordia caperent Romani, cũ iam Roma caput esset domiti orbis, ipsiq; rerum domini, imperium orbis terrarum multis victorijs ac triumphis præclarissimis sibi peperissent, suæq; potentiæ omnia subdita fecissent, profligatis ac superatis plerisque omnibus qui ipsorum potentiæ resistere ac aduorsum ire possent: ipsi postea inter se ipsos æternis bellis, seditionibus, concertationibus ac digladiationibus de summa imperij

† Romani oriundi a Troianis, æternis bellis inter se ipsi conflixerunt.

perij acerrimè conflixerunt: ac bellis intestinis inter seipsos æmulatione quadā potētiæ ac gloriæ excitati, Rempub. Romanā miserè afflixerunt, ac se suosq; etiā tandē obtriuerunt, quēadmodū de Cinna, Perpēna, Catilina, Carbone, Domitio, Mario, Sylla, Catilina, Pompeio, Cassio, Bruto, Cæsare & Antonio, Plutarch. & alij Romanæ historiæ scriptores plurib. id prodiderunt. Ij namq; Romam, patriā suā, sanguine ac cadauerib. repleuerūt: nec tēpla deorū, nec vllū locum purum à cædib. reliquerūt, quarum Romæ & in Italia nec finis fuit vnquā, nec numerus. Iidemq; tot ciuium millia interemerunt, quot ne numerare quidē cuiquā facile extitit: qui dominos etiā, ciuesq;, innocentes & bonos viros, suā tyrannidē nō probantes, crudeliter mactarunt, horumq; vxorib. per vim etiā se cōmiscuerunt, aliaq; nefanda cū eorundē liberis filijs ac filiab. patrarunt, quæ mens etiā meminisse & horret & expauescit: vt quiduis potius Romæ esse rectius ac consultius fuerit, quàm ciuem, seu dominum etiam, eius vrbis, quæ perpetuis dissensionibus, cædibus, ac sanguine suorum conspersa quassabatur. Idque ideo maximè, quod de summa imperij quisque pro se certabat: quò per cædes, per sanguines ac bonorū virorum mactationes, nec aliter, erat eundū ac veniendum. Ideoq; dignitates, honores & magistratus petituri, in forum descendebant, nō precibus freti amplius, virtutis etiā aut rerum à se præclarè gestarū conscientia, aut largitionib. confisi, vt antea consueuerant: verùm armis, gladijs ac exercitibus plerunq; ad pugnā instructis stipati, ipsi sine suffragijs seu senatus seu populi, consulatus ac alios quos volebant magistratus, ac potestates, suis rebus, quas habebant in manibus, commodas sibijpsis rapiebant, per cædes, per sanguines, viā & aditū ad eas sibi struētes: nō amplius iā candidati, sed

De eo vide Plutarchum in vita Marij, Syllæ, Bruti, Pompeij & Cæsaris.

Quæ fuerit causa æternorum bellorum inter principes Romanos.

Quomodo cādidati Romani magistratus petiuerint.

Exempla vbique leges apud Plutarchum in vitis.

ſed mactationibus bonorũ, eorumq́; ſanguine madidi & cruentati ipſi ἀδελφοὶ διαδοχῶντες θηκτῷ σιδήρῳ οἶκον, iuxta imprecationẽ illã Oedipi tragicã: ſibi maximè dictũ, ac ad ſe pertinere primò omniũ exiſtimantes, id ꝙ Pyrrhus Epirotarum rex, dux & bellator egregius ac fortis, reſpõdit rogãti filio, cui regnũ relinqueret mortuus: τῷ, ὃς ἂν ὑμῶν τὴν μάχαιραν ὀξυτέραν ἔχῃ: Ei, inquit, qui ex vobis gladium acutiorem habebit.

Legitur apud Euripidẽ in Phœniſsis, & apud Plutarch. in Pyrrho.

Apud Plutarchũ in vita Pyrrhi.

Potentiam autẽ deinde conſecuti, cum ad ſummũ dignitatis, gloriæ atq; honoris faſtigiũ perueniſſent, miſerabilẽ plerunq; pleriq; vitæ exitum ſunt ſortiti, vel bello laceſsiti ab alijs, qui horũ potentiã demolitam ac ad ſe translatã volebant: (quemadmodum de Pompeio ſcripſerunt hiſtorici, cuius gloria ac potentia tanta fuit, quanta nemini obtigit poſt Alexandrum. Ipſe namq; Pompeius ſolus, de omnib. partib. orbis terrarũ triũphos aliquot glorioſiſſimos egerat: de quo quiduis dici ſcribiq́; potuiſſe, quẽadmodũ de Ageſilao illo Xenophontico, Plutarchus in eius vita retulit. Verũtamẽ quã turpi ac miſero mortis genere vitã clauſerit, ab ijs necatus quos multis beneficijs ornauerat, quis id ignorat? vel etiam à populo, qui ab initio malè ſemper mereri ſtuduit de optimis, & quib. vitã, ſalutem, patriam, ſeq́;, vxores ac liberos debebat, quoſq́; paulo antè ſeruatores ac patriæ patres nuncupauerat, poſt res multas præclariſſimè geſtas, poſt multos labores, plurimaq́; pericula publicæ vtilitatis gratia ſuſcepta, poſtquam vix res ſuas eò quò volebant ſe perduxiſſe exiſtimabant, ſeu exilijs, ſeu bonorum proſcriptionibus, ſeu etiam ipſa morte, facile vndecunque etiam arrepta cauſa (πολύτροπος γάρ ἐστιν ὅμιλος, quemadmodum à vetere poëta dicitur) ſunt multati. ꝙ populo Athenienſi apprimè fuit familiare ac ſolẽne: vt de Themiſtocle, de Thucydide, Phoci-

Plutarchus in Pompeio.

Pompeij corpus in Aegypto ad littus abiectũ eſt, auulſo humeris capite. Plutarch. in Pompeio.

Romani quemadmodũ & Græci, plerunq; male merebãtur de viris bene meritis.

In Phocylide.

Plutarchus in Themiſtocle, in Moralib. etiam, & Athenæus. de Phocione, Plutarchus: Thucydide, qui hiſtoriam belli Peloponneſiaci in exilio ſcripſit, iuxta ſyluam Scapten nomine, Plutarchus in libro de exilio ac Marcellinus in Thucydidis vita.

Phocione,& multis alijs præſtantibus viris, ac de patria, imò vniuerſa Græcia optimè meritis, notæ ſunt hiſtoriæ. Vel etiam pactis fœderibus inſcio populo,à paucis aliquot ex inſidijs ſunt oppreſſi.veluti de Iulio Cæſare,qui Romanum imperiũ multis clariſſimis triumphis atque victorijs auxerat ac ornauerat, iamq; ſolus ſummam rerum tenebat, eſt proditum : quòd à Caſſio & Bruto, ac horum conſortibus in ipſo ſenatu, viginti tribus vulneribus crudeliſſimè ſit interemptus: ita vt nullus ipſi fructus de tot laboribus, tot rebus præclarè geſtis, obtigerit in vita, præter nomen & inuidiam: ac tandem mors calamitoſiſſima, & tanto principe minimè digna.

Iulius Cæſar viginti trib. vulneribus confoſſus in ſenatu. Plutarchus in Bruto & Cæſare.

Horum malorum omnium cauſam, ab ipſis Troianis longius etiam repetitam,cum diligentius inquireret poëta Latinus Virgilius,hoc verſu indicare voluit :

Laomedontiadæ luimus periuria Troiæ. Solent enim pœnæ ſæpe vagari latius, & propagari à parentibus etiam in poſteros. quemadmodum in verſibus Solonis id indicatum eſt :

Virgil. lib. 1. Georgicorum.

— ἀναίτια ἔργα τίνουσιν
καὶ παῖδες τούτων ἡγεμόνων ὀπίσω.

In elegia de Muſis,apud Stobæum, oratione 7. de Iuſticia.

Quare quum ampla & luculenta ſit eius belli materia,ita vt omnium hominũ ſcriptiones facile ſuperet : Tryphiodoro etiam,poëtæ Aegyptio,placuit vnam aliquam Troianæ hiſtoriæ partem verſu ſuo deſcribere. Scripſit itaq; Troiæ excidium. In eo, tametſi breui poëmate, multa inſunt abſtruſa, nec paſſim obuia : quorum expoſitionem, niſi ex veterum Græcorum, nec horum etiam vulgarium authorum lectione, ad ipſum Tryphiodorum attuleris, pleraque eius poëmatis, ænigmatica ac obſcura prorſus illicò tibi apparebunt, manebuntque.

Tryphiodori Troię excidium.

In Græco exemplari qd præstitum.

Id nos poëma ex Græco latinum fecimus, ac cũ textu Græco coniunximus, vt ab adolescentibus eo facilius conferri ac legi posset. Cæterùm, quia in Græco exemplari (quo nos vno vsi sumus, vtpote quod Aldus Manutius, de republica literaria plus quàm optimè meritus, iam olim cum Calabro dederat) plerique loci fœdè erant deprauati, ac temporis iniuria, seu etiam librariorum inscitia, aut maiorum nostrorum incuria miserè erant corrupti ac deformati: conati sumus sedulò, vt ijs restitutis, veram lectionem Lectori indicaremus.

Expositio Tryphiodori quo modo & vnde conscripta.

Porrò etiam, quia multæ inerant fabulæ, & huiusmodi aliæ narrationes, ad quas sæpè vix obiter poëta alludere videbatur, ac alia quoque non pauca essent quæ expositionem desiderarent, nec ea in parte deesse adolescentibus voluimus. Conscripsimus itaq; eius poëmatis expositionem ex optimis authoribus Græcis atque Latinis. Ibi verò id maximè efficere sedulò studuimus, vt id poëma adolescentibus facile, gratum atque familiare faceremus, sublatis inde omnibus quæ horum intellectum remorari posse videbantur, ac propter quæ autor ille hactenus paucis notus, à paucioribus etiã lectus & intellectus, in tenebris apud paucos quosdam, apud quos in bibliotheca ipsorum locum inuenerat, vel propter argumenti vetustatẽ, vel quamcunq; aliam causam, sine vllo vsu delituisset. Ac speramus, bonos omnes studium nostrum, quod eo animo ei poëtæ impendimus, probaturos.

Vobis verò, viri amplissimi, Consules atque Senatores sapientissimi, ac scholæ vestræ laudatissimæ, eam nostram lucubrationem inscribere voluimus, iam olim ab amicis admoniti, qui vt id faceremus, multis nobis rationibus persuadere sæpius sunt conati: tametsi ipsi etiam sat rationũ haberemus. Sciebamus enim, & à puero etiam audiueramus,

ueramus, quum adhuc domi in patria, sub dilectis parentibus, in schola à præceptoribus optimis & eruditis viris institueremur, quantum studij, operæ atque diligentiæ in eo poneretis, vt vestra Respub. quam autoritate, consilio & sapientia vestra sapienter gubernatis & regitis, honestis disciplinis & legibus honestissimè posita esset, & constituta: ita vt ea tantum non vt norma quædam à plerisq; magnis viris prædicaretur, ad quam multæ aliæ respublicæ, felices futuræ, sint conformandæ. fuit tum laus illa non minima, sed multò omnium maxima. Præterea etiam, necdũ nobis exciderat, quod nostro quoq; tempore, ea vobis laus præ multis alijs in Silesia ciuitatibus tribueretur, quòd hoc ageretis non minori studio semper, vt Ecclesiæ & scholæ vestræ optimos ac doctissimos viros, nullis sumptibus impensisq; parcentes, præficeretis, qui & doctrinã de filio Dei purè & incorruptè docerent: ac pietatis capita, tum linguas Græcam & Latinam, atq; artium dicendi elementa iuuentuti fidelissimè proponerẽt. Ac quia ipsi quoque prudentia, iudicio & alijs virtutibus, viris consularibus atq; senatorijs dignis, excellitis: sperabam me huic meæ lucubrationi vos tales patronos reperisse, quales eos mihi amici boni & eruditi viri iam olim prædicassent, qualesúe optare alios nemo debuisset. Accipite ergo nunc, Consules ac Senatores sapientissimi, domini atq; patroni perpetuò mihi obseruãdi atq; colendi, autorẽ optimũ, mea opera conuersum & expositum, clementer ac benignè: eoq; animo, quo ferũt boni omnes vos accipere semper consueuisse cuncta quæ publicæ vtilitatis discentium atq; Ecclesiæ causa suscepta atq; elaborata, nõ obscurè animaduertitis. Ac Neandrũ, qui se suaq; omnia iampridẽ discentiũ commodis χρηστῶς καὶ κλῆσιν despondit, vobis commendatũ nunc habetote. Pro eo officio

S 2 ego vo-

ego vobis contrà, ſapientiſſimi viri, meam operam, ſtudium & gratitudinem perpetuam cum omni obſeruantia & reuerentia promitto. Anno Chriſti 1559. 5. Martij.

V. Praſtant.

deditiſsimus

Michaël Neander
Soranienſis.

DOCTRI-

DOCTRINA AC VIRTVTE PRÆSTANTISSIMO VIRO D. M. OTHOMANNO GORLICENSI, AC optimis viris scholæ Gorlicensis rectoribus, nec non & eiusdem scholæ scholasticis, bonæ spei iuuenibus:

MICHAEL NEANDER SORAVIENSIS

εὖ τε καὶ καλῶς πράττειν.

Ἔκπαγλον τῶν αὐτῇ ἁμαρτιάων,
χἀκ θεῶν ποιναὶ μεγάλαι ἔασι,
ὡς σοφῶς πολλοὶ φρονίμως τ' ἔγραψαν
τῶν πάλαι ἀνδρῶν.
ἄστυ εὔκλεινον σολύμη ὑπῆρχεν,
ἱερὰ κληθεῖσα πόλις, παλαιῶν
μείζόνων οἴκημα πατρῶν τε, πολλῶν
καὶ βασιλήων.
δῶμα παμπληθῶν ἱερῶν προφητῶν,
τῶν καὶ ἄλλων ἐλλογίμων ὁμοίως,
εὐσεβῶν μυστῶν, ἀρεταῖς τ' ἀρίστων
πάντοτε ἀνδρῶν.
αὕτη οὐχ' ἤκουσε μόνον ζαθέων
μυσταγωγῶν, τῶν τε καὶ ἱεράρχων
θεσπισάντων, καὶ τὸ θέλημα θεῖον
ἐκφανερούντων.
μήτε μοῦνον τοὺς σοφίᾳ ἀρίστους
ἠὲ λῴστους, οὐδὲ διδασκάλους, οἷς
τῆς ἀπ' ἀρχῆς κόσμος ὄπωπεν οὔτος
μήπω ὁμοίους.
πλήν γε τοῦ παντοκράτορος θεοῖο
τέκνον ἤθρησέν γε θεοῦ ἀληθοῦς
τοῦ καὶ ἐξ ἀρχῆς μετὰ πατρὸς αὐτοῦ
ὄντος ἀκοῦσεν.
ὃς σαφῶς καὶ οὐρανὸν ἠδὲ γαῖαν
πάντα καὶ θνητῶν μερόπων ὅμιλον,

ἀγγέλων τῶν θεοσεβῶν τε ἱερὸν
πλῆθος ἔπλασεν.
ἔστις εἰς κόσμον κατέβησε ζωὴ
τυγχάνων, καὶ λαόσος, βιαρκὴς
λύτρον, ἐλπὶς, καὶ φερέζωος, ἀνδρῶν
εἵνεκ' ἀλιτρῶν.
ὃς καὶ ἀνθρώπεια ἔλεσκε γυῖα,
καὶ περιβληθεὶς μερόπων πρόσωπον
δωρεὰν πάντας ῥ' ἐθέλων σαῶσαι
ἐκ θανάτοιο.
εἰσιὼν κόσμον ξένος εὐρύχωρον
κοσμίως, καὶ πήματα πόλλ' ἀνέτλεν
κ' ἐν κακοῖς πλείστοισι βίον διῆγεν
ζωὴ ὑπάρχων.
δεῖξε παμπληθέσσι γε σημάτεσσι
χριστὸν εἶναί σ' ἀνδρομέην γενέθλην,
ὃν πατὴρ λυτρῶσαι ἑκὼν προῆκε
ἐκ κακότητος.
ποικίλας νόσους ἀκέσατο προθύμως
χειρὶ, τοῖς πολλοῖς ἐναρεῖσι ζωὴν
πᾶσι, ξὺν τῇ λύσει ἀλιτριάων
δῶκεν ἀλιτροῖς.
τὸν βίον τ' ἀνδρῶν ἀτυχοῦντα πρόσθεν,
μυρίαις εὐεργεσίαις ὀφέλλων,
ἔμπαλιν δὴ εὐτυχίας τε αὐτοὺς
μοῦνος ἔπραξεν.
κηρυγὼν ἤγγελλ' ἀγαθοῖς, ἀλήκτως
ῥήμασιν χριστόν σ' ἔμεναι ἀληθῶς,
παῖδα γεννηθέντα τοῦ ἐκ πατρὸς
πᾶσι βροτοῖσι.
μοῦ με γεννητὴρ ἀπάτωρ λυτῆρα,
εἶπε, ἱρὸν τῆς βροτέης γενέθλης
ἐμφανῶς, δεῖ ὡς ἀπολωλεκυίας
ὧδε προῆκε.

πάντα

παῦτα πρόσαξίν με διδάσκει ἰὴς
ὁππόσ' ἀνθρώποις τελέθει δέξιων,
οἷον εἰς χριστὸν μόνον, ὥσθ' ἅπαντας
ἐλπίδα θεῖναι.
τοιγαροῦν θνητοὺς ἐδίδαξε πάντας
ἔμμεναι τοὺς ἀϊδίου βίοιο,
τοῦ λόγου, μετόχους ἀληθῶς
ἀμφαγαπῶντας.
οἷσιν ἠμερτῆς πόθος ἐστὶν αὐλῆς.
ἵμερος καὶ ἀενάοιο ζωῆς.
ῥημάτων δ' οὖν γνῶσιν ἔχει μάλιστα
τῶν θεοπέμπτων.
τοῦ βίου γὰρ δῶρα, ἃ μὲν γενητῆς "
τοῖς μὲν ἀνθρώποις ὁσίοις δίδωσι, "
πίστις ἡ μόνη ἁγίων λόγων τε "
γνῶσις ἔασι. "
ὄλβιος πάντως πέλεται, ὃς ἴσχει "
ἐλπίδας μούνῳ ἐνὶ χριστῷ αὐτοῦ, "
ῥημάτων τοῖς ποσσὶ τρίβων ἀλήκτως "
ἴχνια θεῖα. "
ἀλλὰ τοιοῦτος γέγονεν διδάσκων,
αὐτῶν, οὐδεὶς ἐστι λόγους ἑαυτοῦ,
ἄξιον τούτων μελέδημα ποιῶν,
ἀμφαγάπησε.
ἄστυ καὶ κλεινὸν σολύμων ἰησοῦ
οὐ θέλεν δωρήματα θεῖα στέργειν,
πασέων μᾶλλον δ' ἀγαθεργιάων
εἶχεν ἀπεχθῶς.
καὶ τρόπον τοῦ: ἐν μεγαλοφρονοῦσα,
μείζονως ἤρξεν, κακὰ ἔργα δρῶσα,
γαυριᾶν, κ' ἄλλων τραγέων ἀέθλους
κάρτα φιλῆσαι.
αἰσχρὰ πρὸς, θυμὸν τὸν ἀμείνονα ἐν
ἀσμενὴς ῥιφθεῖσα, κακουργιάων

παντὶ

παντὶ τῷ κάρτει δυνάμει θ' ἁπάσῃ
ὡς ἐπάκουσεν.
ὥσθ' ὑμᾶς ἄῤῥητα θεῖο δῶρα,
ἤδε τὸν χριστὸν βασιλῆα πάντων
κτισμάτων, χρισμήτορα τῶν γε ἡμῶν
λοιδορέασθαι.
νηλέως πληγῇσιν ἔπληξεν αὐτοῦ
σῶμα, καὶ ποιοῦσα κακῶς ἐκεῖνον,
γυῖα τοῦ δεσμοῖς, κεφαλήν τ' ἀκαίθαις
δεινὸν ἔπειρεν.
ὅς ῥα τοῦ παῖδας γενέταο ἡμᾶς
ζητέων πάντας μέροπας ποιῆσαι,
μυρίων ἀχθῶν ἐμόγησε σκληρὰ
οὐ χάρις ἐστί.
αὐτὶ γὰρ τόσσων ἀγαθῶν ἔλεξεν
τὸν κακῶν τῶν ἐργόπονον μεγίστων,
οὐ πόνων, αἷθ' ὧν ἔπαθεν καλίστην
δοῦσα ἀμοιβήν.
τοιγαροῦν ἴσην ἀχαριστίας ἧς,
τῶν παλαιῶν δὴ κατὰ ῥῆμ' ἀληθὲς,
ἡ πόλις τίσιν ῥ' ἀποδοῦσα πάντως
ἱρὰ ὄλωλεν.
ἀνέρων τόσος καὶ ἐκεῖθι ὄχλος
τῷ χρόνῳ κείνῳ ἀπόλεσσεν, ὅσσον
μὴ σαφῶς ῥᾶον τίς ἔχει ἀριθμὸν
ἐξαγορεύειν.
συμφοραῖς πλείστῃσι καμόντες, ἄταις
καὶ κακωθέντες κατὰ θυμὸν αἰναῖς,
μηδὲ τῶν ἄμπαυμα κακῶν ὁρῶντες
πότμον ἔφιασεν.
οἱ δὲ λιμῷ τηκόμενοι ἀτερπεῖ,
καρδίην οἱ τὴν νοσερῶς ἔχοντες,
εἵνεκεν τοῦ λοιμοῦ, ἀπέῤῥοον, ἐχθρῷ
οἱ δὲ σιδήρῳ.
λοιποὶ αἰσχύνης, μεγάλων τ' ὀνειδῶν
ἔμμοροι, ἔργοις ἐπὶ ἔργα αἰὲν

ἐκπονοῦν-

ἐκπονοῦντες, θυμοβόροις μερίμναις
ἤθιον ἦτορ.
θήβη ἀρχαίη τὸ παλαιὸν οὕτως,
πρόρριζως λυθεῖσα ὄλωλ' ἕκητι
δυστυχοῦς τέκνου, βασιλῆος, οἷον
οἰδιπόδαο.
ὅς γε γεννητῆρα λαβὼν ἔκτεινε
τῆς κ' ἰωκάστης ἰδίης τεκούσης
ἧς πόθῳ θυμοῦ ἀνεκαύθη ἐντὸς,
ἦγεν ἄκοιτιν.
οὗ χάριν ξύμπασα πόλις κρατίσταις
ζημίαις φθαρθεῖσα, νόσοις τε λυπραῖς,
τῶν πονηρῶν τοῦ βασιλῆος ἔργων
πρῶτον ἐπαυρεῖ.
δεύτερον κ' ἄμφω κατέχει ἀδελφὼ
τοῦ κακοῦ τούτου μέρος, οὓς ἔτικτεν
ἡ ἰωκάστη παράκοιτις υἱοῦ
οὐ θέμις αὐτῆς.
τὼ μάχην ἀρχῆς περὶ τοῦ πατρῴας
δυστυχῶς ποιοῦντ' ἐπιθυμέοντε
καρδίαις, πρωτόθρονον εἰνὶ αὐταῖς
σκῆπτρον ἀνίσχειν.
ὑσμίνης δ' οὔσης γλυκεροῦ βίοιο
οἱ ἄπτεροι, πίπτον ἔραζε, κ' ἐχθροῖς
φασγάνοις τετρωμένοι ἐντὸς, αἰνὰ
τραύματ' ἔχοντες.
πρὸς μμάτων μήτηρ τὸ δρακοῦσ' ἀδελφοὺς
υἱέας, τοὺς ἀμφοτέρους θανόντας,
καρδίαν τυφθεῖσ' ἀνιηρῆσι λύπαις
δεινὰ πέπονθε.
υἱέων ἄοσσον ποτιοῦσ' ἀνεῖλεν
ἐξ ἑνὸς μηροῦ· ξίφος ἐξαπίνης
τῶν κακῶν ἀλκτῆρα, δοτῆρ' ὁμοίως
τοῦ θανάτοιο.
τῷ κ' ἑὸν ἀποδῦσα μέγιστον μεγίστῳ
ἤλασεν στέρνον τε πεσοῦσ' ἐχυταῖς

ὠλέναις ἡμᾶς περιεῖχεν, ἄτην
πολὺ μεγίστην.
οἰδίπους τ' ὢ γῆρας ἔτλην ὄλεθρον,
συμφοραῖς ταύταις μεγάλαις βαρυνθείς,
φρεσὶ καὶ δειναῖς ἄτης κακωθείς,
ἔρριπτεν ὄσσε.
εἶτα τὴν γαῖαν πατρίδος φυγόντα,
γῆ περιπτύξασα ἑοῖσι κόλποις,
δέξατ' αὐτὸν, καὶ καθάπερ κάθαρμα
κεῦθεσ' ἔκρυψεν.
κἀκ μέσου θνητῶν σφαλερῶν ἀφεῖλεν
μὴ μιαίνῃ τῇ κακότητι ἄλλους
ἢ σελήνη ὠχριᾷ ἢ ὁ φοῖβος
αὐτὸν εἰσαθρῶν.
οὕτω δ' εὔπυργος καὶ ἄπωλε τροίη,
ἡ μὲν ὑψωθεῖσα πάρος γ' ἀοιδῶν
τῶν γε πάντων εὐκελάδοις λόγοισι
πανταχοῦ αἴης.
νῦν γὰρ ἀνθρώπων προπάροιθ' ὀπωπῶν
κεῖται, ἐκλυθεῖσα, πάρος τὸ κ' εἶδος
ξυνόλως συντριφθὲν ἄπισιν, ἐχθροῖς
χερσὶν ἀχαιῶν.
ἄμμι καλλίστην διδαχὴν βροτοῖσι
τοῦ θεοῦ παρδοῦσα ἀφύκτου ὀργῆς,
ἣν ἔχει πρὸς τοὺς ἀθέμιστ' ἀλλήλοις
ἔργα ποιοῦντας.
» ὁρᾷ οὖν τῶν ἀκροτάτων καρηνῶν
» κύριος, γαίης τε καὶ εὐρυχώρου,
» εἰσαθρῶν πάντας, τὰ ἅπαντα κρίνει
» κρίμασιν ὀρθοῖς.
» ἀντὶ τῶν ἔργων ἀγαθῶν ἀμοιβὴν
» ἀξίαν θνητοῖσι τίθησι, καὶ τοὺς
» εὐσεβεῖς πάσαις ἐν συμφορῇσι
» κάρτα βοηθεῖ.
» τοὺς πονηροὺς δ' εἶσι κακουργίας γὰρ
» ἵμερος ξύμπαν κατὰ ἦμαρ ἐστὶ

εἰσαεὶ τίει, ἐνὶ στήθεσι φρεσὶν “
αἰνὰ χολωθείς. “
οὗ λόγον πλεῖστον νομίμοισι ποιεῖ “
τό γε τῶν θεοστυγέων ἁπάσας “
πράξιας μισῶν, ὁσίης ἐρᾶται “
σωφροσύνης τε. “
ἐκπάγλως τοὺς κοινολεχεῖς κολάζει “
ξὺν ἅπασιν δρῶσιν ἀτάσθαλ' ἔργα, “
τῶν γε μνηστῶν γῆθεν ἀφαιρεῖ, ὄμμα “
ἔκδικον ἴσχων. “
παντελῶς τοὺς παρβεβαῶτας ἀνδρῶν
τὸν νόμον θεῖον, χαλεπήν γε ποινὴν
λαμβάνειν τῶν αὐτὶ κακῶν ὁρῶμεν
ὧν ἀδίκησαν.
ἀξίη πάντας κίχε ἀμπλακοῦντας
ζημία, καὶ ὑπερβάσεως ἕκαστος
τῶν γε μοιχειῶν ἀποκωλυκτῶν
ἔμμορεν ἄθλου.
ξυνόλῳ γ' ἀνὴρ δυσεβὴς ὁμίλῳ “
πολλάκις καὶ οἴσει ὀλοὸν ὄλεθρον, “
ἠδὲ χώρῃ, ὡς κακιῶν ἀπαυρεῖν “
ὧν ἀσέβησε. “
ὡς πάρις κλεινὸς πριάμοιο υἱεὺς
νυμφοκλέπτης ἐριδηλὸς αὐτὸς
τῷ κακὸν πολυχρόνιον, πατρώῳ
ὕδατι θῆκεν.
πρῶτα γὰρ ῥητὴν πόλιν, ἔργον ἐστὶν
τοῖν θεοῖν, φοίβου τε καὶ εὐτειχέος
ὑσμίνῃ δεινῶς δεκετεῖ ἔθλιψαν
λαοὶ ἀχαιῶν.
εἶτα πρὸ ὀφθαλμῶν πολιῶν τοκήων
τέκνα ἐχθίστως ἀγάπης ἔπεφνον,
καὶ εἰς δόμον στυγνοῦ ἀΐδα ἔπεμψαν
θυμὸν ἑλόντες.
κηρὶ κεκμηῶτα κακοῖσι πλείστοις,
τὸν πολύχρυσον πρίαμον γέροντα

τοῖς ἰουλίζων κροτάφοισι πύῤῥος
κλεινὴ μάχαιρα.
ἡ δὲ μήτηρ δουλοσύνης ἀπεχθοῦς
ἔμμορος, κ' αὐτὴν χαλεπῶς φέρουσα,
τέθνακεν βληθεῖσα λίθων οἰστοῖς
ὠκυμόροισιν.
ἡ δὲ κούρη ἀμφιπόλος θεμίστων,
δῆτα κασσάνδρη θυγάτηρ, βιαίως
λόκρου ἠσχύνθη ὑπὸ τοῦ δὲ τέκνου
τοῦ οἰλῆος.
τὴν κασιγνήτην δ' ἐρατὴν ἑαυτοῦ
τὴν πολυξένην κατέσφαξε πύῤῥος,
ἐκδικεῖν πότμον μεμαὼς θανόντος
αἰακίδαο.
τόν γ' ὁμοίως ἀστυάνακτα τέκνον
ἕκτορος πύργων ἀπὸ ἠλιβάτων
ὑψόθεν ῥιφθέντα κάτω, χολωθεὶς
κτεῖνεν ὀδυσσεύς.
λοισθίως πρησθεῖσα ἀθεσφάτοισι
φλοξὶν εὐκλεινὴ πόλις, ἐμβεβῶσα
καὶ ἀκίνεσσιν τὸ πάρος θεμέθλεις
ἐξολοθρεύθη.
ταῦτα ὧδ' ὁ τρυφιόδωρος οὗτος
ἱστορεῖ, θνητοὺς ἐθέλων διδάσκειν
ὥστ' ἀναγνόντας τάδε, ἢ πυθόντας,
ἐσθλὰ πονεῖσθαι.
καὶ ἀφελκύειν διανοίας αὐτῶν
μανθάνειν ἔργων ἀπὸ τῶν πονηρῶν,
καὶ γάμους πάσῃ δυνάμει ἀσελγεῖς
πάντοτε φεύγειν.
καὶ τέλος μοῦνον περὶ σεμνότητος
τὴν γε τῶν σπουδὴν ἀρετῶν ἁπασῶν,
νύκθ' ὅλην καὶ ἤματα παίθ' ὑπάρχειν
τῶν θεαρέσκων.
προφρόνως καὶ ἐκτὸς ἀλατρειῶν
νῦν ἐπιστρέψαντας ἐπ' ἐσθλ' ἀλήκτως,

εὐσεβῶς

εὐσεβῶς ζωὴν διάγειν, θεοῖο
        μνήμονας ὀργῆς.
τὴν ποιητὴν εὖ μεταπεφραδμένην
νῦν καλίστως ἐξεπονησάμεθα,
καὶ ἅμ' ἐξηγησάμεθ' εἰνὶ χρῆσιν
        τῆς νεότητος.
σοὶ δ' ὀθώμανε προφερέστατ' ἀνέρ,
ξεῖν' ἀγαφθεγκτῶν χαρίτων ἄριστε,
ᾧ δὲ τὰ πρωτεῖα νέμειν μάλιστα
        θυμὸς ἀνώγει.
τοιγαροῦν τὰ πρῶτά σε τῶν ἁπάντων
ἀνέρων ῥητῶν κορυφαῖον ὄντα,
εἰνὶ τῷ νῦν ἡμετέροις λόγοισιν
        δεῖ προσειπεῖν.
ἐστὶ γὰρ πολλαῖς ἀρεταῖς φαεινός,
καὶ μεγίστην δόξαν ἔχεις, κλέος τε
ταῖς ἐπὶ γλωττῶν πολυϊδρίῃσι
        πάντῃ ἄριστον.
ἐκ διὸς κούραις διδαχαῖς ἀρίσταις
ἀνθέων, τῆς γαλλικίας γλυκίστης
πατρίδος σῆς, πολύφατόν τε κλεῖτο
        κῦδος ὑπάρχεις.
προστάτης γὰρ γυμνασίου ποιηθεὶς
εἰνὶ τῇ γαίῃ πατρίδ' οὐκ ἀβούλως
σοὶ τὰ, σὴν δόξαν μεγάλῃ, δοθέντα
        σκῆπτρα δίωκες.
οὗ χάριν πάντων ἀγαθῶν τε καλῶν
ἀνέρων εὔνοιαν ἔχεις πρόθυμον,
καὶ ἐν ἀνθρώπων στομάτεσσ' ἁπάντων
        κείμενός ἐστι.
καὶ μὲν εὐανθής σ' ἀγαθῶν ὅμιλος
εὐλογεῖ, τιμᾷ, φιλεῖ, εὐστομεῖ τε
εἰκότως, καὶ εὐκελάδοις ἐπαίνεις
        οὔνομα ὑψοῖ.
ἄξιος καὶ εὐστομίης μεμίχθαι
τῶν βροτῶν, τιμήν τε ἔχειν εὔκλη.

πανταχοῦ καὶ τοῖς παρὰ ἀνέρεσσιν
εὐδοκιμῆσαι.
ἔργμασιν γὰρ καὶ ἀρεταῖς ἄριστος
τυγχάνεις, καὶ γράμμασ' ἐλευθέροισι
δόξαν εὔυμνόν τε φέρεις καλίσαις
τοῦ δ' ἐπὶ τέχναις.
τοῖς καλοῖς εὔνους τελέθεις ἅπασιν,
καὶ ὁμῶς σπουδαῖα φρονοῦσ' ὁμιλῶν
ἀσμένως, σπουδῇ μεγάλῃ σεβίζεις
τοὺς φιλομούσους.
ἐξόχως σεμνῶν χαρίτων ὀπηδούς,
καὶ μετ' εὐνοίας θεραπευσάμενος
ἔστ' ἐριζήλους σοφίης ἐραστάς,
κ' ἀμφαγαπάζεις.
πραότης καὶ μειλίχιος μάλιστα
καλλύνει θυμὸν σέο, καὶ καλίστως
μουσέων ἡ ἀγλαΐα γλυκεῖα
ἤθεα κοσμεῖ.
" καὶ τέλος μὲν τοῦτο πέλει τὸ πρῶτον
" τοῦ μαθεῖν ἡμῶν, καὶ ἐλευθέρων δὴ
" γραμμάτων, τεχνῶν, διδαχῶν τε καλῶν
" οὗτος ὁ καρπός.
" ἔκ γε ταῖς μούσαις ἀγαθοὶ φύονται,
" καὶ σοφοὺς ἄνδρας μόνον, ἠδὲ ῥητοὺς
πάνσοφαι κοῦραι Διὸς εἰργάσαντο
αἰγιόχοιο.
σὲ νῦν ἄρ σαυτόν τ' ἀτρεκῶς γενέσθαι
εἴδαμεν, πρᾶον, λογίον τε, ἤγουν
τοῖς καλοῖς τεχνῶν τε τρόπων καὶ ἠθῶν
εἴδεσ' ἄριστον.
σοῦ δὲ σπουδαίως μάλα λισσόμεσθα
κλεῖτ' ἄνερ πάνυ δεόμεσθ' ὁμοίως,
ὥστε τὴν σπουδὴν σοι ἐὰν ἀρέσκειν
ἔξοχα γ' ἡμῶν.
τὸ καὶ ἄρξασθαι ἀγαπᾶν νέανδρον
ἐμμελῶς ὅστις μελετῶν ἐστεῖται,

ἄστ' ἀεὶ

ὥστ' ἀεὶ ταύτῃ φιλότητι ἴσην
δοῦναι ἀμοιβήν.
προστάται ὑμμεῖς ἅμα καὶ ὕπαρχοι
τοῦ σχολείου Γωρλικίου ἄριστοι
τὸ μετὰ πλείστης χάριτος δέχεσθε
τοῦτο πόνημα.
πραγματείαν καί γε παροῦσαν ἡμῶν
σῆμα εὐνοίας κραδιῶν τιθέντες,
πρόφρονες καὶ στέργετε, τὸν Νέανδρον
κ' ἀμφαγαπᾶτε.
τοῖσιν ὃς πάμπλειστα ὁμοῖα δώσει
ὕστερον, καὶ ὠφελίμοισι τέχναις
τῶν νεῶν ψυχὰς μεμαὼς ὀφέλλειν
δημοσιεύσει.
τὴν ὁμῶς παῖδες φιλόμουσ' ἅπαντες
αἶθος εὐτερπὲς χαρίτων χόροιο
βίβλον αἰδέξασθ' ἀναγνόντες αὐτὴν
χερσὶ προθύμοις.
ἐσθλὰ καὶ πάμπολλα φρονεῖθ' ὁμοίως
τῷ Νεάνδρῳ εὐνοέοντι ὔμμιν
ὃς μετέφρασσεν, νεότητ' ὀφλήσων,
συγγραφέ' αὐτόν.
τῷ χάριν πλείστην νόῳ εὐνοοῦντι
καὶ ὁμῶς τιμὴν ἱκανὴν ἔχοντες
μὴ τὰς ἐκθύμως ποτὲ. τοῦ δὲ μούσας
παύετε στέργειν.
ὃς πόνοις οἷς καδδύναμιν μεταξὺ,
τὴν χ' ὑμῶν σπουδῶν προκοπὴν ὀνήσει
πλεῖστα καὶ μὲν τἄλλ' ἀποδώσει ὑμμῖν
μουσικὰ δῶρα.
πολλὰ γὰρ δὴ κεῖνος ὁμοῖα τούτοις,
κίστῃ ἐγκλεισθέντα ἔχει φυλάσσων,
κοῖν' ἅπερ ποιήσει ὑμῖν καὶ ἄλλοις
οὐ μετὰ πολλοῦ.
εἶθεν ἄρ στοιχεῖα μαθεῖν δύνασθε
ἑλλάδος γλώττης, καὶ ὁμοῖα πλεῖστα
ἄλλα,

ἀλλὰ, οὐχ ἧττον καλὰ καὶ βίωθι
χρήσιμα θνητοῦ.
τοῖς καλίσταις ἐμφιλοχωρέοντες
εἰσαεὶ σπουδῇ δυνάμεθ' ἁπάσῃ
πράξεσιν, ἀσκεῖθ' ἅμα εὐσέβειαν
ἤματα πάντα.
κλειτὸν αἰνοῦντες γλυκεραῖς ἀοιδαῖς
τὸ κλέος ποιεῖτε θεοῦ ἀπαύστως.
καὶ λόγοισιν δοξολόγοισι τιμὴν
αἴρετε αὐτῷ.
κεῖνος εἰς αἰῶνα μένει ἅπαντα
ξυνὸν φίλοις μὲν θεοσεβῶν ὁμίλῳ
κ' ὑμνεόντων ἐμμελέεσσιν ὕμνοις
τοὔνομα αὐτοῦ.
θεῖα ἀλλήκτως μελετῶντες ἔργα,
πράξεων πασῶν ἐπὶ τοῖς μάλιστα
τὸν θεὸν ῥεκτῆρ' ἀγαθῶν ἁπάντων
θήκατε ἀρχήν.
ἀκριβῶς σπουδὴν περὶ τὴν δὲ γνῶσιν
γραμμάτων τῶν πιερίδων ποιοῦντες,
κῆπον εὐαίθη χαρίτων νέμεσθε
μαλθακοφώνων.
πρὸς θεὸν πύκνας χέατε προσευχὰς,
αὐτὸν αἰτοῦντες λιγυρῇσιν αὐδαῖς,
τῶν πόνων τῶν ὑμμετέρων ἀρωγὸν
ὥστ' ἐθελῆσαι.
πᾶν γὰρ ἄπρακτον μερόπων πόνημα
οὗ κυβερνητὴρ θεὸς ἄνευ τέτυκται,
ἦ ῥα συμπραχθὲν θεῷ ἐμποιεῖται
πανσθενῆ ὀργήν,
εἶτα παιδευτῶν ἔπεσιν κρατίστοις
ἀσμένως θυμὸν προσέχοντες αἰεὶ
ἀκριβῶς αὐτῶν ἀγαθαῖς πρόθυμοι
πείθετε βουλαῖς.
γραμμάτων σπουδὴν ἱκανὴν ποιεῖτε,
ὡς τοκῆας ὑμμῶν μὴ ἀποστερῆτε

ἐλπίδων

ἐλπίδων, τῶν γηροτρόφων, καὶ αὐτῶν
νῦν ἀταλουσῶν.

τοῦτο πράσσοντες κ' ἔσεσθ' ἀμμώτωρ
μηχανῶν πασῶν θεὸς, ἠδ' ἁπάντων
πραγμάτων στήριγμα, πόνων τε σπουδῶν
ὑμμετεράων.

τὴν σχολὴν ζωῆς γλοιερῆς ἅπασαν
ἔργμασιν καλοῖσιν ἀεὶ δίδοσθε
καὶ τὰ σπουδαίως διαπράξατ' ἔργα
πάντοθ' ἕκαστοι.

καὶ θεὸς καλὴν παρασχήσει αἶσαν
εἰς ὁδὸν καὶ εὐπραγίας παρέλκων.
δωρεαῖς κοσμήσει ὑμῶν ἁπάσας
σώματα θείαις.

μοῦνον ἐργῶντας θεὸς ἐστ' ὀφέλλων
αἰνόει καὶ τοῖσι φέρουσιν ἄχθος,
ἀνέρας καὶ παῖδας, ἐναντίον δὲ
μισεῖ ἀέργους.

χαῖρ' ὀθώμαννε πολὺ φέρτατ' ἀνδρῶν,
καὶ ἐμοὶ βέλτιστα φρονῶν ἑταῖρε,
ὕστερον στέργειν κ' ἀγαπᾶν φιλεῖν τε
μήποτε λῆξον.

μοὶ τέλος χ' ὑμεῖς πολυτίμι' ἄνδρες,
τοῦ σχολείου ἡγεμόνες κάλλιστοι,
ξὺν συνέργοισιν χ' ἅμα ταῖς σχολάρχαις
χαίρετε πᾶσιν.

εὔχομαι πάντ' ὄλβι' ὁμοῖα ὔμμιν,
ὦ νέοι παῖδές τε καλοὶ, μέγιστον
παιδαγωγείου κλέος, ἠδὲ δόξα
Γορλικίοιο.

ζώσατε ζωὴν ὁσίως ἄλυπον,
καὶ δι' αἰδοῦς καὶ ἀγάπης ἄγοντες,
ξὺν ἐμῆς μούσης γλυκερῆς Νέανδρον
χαίρεθ' ἅπαντες.

ΒΙΟΣ ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ,
ἐκ τῶν Σουίδα.

Τρυφιόδωρος αἰγύπτιος γραμματικὸς, καὶ ποιητὴς ἐπῶν, ἔγραψε μαραθωνιακὰ, ἰλίου ἅλωσιν, τὰ κατὰ ἱπποδάμειαν, ὀδυσσείαν * λειπογράμματον. ἔστι δὲ ποίημα τῶν ὀδυσσέως καμάτων, καὶ ὅσα μυθολογοῦσι περὶ αὐτοῦ, καὶ ἄλλα.

Ἄλλως, καὶ συντομώτερον.

Τρυφιόδωρος διάφορα ἔγραψε δι' ἐπῶν, παράφρασιν τῶν ὁμήρου παραβολῶν, καὶ ἄλλα πλεῖστα.

VITA TRYPHIODORI,
EX SVIDA.

Tryphiodorus Aegyptius grammaticus, & carminum conditor, scripsit Marathoniaca, Ilij captiuitatem, quæ de Hippodamia feruntur, Odysseã etiam Lipogrammaton. Est autem poëma de Vlyssis laboribus,& alijs quæ fabulantur de ipso. Scripsit etiam alia quædam.

ALITER, ET BREVIVS.

Tryphiodorus varia scripsit versibus: paraphrasin parabolarum Homeri, ac alia plurima.

* Id est, vbi in vnoquolibet libro non reperiebatur vna aliqua litera alphabeti. vt verbi causa, in primo nullũ α, in secundo nullũ β, & sic deinceps procedendo secundum seriem 24 literarum Græci alphabeti, quib. ipsi libros & numeri ordinem assignare solẽt. Ante Tryphiodorum autem Nestus Lycius, qui & Metamorphoseon libros græcè scripsit, in arte poëtica clarus admodum, tempore Seueri Cæsaris, Iliadem etiam λειπογράμματον scripsisse traditur: quemadmodum Pindarus etiam Oden asigma similiter fecit, veluti meminit id alicubi Athenæus. Et hodie adhuc extant poëmata quædam, vt Pugna porcorum, Laus caluorum, &c. vbi in toto poëmate voces omnes à p & c incipientes reperias. vide Leonicenum lib. 3. Variæ historiæ, cap. 61. & Volaterranum libro 17. Commentariorum vrb.

ΜΙΧΑΗΛ ΝΕΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΣΩΡΑΝΕΩΣ

ὑπόθεσις εἰς τὸ τοῦ Τρυφιοδώρου ποίημα περὶ τῆς Τροίας ἁλώσεως.

Η Ἑλένη Τυνδαρέως τοῦ τῶν Ἑλλήνων ἄρχοντος, τοῦ Ἰκαρίου ἀδελφοῦ (ἐξ οὗ ἐγεννήθη ἡ Πηνελόπη) ἢ τοῦ Διὸς μᾶλλον καὶ τῆς Λήδας θυγάτηρ ἔτυχε, ἀδελφὴ μὲν τῆς Κλυταιμνήστρας καὶ τῶν Διοσκούρων, τουτέστι, τοῦ Κάστορος καὶ Πολυδεύκους τῶν ἀδελφῶν, γυνὴ δὲ τοῦ Μενέλεω, τοῦ τῶν Σπαρτιατῶν βασιλέως, τὸ κάλλος μὲν κρατίστη καὶ πάσας τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα γυναῖκας πολὺ ὑπερνενικηκυῖα. ταύτην τὴν Ἑλένην ὁ Πάρις τοῦ Πριάμου, εἰς Ἑλλάδα καταπλεύσας, ἁρπάζων ἀπήγαγε. περὶ ταύτης δὲ τῆς ἁρπαγῆς πολλοὶ οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχουσιν. εἰσὶ γάρ τινες οἳ ἔγραψαν, τὴν Ἑλένην ὑπὸ Πάριδος ἁρπασθεῖσαν, οὔποτε ἐπὶ Τροίην ἐληλυθέναι· ἀλλὰ ὑπὸ Πάριδος μέντοι ἀέκοντος ἐν Αἰγύπτῳ ἀπολειφθεῖσαν, ἡγεμονεύοντος ἐκεῖ τότε τοῦ Πρωτέως δικαιοτάτου βασιλέως. καθὼς καὶ ἄλλοι τινές, τὴν Τροίην οὐ μή ποτε ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἡλωμένην ἢ κατὰ κράτος ληφθεῖσαν, φανερὸν ποιεῖν ἐπιχείρησαν, κατὰ πασῶν μαρτυριῶν, ἁπάντων τῶν ἐξ ἀρχῆς τοῦ πολέμου μέχρι τοῦ τέλους συνόντων.

Ταύτην δὲ ἁρπαγὴν οἱ Ἕλληνες ἀμυνόμενοι, κατὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα πλεῖστον στρατόπεδον καὶ πενταετὲς συστησάμενοι, ὅταν οἱ Τρωϊκοὶ τὴν Ἑλένην ἀποδοῦναι οὐ μὴ ἠθέλησαν, ἐπὶ Τροίην τὴν στρατείαν ἐποίησαν, καὶ δέκα ἔτη ἐκείνους πεπολιορκουμένους πάντα τρόπον τεταλαιπωρήκασιν. αὐτοὶ δὲ ἐν πολλοῖς κακοῖς ὄντες, πλείστους πόνους καὶ δυσχερείας ὑπέμειναν· καθάπερ ἡ τύχη τοῦ πολέμου ἑτερορρεπής, ἄστατος, ἑτεραλκής, ἀβέβαια, ἀτέκμαρτος, ἄνδρας τ' ἀμειβομένη, καὶ τάχυ μεταπίπτουσα ἐστί, καὶ ποτὲ μὲν τοῖς συλλαμβάνουσα, ποτὲ δὲ τοῖς ἄλλοις συναγωνιζομένη.

Ἀλλά τοι οἱ Ἕλληνες τοὺς πόνους, οὓς εἰκῇ καὶ μάτην ὑπέμειναν, προσοχθοῦντες, καὶ τῆς Τροίης ὡς ἤδη εἰλημμένης (καίπερ πολλοὺς τῶν συμμάχων τῶν ἐξοχωτάτων ἀνδρῶν, καὶ τοῦ στρατοπέδου ἐρείσματα, ὥσπερ τὸν Ἀχιλλέα, τὸν Πάτροκλον, τὸν Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος, καὶ ἄλλους τινὰς ἀπολωλότας ἐθρήνουν) καὶ μηδὲν διαπράξαντες τὴν Τροίην καταλιπόντες, εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας πρὸς τοὺς ἰδίους, ἀφ' ὧν πολὺν ἤδη χρόνον ἀπῆσαν, ὥστε καὶ μάλα εἰκότως ἐκ τῶν ἰδίων αὐτοὺς ἱμείρεσθαι, ἐπανελθεῖν ἠθέλησαν.

Τούτων δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι οὕτως γενομένων, ἴσως τῶν θεῶν οὕτω κατεπειγόντων, ὁ Ἕλενος ὁ μάντις Πριάμου υἱός, ἀπολιπὼν τὴν πατρίδα αὐτοῦ τὴν Τροίην, τὸ τῆς Πάριδος μῦσος, καὶ τῶν ἄλλων ἀνομίαν μισήσας, ἀφ' ἑαυτοῦ εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων συμμαχίαν εἰσῆλθε, καὶ τοῦτο διέπραξε, ὥστε ἀφιστάναι αὐτοὺς τῆς προαιρέσεως καὶ γνώμης τοῦ ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα. καὶ αὐτοῖς ἅμα μὲν τὴν μοῖραν καὶ τὰ πεπρωμένα τῆς Τροίης, αὐτὸς μαντευτικός τις ὤν, ἐδήλωσε· ἅμα δὲ περὶ τοῦ Παλλαδίου, καὶ τῶν ὀστέων τοῦ Πέλοπος, καὶ τοῦ Ἡρακλέους τόξου, καὶ ἄλλων τινῶν ἔδειξεν, χωρὶς ὧν καλῶς εἰδὼς

ἐτύγχανε τὴν τροίαν ἑλεῖν, καὶ λαβεῖν οὐχ οἷόν τ' εἶναι. καὶ πρὸς τούτοις ἔλεγε τὸν χρόνον ὑπέγγυον, καὶ πάσας μαντείας πληρωθείσας. καὶ πάνυ τετελεσμένας, ὥστε τὴν τροίαν διὰ τὰ αὐτῆς ἀνομήματα ὑπὸ τῶν θεῶν κακῶς πεπορθημένην ἐξανδραποδισθῆναι, καὶ ἀνάστατον γενέσθαι. καὶ ἵππον ἅμα τὸν δουρειὸν τεύχειν ἐκέλευσεν.

Οἱ δὲ ἕλληνες τούτοις οὐχ ἥκιστα χαίροντες, καὶ πληροφορηθέντες περί τε τῆς νίκης, καὶ τοῦ πολέμου τέλους, φιλικῶς καὶ ἡδέως ἔχειν πρὸς τὸν ἕλενον, καὶ τὰ αὐτοῦ βουλεύματα, καὶ διανοήματα ἐν ἅπασι διέπραξαν.

Ἐπειδὴ οὖν συμβαλλούσης καὶ συμβουλευσάσης τῆς ἀθηνᾶς, ἵππον τὸν δουράτειον ἐποίησεν, ὥσπερ ὁ ἕλενος ἐπέταξεν. εἰς ἐκεῖνον δὲ τὸν ἵππον εἰσέβησαν τῶν ἑλλήνων ἄριστοι καὶ πολεμικώτατοι. ὁ νεοπτόλεμος δῆτα ὁ τοῦ ἀχιλλέως, καὶ ὁ διομήδης, καὶ ὁ ὀδυσσεύς, καὶ ὁ μενέλαος, καὶ ὁ τεῦκρος ὁ τελαμῶνος, καὶ ὁ δημοφόων καὶ ἀκάμας, οἱ τοῦ θησέως τοῦ ἀθηναίων κρατίστου βασιλέως μεγαλοψυχότατοι υἱοί, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι, οὓς πάντας ἀπαριθμεῖν καὶ καταλέγειν μηδεμίαν χρείαν ἔχει. οἱ δὲ λοιποὶ εἰς τὴν πατρίδα καταπλεῖν προσποιοῦντες, ἀπῆλθον εἰς τένεδον, τὴν πέλας νῆσον, τὴν τῆς τροίας ἀπέναντι.

Οἱ δὲ περὶ τὴν τροίαν, τοὺς ἕλληνας ἀπελθόντας νομίσαντες, ἴλαδον καὶ ἀθρόως οἱ μὲν πρεσβύτεροι μετὰ τῶν νεωτέρων, ἅμα καὶ αἱ μητέρες σὺν ταῖς θυγατράσιν ἐκ τῆς πόλεως ὥρμησαν, τῆς εἰρήνης τε καὶ ἐλευθερίας ἑαυτοῖς συνηδόντες. καὶ μάλιστα ἀγαλλιῶντες, ἐκεῖνον τὸν ἵππον τὸ μέγεθος φοβερόν, ὑπὸ τῶν ἑλλήνων καταλειφθέντα, μέγα θαυμάζονται.

Διαλλαττόντων δὲ αὐτῶν τῆς γνώμης περὶ ταύτης τῆς μηχανῆς, ἰδοὺ ἐξαίφνης διαλεγομένων καὶ θαυμαζομένων τῶν τρωϊκῶν, φαίνεται σίνων τις, τὸ σῶμα ἀφ' ἑαυτοῦ (ἵνα τοὺς τρωϊκοὺς θᾶττον ἐξαπατήσῃ, καὶ μηδαμῶς πρὸς τοὺς ἕλληνας φιλικῶς τε καὶ εὐνοϊκῶς ἔχειν αὐτὸν δηλώσῃ) πλείσταις πληγαῖς τρωθεὶς καὶ οἰκτρῶς κεκομμένος. ἐκεῖνος δὲ πρὸς τὸν πρίαμον ἐπήχθη, καὶ περὶ τοῦ ἵππου ἐρωτηθείς, τὰ μὲν ἄλλα διὰ πλειόνων ἐξηγεῖται. τοῦτο δὲ τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὥσπερ συμπέρασμά τι προσέθηκε, τὴν τροίαν λαβεῖν τοὺς ἕλληνας οὐχ οἵους τ' εἶναι, εἰ ἐκεῖνον τὸν ἵππον εἰς τὴν τροίαν ἀγόμενον ἐν τῷ ἱερῷ τῆς ἀθηνᾶς καθισῶσι. καὶ τοῦτο ποιεῖν τοὺς τρωϊκοὺς ῥαδίως ἔπειθεν, ὅταν μηδὲν δόλου ὑπεῖναι ἐνόμιζον.

Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἵππον εἰς τροίαν εἰσήνεγκαν οἱ τρῶες, ξύμπαντες ὥσπερ ἐν ἑορτῇ τινι διονυσιάζοντες, ᾠδάς τε ἄγοντες, καὶ μηδὲν τῶν κακῶν ἢ κινδύνων φοβοῦντες, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἀποσοβηθέντας ὑπὸ θεοῦ τινος πρὸς τοὺς ἕλληνας μηδαμῶς εὐνούστατα ἔχοντος νομίσαντες, καὶ ἅμα μὲν οἰνωμένοι, ἅμα δὲ φροντίσι καὶ ἀγρυπνίαις τοῦ παρελθόντος χρόνου ταλαιπωρηθέντες, εἰς ὕπνον ἀπαξάπαντες βαθὺν καὶ οἱονεὶ δυσανάκλητον κατεφέροντο. τοῦτο δὲ ἐπειδὴ ᾔσθετο ὁ σίνων (διὰ τοῦτο γὰρ προσῆλθε) ἀνοίγων τὴν τοῦ ἵππου κοιλίαν, τοὺς ἕλληνας ἐκεῖ ἀποκεκρυμμένους ἐξάγει· καὶ τῶν φυλάκων ἀπεκταμένων, λαμπάδα ἁψάμενος, καὶ ἀναφθεῖσαν ἐξ ὑψηλοῦ προτείνας, τοὺς ἕλληνας τοὺς ἐν τενέδῳ τοιοῦτο σημεῖον προσδοκοῦντας, ἐπὶ τροίαν ὁρμᾶν κελεύει. οἵτινες μὲν εἰς τροίαν ἐλθόντες, πάντα πορθοῦσι καὶ φονεύουσι, μηδε-

ουσι, μηδενὸς τῶν χεῖρα ἀπέχοντες, καὶ μηδενὶ φειδόμενοι, πλὴν τοῦ οἴκου τοῦ αἰνείου καὶ ἀντήνορος, οἳ αὐτοῖς τὴν πόλιν παρέδοσαν, ὥσπερ καὶ τοῦτο οἱ πλεῖστοι τῶν συγγραφέων οὐδαμῶς τῶν τυχόντων παραδιδόντες εὑρίσκονται.

Οἱ δὲ ἀμφότεροι τῷ πριάμῳ καὶ κατὰ τὸ γένος καὶ κατὰ τὴν ἀγχιστείαν προσήκοντες ἔτυχον. ὁ γὰρ αἰνείας τὴν κρεοῦσαν τοῦ πριάμου θυγατέρα ἐκ τῆς ἑκάβης γεννηθεῖσαν, γυναῖκα ἔλαβεν. ὁ δὲ ἀντήνωρ τὴν θεανὼ τὴν τῆς ἑκάβης ἀδελφὴν ἔχειν, καθάπερ τοῦτο ὁ τοῦ λυκόφρονος ἑρμηνεὺς ἐκ τῶν παλαιῶν ὑπομνημάτων πολλὰ ἐδήλωσε.

Καὶ οὕτω μὲν ἡ τροίη, ἡ τῆς φρυγίας, πολὺ ὑπὸ πλείστων τῶν ἀρχαίων ὑπομνήμασι θρυλλουμένη ὑπὸ τῶν ἑλλήνων εἴληπται, ἐδαφιζομένη καὶ πεπορθημένη εἰκοστῇ πέμπτῃ τοῦ ἀπριλλίου, ἔτει πρὸ τῆς χριστογονίας χιλιοστῷ ἑκατοστῷ ὀγδοηκοστῷ· πρὸ τοῦ κτίσαι δὲ τὴν ῥώμην ἔτεσι τετρακοσίοις εἷς καὶ τριακοσίοις δυσί, καθὼς πολλοὶ τῶν ἑλλήνων συγγραφέων ὀνομαστότατοι μαρτυροῦσιν.

Ἐν ἐκείνῳ δὲ πολέμῳ λέγει ὁ δάρης ὁ φρύγιος, κατὰ πάντα τὸν τοῦ πολέμου χρόνον τῶν ἑλλήνων ἀνῃρῆσθαι ὀγδοακοσίας καὶ ὀγδοήκοντα πρὸς ἔτι καὶ ἓξ χιλιάδας· τῶν δὲ τρωϊκῶν ἑξακοσίας ἑβδομήκοντα, καὶ ἓξ πρὸς τούτοις χιλιάδας.

Τί δὲ οἱ πάλαι καὶ ποιηταὶ καὶ ἄλλοι (οἱ κατὰ τὸ τῶν πάλαι χρόνων ἔθος πάντα μύθοις καὶ ἀπολόγοις ἐμπεπλέκασιν) τῷ ἵππῳ σημαίνειν ἠθέλησαν, ἐκ τῇ ἐξηγήσει αὐτοῦ τοῦ ποιήματος τοῦτο λεχθήσεται.

Εἰ δέ τις πλείω περὶ τοῦ πολέμου, καὶ τῆς πόλεως ἀνδραποδισμοῦ καὶ πορθήσεως, καὶ τὰ τοῖς ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, πρὶν ληφθῆναι τὴν πόλιν, ὅλον τὸν χρόνον διαπραχθέντα καλῶς ἢ καὶ ἄλλως, εἰδέναι πάντως ἐπιθυμεῖ, ὅταν ἐπὶ τροίαν ἐπολέμητο, ἔτη δέκα, μῆνας ἕξ, ἡμέρας πρὸς ἔτι δύο καὶ δέκα, ἐκεῖνος ἀναγνωσάτω τὰ ἐν δάρητι τῷ φρυγίῳ, καὶ δίκτυι τῷ κρητὶ βιβλίοις ἓξ συγγεγραμμένα, τήν τε τοῦ ὁμήρου ἰλιάδα καὶ ὀδυσσείαν, καὶ τὰς τοῦ κοΐντου καλάβρου τέσσαρας καὶ δέκα βίβλους τῶν παραλειπομένων τοῦ ὁμήρου. εὐριπίδης πρὸς τούτοις, σοφοκλῆς τε καὶ αἰσχύλος ἐν τραγῳδίαις, ὁ δὲ οὐεργίλιος ἐν τῇ αἰνεΐδι, καὶ ὁ παυσανίας, καὶ ὁ πλούταρχος, καὶ ὁ ἀθηναῖος, καὶ ὁ διόδωρος ὁ σικελιώτης ἅμα τῷ διονυσίῳ τῷ ἁλικαρνασσεῖ, καὶ ἄλλοι τινὲς ἐκ τῶν νεωτέρων, ὁ ζωβριγῖνος δῆτα καὶ λεώνικος, περὶ ἐκείνων μέμνηνται. καὶ ἐκ τούτων ἁπάντων καὶ ἄλλων τινῶν συγγραφέων μαρτυριῶν, καὶ ἄλλων τινῶν ἅπερ αὐτοὶ εὑρίσκοντες ἐτύχομεν, ἵνα ἐλάχιστον μέρος τῆς ἐξηγήσεως ἡμῶν, τῆς τῷ τρυφιοδώρῳ προστιθεμένης, τῶν σπουδαζόντων καινοφιλείας ἕνεκα ἐπεξεργασάμεθα, ὥστε ἅμα μὲν τὰ χαλεπὰ καὶ πραγματώδη ἡμᾶς ἐκθεῖναι, ἅμα δὲ καταδηλῶσαι, ἐκ τίνων συγγραφέων τὴν τῶν παλαιῶν ἐξήγησιν μάθοιεν τις ἄν.

MICHAELIS NEANDRI SORAVIENSIS ARGVMENTVM IN TRYphiodori poëma de Troiæ excidio.

HElena Tyndarei, Græcorum principis, fratris Icarij (cuius filia fuit Penelope) seu potius Iouis & Ledæ fuit filia, soror Clytæmnestræ, & Dioscurorum, hoc est, Castoris & Pollucis fratrum: vxor Menelai, Spartanorum regis: forma omnium in Græcia mulierum præstantissima. Eam Helenam, in Græciam profectus cum nauibus Paris Priami filius, rapuit. De eo raptu alij aliter sentiunt. Sunt etiam [a] *qui scribunt, quòd Helena rapta à Paride, Troiam nunquam peruenerit: sed à Paride inuito etiam, in Aegypto regnante tum Proteo, iustissimo rege, relicta fuerit. Quēadmodum etiam* [b] *alij ostendere se posse non dubitarunt, Troiam à Græcis captam nunquam fuisse: contra omnium etiam illorum testimonia & scripta, qui ei bello à principio ad finem vsq; interfuerunt.*

a Dares in initio historiæ Troianæ. Plutarch. in vita Homeri. Lycophron in Cassandra. item Herodotus lib 2. Philostratus lib. 4. & 7. de vita Apollonij Tyanæi. Euripides in Helena.

b Dion orat. 11. de Ilio non capto.

c Dictys Cretensis lib. 1.

[c] *Eum raptum Græci vlturi cum ingenti exercitu, quem toto quinquennio ex vniuersa Græcia conscripserant, cū Troiani Helenam reddere omnino nollent, ad Troiam sunt profecti: vbi & toto decennio maximis malis Troianos obsessos afflixerunt: ipsi quoq; cum plurimis laboribus, periculis atq; difficultatibus sunt conflictati: vt solet fortuna belli esse communis, anceps, dubia, varia & inconstans, quæ modo his adest, modò alijs patrocinatur.*

Cæterùm Græci pertæsi tot laborum, quos incassum hactenus sustinuerant, necdum tamen Troiam ceperant, tametsi interea amisissent multos præstantissimos viros, ac exercitus sui columnas, Achillem, Patroclum, Aiacem Telamonium, & alios: re infecta, Troia relicta domū ad suos, à quibus iam diutius abfuerant, vt non immeritò horum desiderio tenerentur, redire volebant.

Dum ea hoc pacto inter Græcos agitantur, ecce dijs fortè volentibus, Helenus vates, Priami filius, deserta patria Troia, Paridis

ia, Paridis facinora & reliquorum etiam improbitatem exosus, sua sponte ad Græcos se contulit, ac quibus potuit à proposito redeundi in patriam eorum animos abstraxit: ac tum alia fata Troianæ vrbis ipse, vt vates ipsis aperuit: tum de Palladio, de ossibus Pelopis, de Herculis arcu, & similibus eos edocuit, sine quibus Troiam capi non posse sciebat. Tempus quoq; adesse iam dicebat, completis in vniuersum oraculis omnibus, quo Troiam dij, ob facinora sua impia malè essent perdituri. Equum etiam ligneum eos fabricare iubet.

Dictys lib. 5.

Leonicus lib. 3. Variæ historiæ cap. 45. Pausan. lib. 5. Græciæ suæ.

Græci itaq; aduentu eius non parum exhilarati, certi ac confirmati de victoria ac belli euentu, & Helenum amicè ac reuerenter habuerunt, & consilium eius in omnibus sunt sequuti.

Epeus itaq; faber, auxilio & consilio Mineruæ, equum ligneum ædificat, quemadmodum Helenus fieri præceperat. In eum descendunt Græcorum optimi ac præstantissimi quique, Neoptolemus Achillis filius, Diomedes, Vlysses, Menelaus, Teucer Telamonis filius, Demophoon & Acamas duo Thesei Atheniensium regis præstantissimi, ipsi quoq; magnanimi filij, ac plurimi alij, quos hoc loco commemorare omnes nihil est necesse. Reliqui cum nauibus reditum in patriam simulantes, in vicinam insulam Tenedum Troiæ oppositam sunt profecti.

Dictys lib. 5. Calaber lib. 12. Paralipomenon Homeri. Meminit quoq; Epei Homerus in Odyss. & Pausan. lib. 10.

Porrò Troiani Græcos abijsse rati, proruunt ex vrbe turmatim omnes, seniores cum iunioribus, matres cum filiabus, pacem ac libertatem præter omnem spem subitò sibi oblatam gratulantes. Lætantur itaque plurimùm, ac equum stupendum à Græcis fugientibus relictum, vehementius etiam admirantur.

Virgil. 2. Aeneidos.

Dum verò certatim inter se alij aliter de eo opificio statuunt, ecce apparet subitò, disceptantibus & admirantibus Troianis, Sinon quispiam, qui corpus suum vltrò (vt Troianos falleret, ac se Græcorum amicum minimè esse ostenderet) plurimis plagis atq; vulneribus deformatum mutilauerat. Is ad Priamum adductus, ac de equo rogatus, tum alia pluribus exposuit, tum etiam hoc addidit

tanquam

tanquam orationis suæ summam: Troiam capi nunquam nulloq; tempore posse, si eum equum Troiam abductũ, in templo Mineruæ statuerint. atq; vt id facerent, Troianis nihil tum mali suspicantibus facilè persuasit.

Atqui introducto iam equo, Troiani tanquam in solenni festiuitate inuitant se omnes largius secuti, ac nihil malorum aut periculorum amplius timentes, profligatis (vt ipsi opinabantur) hostibus à Deo aliquo Græcis malè propitio: ac tum vino madidi, tum etiam curis atq; vigilijs superioris temporis confecti, in somnum simul omnes sunt prolapsi. Quod cum obseruasset Sinon (ideo namq; aduenerat) laxato equi vtero, Græcos in equo absconditos educit: ac cæsis vigilibus, faceq; ardente ex edito loco prolata, Græcos qui in Tenedo id signum expectabant, Troiam versus properare iubet. qui in vrbem recepti miserè vastant, ac mactant omnia, à nemine manũ abstinentes, neminiq; parcentes, quàm Aeneæ atq; Antenoris familiæ, qui vrbem ipsis prodiderãt: quemadmodum id à multis non postremæ notæ Græcis scriptoribus est proditum.

Darete, Dicty, Dionysio Halicarnasseo, &c.

Vterq; autem Priamo propinquitate & affinitate erant deuincti, siquidem Aeneas Creusam, Priami filiam, ex Hecuba sibi natam, vxorem habuit: Antenor verò, Theano Hecubæ sororem, quemadmodum id Lycophronis interpres ex veterum scriptis aliquoties indicauit.

Atq; sic tandem Troia, vrbs illa Phrygiæ plerorumq; veterum monumentis celebratissima, à Græcis capta, solo æquata ac euersa est, vigesimo quinto die mensis Aprilis, anno ante Christum natum millesimo centesimo octuagesimo, annis quadringentis triginta duobus ante initium vrbis Romæ: vt multi Græci scriptores magni nominis testantur.

Plutarchus in Camillo.

In eo verò bello, scribit Dares Phrygius, cecidisse toto belli tempore, ex Argiuis octingenta octuaginta sex millia: ex Troianis verò, vsq; ad oppidum proditum, 676. millia.

Toto belli Troiani tempore, vtrinq; ceciderũt quindecies centena & sexagies duo hominũ millia.

Porrò de equo Troiano, ac quidnam eo scriptores ac poëtæ præcipuè qui omnia pro eius temporis consuetudine fabulis inuoluerunt, indicare voluerint, dicetur postea in expositione.

Quòd

Quòd si quis plura de historia belli Troiani scire cupit, ac tandem eius excidio, ac quæ ante captam vrbem inter Græcos Barbarosq́; gesta fuerint, tanto tempore (cũ ad Troiam pugnatum sit annis decem, mensibus sex, & diebus duodecim) legat is quæ à Darete Phrygio ac Dicty Cretense libris sex de eo bello scripta sunt, & adhuc extant: quæ item Homerus in Iliade, Odyssea, & Q. Calaber in libris quatuordecim Paralipomenon Homeri, Euripides, Sophocles & Aeschylus in Tragœdijs suis, Virgilius in Aeneide, Pausanias, Plutarchus etiam & Athenæus, Diodorus Siculus, Dionysius præterea Halicarnasseus. & alij quidam autores, vt de recentioribus Rhodiginus & Leonicenus sparsim de ea re meminerunt: ex quorum etiam autorum testimonijs, & alijs quibusdam nostris obseruationibus, maiorem partẽ expositionis nostræ, quam appendimus Tryphiodoro, adolescentibus ea in re gratificati, confecimus, vt & quæ difficilia essent, ipsis plana efficeremus: simul etiam vnà ostenderemus, ex quibus autoribus antiquitatis expositio esset petenda.

ΤΡΥΦΙΟΔΩΡΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ, ΚΑΙ ΕΠΟΠΟΙΟΥ,

ἰλίου ἅλωσις.

Τέρμα [a] πολυκμήτοιο μεταχρόνιον πολέμοιο,
καὶ λόχον ἀργείης [b] ἱππήλατον ἔργον ἀθήνης,
αὐτίκα μοι σπεύδοντι, πολὺν διὰ μῦθον [c] ἀνεῖσα,
ἔννεπε καλλιόπεια· καὶ ἀρχαίην ἔριν ἀνδρῶν
[d] κεκριμένου πολέμοιο, * ταχείῃ λῦσον ἀοιδῇ.
ἤδη μὲν δεκάτοιο κυλινδομένου λυκάβαντος,
γηραλέη [e] τετάνυστο φόνων ἀκόρητος ἐνυὼ
τρωσί τε καὶ δαναοῖσιν, ἐναιρομένων δ' ἄρα φωτῶν,
[f] δύρατα [g] κεκμήκει, ξιφέων δ' [h] ἔθνησκον ἀπειλαί.
[i] σβέννυτο θωρήκων ἐνοπὴ, [k] μινύθεσκ' [l] ἑλικτὴ
ἁρμονίη λυθεῖσα φερεσσακέων τελαμώνων.
ἀσπίδες οὐκ ἀνέχοντο μένειν ἔτι δοῦπον ἀκόντων.
[m] λῦτο καμπύλα τόξα, κατ' ἔρρεον ὠκέες ἰοί.
ἵπποι δ' οἱ μὲν ἄνευθεν ἀεργηλῆς ἐπὶ φάτνης,
[n] οἰκτρὰ κάτω μύοντες, ὁμόζυγας ἔστενον ἵππους.
οἱ δ' αὖτ' ἂρ ποθέοντες [o] ὀλωλότας [p] ἡνιοχῆας
[q] κεῖτο δὲ πηλείδης, ἔχων ἅμα νεκρὸν ἑταῖρον.
ἀντιλόχῳ δ' ἐπὶ παιδὶ γέρων [r] ὀδύρετο νέστωρ.
αἴας δ' αὐτοφόνῳ βριαρὸν δέμας [s] ἕλκεν ἰλύσας.
φάσγανον ἐχθρὸν ἔλυσε [t] μεμηνότος αἵματος ὄμβρῳ.
τρωσὶ δὲ λωβητοῖσιν ὑφ' ἕκτορος ἑλκυθμοῖσι
μυρομένοις, οὐ μόνον ἔην ἐπιδήμιον ἄλγος,
ἀλλὰ καὶ ἀλλοθρόοις ἐπὶ πένθεσι κωκύοντες.

δάκρυσ

a πολυκμήτοιο, ἀ πολὺ καὶ κάμνω.

b ἱππήλατον ab ἵππος καὶ ἐλάω.

c ἀνεῖσα, verbi ἀνίημι, vt supra in Colutho.

d κεκριμένου, finiti, iudicati belli.

* ταχείῃ, pro ταχείᾳ, Ion.

e τετάνυστο, pro ἐτετάνυστο, productum, extensum fuerat, verbi τανύομαι.

f δύρατα, pro δόρατα, cũ epenthesi υ.

g κεκμήκει, pro ἐκεκμήκει, plusquamperfect. verbi κάμνω.

h ἔθνησκον, moriebantur, languescebant.

i σβέννυτο, pro ἐσβέννυτο, verbi σβέννυμι.

k μινύθεσκ', pro ἐμίνυθε, verbi μινύθω.

l ἑλικλή, lege ἑλικτή.

m λῦτο, pro ἐλύετο.

n οἰκτρὰ, adiectiuum plurale pro aduerbio.

o ὀλωλότας, præt. med. verbi ὄλλομαι, obsoleti.

p ἡνιοχῆας, ab ἡνία ἔχοντες, habenas tenentes.

q κεῖτο, pro ἔκειτο.

r ὀδύρετο, pro ὠδύρετο, abiecto augmento.

s ἕλκεν, traxit, seu trahebat, pro εἷλκεν. augetur enim addito iota.

t μεμηνότος, præterit. med. verbi μαίνομαι.

TRYPHIODORI AEGYPTII GRAMMATICI ET POETAE, ILII excidium.

Inem serum laboriosi belli,
F *Et dolum equestrem, opus Argiuæ Minerua,*
Mox mihi festinanti, intermittens longũ (sermonem
Expone Calliopea: & longũ certamen virorum
Troiani belli, properante expedi Camœna.
Iam quidem exacto decimo [a] *anno,*
Fuerat diuturnum bellum cædibus inexplebile
Troianis & Græcis. Interfectis autem viris
Hastæ defessæ fuerant, gladiorum etiam minæ sopiebantur.
Extinguebatur etiam strepitus thoracũ, (&) minuebatur arcta
Connexio soluta lororum clypeos tenentium,
Clypei verò non sustinebant amplius expectare strepitũ iaculorũ.
Soluebantur quoq; incurui arcus, peribāt (similiter) *veloces sagittæ.*
Equi autẽ seorsim (existentes) *in præsepi ocioso,*
Flebiliter caput demittẽtes, equos gemebāt socios:
Alij etiam (equi) *desiderantes* (gemebant) *aurigas interemptos.*
Iacebat verò Pelides, habens secum mortuum socium (Patroclum.)
Senex autẽ Nestor lugebat ꝓpter filiũ Antilochũ.
Porrò Aiax [b] *sopiens confecit robustũ corpus propria cæde*
(Et) *lauit inimicũ ensem imbre furiosi sanguinis.*
Troianis autem miseris (&) *propter Hectoris raptationes*
Lugentibus, non solum domesticus dolor aderat:
Verumetiam propter luctus alienos lugentes.

[a] λυκάβαντος, à λυγὴν βαίνω, quod tempus anniq; tacitè prætereunt: quemadmodum à poëta quoque eò allusum esse videri possit, dum scribit, Tacito pede labitur ætas.

[b] ἰλύσας, abscondens, sopiens, dormire & à vita quiescere faciens: à verbi ἰλύω.

δάκρυσιν ἠμείβοντο πολυγλώσσων ἐπικούρων.
[a] κλαῖον μὲν λύκιοι σαρπηδόνα, τόν ποτε μήτηρ
ἐς τροίην [b] πέμψεν μὲν [c] ἀγαγομένη διὸς εὐνῇ.
[d] δουρὶ δὲ πατρόκλοιο [e] μενοιτιάδαο [f] πεσόντα,
καὶ δολίην ὑπὸ νύκτα κακῷ πεπεδημένον ὕπνῳ.
ῥῆσον μὲν θρήϊκες ἐκώκυον. ἡ δ' ἐπὶ πότμῳ
μέμνονος οὐρανίην νεφέλην [g] ἀνεδύσσατο μήτηρ,
φέγγος [h] ὑποκλέψασα κατηφέος ἤματος ἠώς.
αἱ δ' ἀπὸ θερμώδοντος ἀρηϊφίλοιο γυναῖκες,
κοπτόμεναι περὶ κύκλον ἀθήλεα [i] ὀμφακαμαζοὺς,
παρθένοι ὠδύροντο δαΐφρονα πενθεσίλειαν,
T Ερμα.) Alij poëtæ ab aliorum deorum dearumq; inuocatione ordiuntur: ipse Calliopeam Musarum vnam inuocat. Musas namq; nouem, de quibus apud Hesiodum in Theogonia, cum Apolline, antiquitas Musicæ, literis atq; doctrinæ præfecit. Simul autem hæc inuocatio propositionem præsentis operis complectitur. dicit namq; Poëta, scripturum se, quem euentum & exitum bellum illud decennale, quod ad Troiam à Græcis Barbarisq; gestum est, tandem acceperit: & quòd Troia dolo equi Troiani sit expugnata, captiq; dolis lachrymisq; coactis (Troiani) Quos neq; Tydides, nec Larissæus Achilles, Non anni domuere decem, non mille carinæ. Virg. 2. Aeneid. Ac, Dolus an virtus quis in hoste requirat? vt ibidem dicitur. Vide prouerb. Si leonina non sufficit, vulpina assuenda.

ἔργον ἀθλώνς.) Id est, quod fabricauerat faber Epeus, de instinctu Mineruæ, quæ partes Græcorum fouebat, irata Troianis: quòd à Paride in iudicio dearum spreta ac neglecta esset. Tametsi Dictys Cretensis scribat libro 5. historiæ belli Troiani, cui ipse spectator interfuit, factum eum equum de consilio Heleni vatis, Priami F. (qui ad Græcos vltrò profugerat, exosus Troianorum scelera) quòd fatale esset, equo Troiam capi.

Equus Troianus a Græcis exædificatur, de consilio Heleni, Priami filij.

πολὺν μῦθον ἀνεῖσα.) Cupio enim paucis dicere, quomodo Troia exacto decennio tandem capta, solo sit æquata: cum alij ante me idem argumentum pluribus exposuerint, vt Q. Calaber in Paralipomenis Homeri, vbi lib. 12. 13. & 14. toti scripti sunt de capta vrbe, eaq; vastata. Alij etiam, quorũ scripta, vt iam olim amissa, ab Athenæo, Stephano & alijs

Qui libri Calabri scripti sunt de capta vrbe Troia.

quibus-

quibusdam, ac Græcorum poëtarum interpretibus non semel citantur.

ἤδη μὲν.) Narratio, quæ subditur inuocationi, cum propositione. Sensus autem est: Interemptis vtrinq; pluribus, omnibus deniq; exhaustis & confectis, tot tamq; diuturnis laboribus, quorum erant pertæsi Græci etiam ipsi, qui & de reditu cogitabant: & suos, à quibus diutius abfuerant, tandem etiam videre desiderabant. Virgilius 2. Aeneidos, eam narrationem sic exorditur: —— *Fracti bello, fatisq; repulsi*

Ductores Danaum, tot iam labentibus annis.

πηλείδης.) Id est, Pelei filius Achilles, Græcorum præstantissimus & fortissimus, in cuius laude plurimus est vbiq; Homerus in Iliade. Fuit ipse Chironis centauri in *Thessalia* discipulus: de cuius institutione & disciplina, mira prodidit Pindarus, μεγαλοφωνότατος ille Lyricorum princeps castissimus, Nemeorum 3. Philostratus senior etiam, Achillis educationem scripsit in Iconibus, & Orpheus in Argonauticis. eum Achillem dolo Paris necauit in templo Apollinis: quemadmodum Dictys Cretensis id refert lib. 3. Meminit quoq; Dares Phrygius, Euripides, Homerus, & alij quidam.

Achilles interfectus a Paride, in templo Apollinis.

νεκρὸν ἑταῖρον.) Patroclum intelligit, Achillis cognatum, ac eiusdem in laboribus & periculis omnibus per omnem vitam fidum comitem ac socium, interemptum ab Hectore, cum armis Achillis indutus, pro Achille agnosceretur. Homerus lib. Iliad. π.

Patroclus interficitur ab Hectore.

ἀντιλόχῳ.) Antilochus (cuius insignem pietatem Pindarus etiam celebrat, quòd non dubitarit se obijcere periculo, vt patrem inde eriperet) filius fuit Nestoris: perijt autem, interemptus à Memnone, Aethiopum rege. Calaber lib. 2. Paralipomenon Homeri. meminit eius Philostratus quoq; senior in Iconibus & Heroicis.

Antilochus Nestoris F. interficitur a Memnone.

γέρων) pater Antilochi iam senex, quique tres hominum ætates viuendo tunc absoluerat, vir prudens & eloquentissimus fuit, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή: quemadmodum de eo scribit Homerus Iliad. lib. α.

Nestor eloquentissimus senex.

αἴας.) Aiacem Telamonium intelligit, virum robore præstantem, Telamonis, Aeaci illius laudatissimi filij, filium: qui seipsum proprijs interemit manibus, cum se spreto, arma Achillis defuncti, propter quæ certamen tunc erat, Vlysi à Græcis traderentur: quòd putaretur plus profuisse consilio ac prudentia exercitui, quàm Aiax suo robore. Pectora (namque) sunt potiora manu: vigor omnis in illis. Histo-

Aiax Telamonius seipsum interfecit.

De qua re certamen fuerit Aiaci cum Vlysse.

Historia est apud Dictym Cretensem lib. 5. (qui tamen ab aliorum narrationibus in isto variat maximè, quòd non de armis Achillis, sed de Palladio contentio ipsis fuerit) Quintum Calabrum lib. 5. (qui totus de Aiace furioso, ac eius nece quam sibi intulit, scriptus est.) Sophoclem in Aiace μαστιγοφόρῳ, Ouid. 13. lib. Metamorphos. Homerus etiam eius meminit lib. Odysseæ λ.

ἕκτορος ἑλκυθμοῖσιν.) filij Priami, Troianorum præstantissimi & fortissimi: quem Pindarus etiã celebrat, vt Τροίας ἄμαχον ἀστραβῆ τε κίονα, id est, Troiæ inexpugnabilem firmamq; columnam: 2. Olympiorum. Erat is namq; μέγα χάρμα πόληϊ τε, καὶ παντὶ δήμῳ, ἐπίσκοπός τε καὶ εὐχωλὴ κατὰ ἄστυ, πᾶσι τε ὄνειαρ Τρωσί τε καὶ Τρωῇσιν κατὰ πόλιν. Iis enim nominibus subinde honestare solet ipsum Homerus, admirandus huius quoq; viri præco, 22. & 24. Iliados, tum etiam in quampluribus locis alijs in eodem opere. Eum interfecit tandem Achilles: à quo currui alligatus, miserè fœdatus ac raptatus est per terram, aspectantibus id miseris parentibus de muro Troiano. Homer. lib. Iliad χ. tametsi id refutet Plato. Id imitatum Alexandrum Magnum scribit Curtius lib. 4. dum Betim præsidem Gazæ vrbis Persicæ, traiectis loris per talos viuentis ipsius, ac ad currum religatum, circa eandem vrbem ab equis raptari præcepit: gloriante Alexandro, Achillem, à quo genus ipse deduceret, imitatum se esse, pœna de hoste capienda. Cæterùm eo interfecto tantum per totam Troiam luctum atq; clamorem exauditum fuisse scribit Dictys lib. 3. vt aues etiam clamore consternatæ, ex alto in terram prolapsæ deciderint. Cuius rei exempla similia aliquotiens leguntur apud Plutarchum in Vitis, semel etiam apud Euripidem in Phœnissis: qua re, clamores immensos, gaudium quoque & luctum non vulgarem, ipsi scriptores significare voluerunt.

Laus Hectoris.

Hector ab Achille interemptus crudelissime raptatur.

Alexãder Magnus currui alligatum viuum raptari præcipit Gazę vrbis pręsidem.

Interfecto Hectore, eiulationibus Troianorum immensis aues consternatæ, in terram delabuntur.

ἐπιδήμιον ἄλγος.) Id est, non tantum lugebant Hectorem, & alios Troianos, præstantes viros interfectos: sed etiam alios belli socios, qui aliunde Troianis auxilio venerant.

σαρπηδόνα.) Lyciæ regem, natum ex Ioue & Laodamia Bellerophontis filia, Hom. Iliad. lib. 16. Herodotus autem in Polymnia, Europæ eum filium fecit, ac Minois fratrem. Interijt is interfectus à Patroclo. Homer. Iliad. lib. π. Virg. Aeneid. lib. 1.

μενοιτιάδαο.) Menœtiadæ: hoc est, Menœtij filij. Homerus Iliados lib. λ.

Rhesus Thracum rex quomodo interemptus.

ζᾶτον μὲν θρήϊκες) Rhesus Thracum rex fuit, qui cum magna Thracum copia subsidio Troianis veniens, prima mox nocte ex itinere defessus, in ipsis tentorijs ab Vlysse ac Diomede est interemptus. Dictys Cretensis lib. 2. Virg. Aeneid. 1. Homer. Iliad. κ. Euripides etiam in Rheso.

Aurora interfecto filio, mœrore percussa, tenebras inducit orbi.

Sol & luna expallescunt ad incestas nuptias.

μέμνονος.) Memnon filius fuit Tithoni (fratris Laomedontis) & Auroræ, rex Aethiopum (Dictys lib. 4. Homerus Odyss. λ. Virg. 1. Aeneid.) interfectus ab Achille. Calaber lib. 2. Paralipomenon: vbi Aurora Ioui irata, & mœrore luctuq; perculsa, in tenebris se ac astra abdidit, ac lucem dijs hominibusque eripuit. quod & Ouidius meminit 13. Metamorphoseon. vbi apud eundem lib. 10. in eodem opere, luna ac sidera reliqua expallescunt, ac se abscondunt, cum sine horrore aspicere non possent concubitum Cynaræ regis Cypri, cum filia Myrrha. De Memnone vide pluribus Philostratum in Iconibus.

Amazones, & vnde dictæ.

Penthesilea interfecta ab Achille.

Exempla puellarũ etiã in morte pudice & honeste se gerentiũ.

ἀπὸ θερμώδοντος γυναῖκες.) Amazones mulieres fuerunt bellicosissimæ, ad fluuium Thraciæ Thermodontem habitantes, de quibus plurimi autores meminerunt: quæ puellis mox natis dexteriores inurebant mammas, quo expeditius dextro brachio in certamine vterentur. vnde & dictas putant ab α & μαζὸς, quòd mamma careant. Tametsi alij alias eius nominis causas afferant: de quo vide Stephanum in commentario de Vrbibus. Harum reginam Penthesileam, quæ Troianis auxiliatum venerat, interemit Achilles. Dictys lib. 4. Calaber lib. 2. quæ etiam moriens honestè se gessit, ne ex equo defluens nudaret quicquam quod natura tectum voluit: quemadmodum idem de Lucretia Ouid. 2. Fastorum, ac de Polyxena Priami filia ad tumulum Achillis mactata, idem 13 Metamorphos. prodidit. Euripides etiam de eadem, ac Macaria Herculis quadam filia, id scripsit: sicuti Plutarchus de Cæsare, ac Iustinus de Olympiade Alexandri Magni matre eadem memoriæ prodiderunt.

κοπτόμεναι περὶ κύκλον.) Id est, obarmantes pectus clypeo, seu aptantes scutum rotundum, lunatum & circularem pectori, vbi sunt vbera, seu mamma altera, non exusta ab Amazonibus.

ἀπεσκέδαστε ξίφος.) Id Virgilius his versibus significauit:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, medijsq; in millibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ,
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.

εἰςήκει.) Id eſt, tametſi vtrinq; multæ cædes eſſent factæ, ac bellum longo tempore duraſſet, tamen nondum finis aliquis laborum apparebat.

θεοκμήτων.) à deo extructis. Neptunus namq; & Apollo Laomedonti precio conducti, muros Troianos ædificarunt: quẽadmodum Homerus meminit Iliad. libris η & φ, Euripides in Troadibus, Virg. 2. ac 5. Aeneid. vbi & Neptunia Troia dicitur, ac Ouidius 12. Metamorph. Cæterùm quid ea narratione poëtæ indicare voluerint, in commentaciunculis noſtris in Coluthum pluribus ſumus proſequuti. Exponitur quoq; id à Lycophrone, quemadmodum etiam Virgilij interprete.

Troiani muri extructi ab Apolline & Neptuno.

μά τ' ἐμ ἰδρυτιν ἀθήνην.) Id eſt, Nec ipſa Minerua, dea quamuis, ac quæ partes Græcorum ſtudioſiſsimè ſequebatur, potuiſſet his malis monſtrare remedium, niſi Helenus filius Priami relictis Troianis, ad Græcos vltrò profugiſſet: cuius fugę alij alias cauſas faciunt. Ita prorſus ſunt miſeri gentium dij, vt ſine opera hominum nihil poſsint: die armen dij / vnd armen leutte / qui in huiuſmodi dijs, prorſus in ſenſum reprobum traditi, tamen non deſiſtunt ſperare.

εἰ μὴ δηίφοβον.) Deiphobus filius fuit Priami, frater Hectoris, eo nihilo inferior: cui ceſsit in vxorem Helena, interempto Paride à Philoctete, ſeu vulnerato tantum, ac deinde ex eo vulnere mortuo in monte Ida: vbi & à paſtoribus ſepultum, ſcribit Calaber lib. 10. Eas Deiphobi nuptias cum Helena, quum improbaret Helenus, ait Tryphiodorus vltrò confugiſſe ad Græcos, proditurum ipſis fatum patriæ ſuæ: tametſi Dictys lib. 4. & alij etiam quidam, rem aliter geſtam commemorent.

Deiphobo collocatur in vxorẽ Helena, Paride interempto.

Paris ſepelitur in monte Ida a paſtoribus.

Quare Helenus ad Gręcos vltro confugerit.

ἐπίξενος ἤλυθε μάντις.) Priamus namque duos filios vates habuit, quemadmodum Cicero quoq; meminit: Caſſandram etiam filiam vatidicam, de qua dicetur poſtea. Fuitq; id veterib. vſitatiſsimum, vt Regum heroumq; liberi in omni cyclopædia inſtituti (quemadmodum Plato id quoq; teſtatur cum Herodoto & Pindaro) vates eſſent, ſeu ſacerdotes: quòd ſacerdotalis dignitas regiæ par haberetur, veluti id aliquoties Plutarchus etiam meminit in Vitis & Moralibus, Ariſtoteles etiam in Politicis, quòd in heroica hominum ætate plerique reges ſimul etiam ſacerdotes fuerint. Ideoq; Plato in libro de Regno ſcribit, cautum fuiſſe apud Aegyptios legibus, vt Rex ſeu ipſe ſacerdotio fungeretur: ſeu verò ſi id pręſtare nollet, nec poſſet etiam, ſacerdotes ſibi ſemper ad litos haberet. Ac notus eſt Virgilij verſus, quo Anium prædicat Deli inſulæ regem.

Veterum heroum liberi in omni cyclopædia inſtituebantur.

Plerię veterũ regum ſacerdotes fuerunt: ſeu quod ſacerdotalis dignitas regiæ par haberetur, ſeu quod id alibi lege inſtitutum ſic fuerit.

gem. quemadmodum etiam Ouidius 13. Metamorphos.

Rex Anius, rex idem hominum Phœbiq; sacerdos.

χαριζόμενος μενελάῳ.) marito Helenæ, qui hactenus frustra laborauerat in Troia capienda & euertenda.

ὄλεθρον μαντεύσατο πάτρη.) Hoc est, tum alia quædam indicauit Græcis, à quibus pendeant fata Troiana vrbis: tum etiam tempus excidij iam adesse, idq; sua proditione adiuturos Aeneam atq; Antenorem. Dictys lib. 4. Fuit autem Aeneas Priamo tum consanguinitate, tum affinitate coniunctus. filiam namq; eius Creusam habuit, ex qua Iulum filium suscepit, vt scribit Lycophronis doctissimus interpres.

Creusa vxor Aeneæ, Priami filia.

καὶ σκῦρον μὲν λιπών.) In Scyro enim insula latuit Achilles, ne vnà cum Græcis ad Troiam proficisceretur, vnde sciebat se viuum non reuersurum. Vbi ex Deidamia filia Lycomedis, regis Scyri, Pyrrhum suscepit filium: qui Scyro relicta, cognita patris Achillis nece (quem Paris dolo in templo Apollinis necarat: Virg. Aeneid. 6.) ad Troiam est profectus, eam cædem ipse quoque vlturus. Dictys libro 4. Calaber lib. 7. Homer. Odyss. lib. λ. Statius etiam 2. Achilleidos, vbi Scyron quoq; insulam Magnesiæ, iuxta Thessaliam, describit. Cæterùm plura de Scyro, ac his quæ hoc loco retulimus, vide lib 2. Græciæ Gerbelij.

Achilles qua occasiõe ex Deidamia in Scyro insula susceperit filium Pyrrhum.

ἀλκὴν πατρὸς ἔφανε). De Achille autem, & quòd puer etiamnum sexennis, sine armis, sine fuste, nuda manu leones aprosque strauerit in venatione, cum à Chirone præceptore educaretur, sic scribit Pindarus Nemeorum 3.

Quantus fuerit Achilles robore, vixdum sexennis.

ξανθὸς δ' ἀχιλλεὺς, τὰ μὲν μέ-
νων φιλύρας ἐν δόμοις,
παῖς ἐὼν ἄθυρεν
μεγάλα ἔργα χερσὶ, θαμινὰ
βραχυσίδαρον ἄκοντα πάλλων,
ἶσον τ' ἀνέμοις, μάχα λεόντεσσιν ἀ-
γροτέροις ἔπρασσεν φόνον,
κάπρους τ' ἔναιρεν. σώμα-
τα δὲ παρὰ κρονίδαν
κένταυρον ἀσθμαίνοντα κόμιζεν,
ἑξέτης τὸ πρῶτον, ὅλον δ' ἔπειτ' ἂν
χρόνον τὸν ἐθάμβεον ἄρτε-
μίς τε καὶ θρασεῖ' ἀθάνα,
κτείνοντ' ἐλάφους ἄνευ κυ-
νῶν, δολίων θ' ἑρκέων.

καὶ

πολλὶ γὰρ κεάτιστιν.

Ac de Cicerone, quòd puer adhuc Romæ fuerit admirationi omnibus, Plutarchus in Cicerone scriptum reliquit. Eum namq; pueri scholastici, ac patriciorum filij, pauperem, plerunq; medium honoris gratia per viam ducebant: multique Romanorum ad ludum proficiscebantur, ad visendum eum Ciceronem, de quo tam multa ex filijs suis audierant. Sic in Pompeio, puero etiam adhuc, mox conspicuum fuit, qualis adultior esset futurus: qui & impubes nomen Magni, ac triumphum etiam est consequutus quemadmodum similia exempla plurima in vitis apud Plutarchum, ac Aelianum de Themistocle leguntur. Vide prouerb. Generosioris arboris statim planta cum fructu est: item, Patris est filius: ac, Matrem sequimini porci.

Cicero, Pompeius, pueri etiamnum, Romæ sunt in maxima admiratione

ἤθελ καί.) Id est, Pyrrhus ad omnia pericula promptum atq; paratum se Græcis obtulit: profecturus etiam, si id ita iuberent cum Vlysse ad abripiendum Palladium clàm noctu: quo à Troianis ablato, fatale erat perire Troiam. Palladium autem, cuius Græci scriptores plurimi meminere, Homerus Plutarchus, Strabo Pausanias, &c. statua fuit lignea, cœlitus delapsa in templum Mineruæ, quod Ilus rex Troianus in arce in honorem Mineruæ ædificauit. De eo Palladio dixerat Antenor, qui Troiam cum Aenea prodidit Græcis, quòd Troia capi non posset, dum ea statua in templo Mineruæ seruaretur. Ideoq; noctu inde à se ablatam, Diomedi ac Vlysſi auferendam tradidit Antenor. Dictys lib. 5. Ouid. 5. Fastor. & lib. 13. Metamorph. Virg. Aeneid. 2.

Palladiū quid fuerit: & quod præsente adhuc palladio cū Troianis, capi Troia nequiuerit.

βουλῇσι θεῆς.) De equo Troiano, cuius multi veterum meminere, Homerus etiam Odyſſ. λ. Euripides aliquoties, alij aliter scribunt ac sentiunt: vt solent in re incerta ac dubia, dubiæ quoq; ac minimè certæ multorum esse sententiæ Dictys lib. 5. scribit, equum eum de consilio Heleni, non Mineruæ fabricatum fuisse: quòd diceret, iam olim oraculis prædictum esse, Troiam à Græcis ædificio equi lignei, nec alio pacto, cepta ab illis pecunia equum eum ata cum Troianis pace, acduxisse: sed vacuum, non armastupendum ad portas Troiæ duxisse: sed vacuum, non armato milite (quemadmodum Tryphiodorus & alij memorant) instructum. ac rogasse Troianos, vt in perpetuá rei pactorū atq; belli memoriá, eum in vrbem receptū, in templo Mineruæ constituerent. Id eos omnium rerū securos sedulò perfecisse. ac dum portarū angustia

Narratio Dictys Cretēsis de equo Troiano.

equum recipi prohibet, magnam partem murorũ demolitos, per quam noctu deinde Græci (dum ea vrbs somno vinoq; iacet sepulta, propterea quod hostes abijsse omnes, nemo esset qui non crederet) à Sinone, qui ad res Troianorum considerandas relictus fuerat, cum stertere omnes intelligeret, ex edito loco prolata face, ex Tenedo sunt reuocati: & per partes demolitas, non secus ac portas apertas, in vrbem deinde introducti, tacentibus & cóniuentib. Aenea & Antenore, qui consilium Heleni de hoc pacto capienda Troia cóprobarant.

Daretis Phrygij, de equo.

Dares autem (& ipse indicare volens, vnde fabula de equo posſit esse facta) scribit, Græcos ab Aenea & Antenore noctu in vrbem admissos per portas Scæas (de quibus etiam postea dicemus) in quarum vestibulo pictus fuisset equus.

Pausaniæ, de equo.

Pausanias verò in Atticis, cômemorans quæ in Attica visuntur insignia & memoratu digna, de equo Troiano etiam meminit, atque id his quidem verbis: Equus, qui Durius, id est ligneus appellatur, æneus ibi est dedicatus. Cæterùm opus id Epei fuisse, instrumentũ ad prosternendos muros excogitatum, facilè intelligit is qui ignauiam planè Phrygib. non asſignat. Cæterùm

Palæphati, de equo opinio.

Palæphatus in Fabulis, de Durateo equo & Troia loquens, equi meminit his verbis: Achiuos ligneo in equo Ilium expugnauisse credunt: qui quidem sermo vanus vtiq; ac fabulosus omni ex parte est. Veritasq; ipsa hoc habet: Equum ligneum ita fabricarunt Græci, vt magnitudine sua portas vrbis supereminteret, ne portis recipi aut intra mœnia duci vllo pacto posset. Ductores verò iuxta ciuitatem ipsam concauo in loco quodam sedebant, qui in hunc vsque diem Argiuorum insidiæ vocatur. Transfuga autem Sinon, quum ad Ilium perueniſſet, Iliensib. ipsis persuadet, vt equum illum intra ciuitatem suam ducere omnino debeant: hoc ipsum addens quoq; fore scilicet, vt nullo pacto deinceps Græci aduersum eos accedere possent. Cui audientes Troiani cum fuissent, & portas quoq; vrbis deposuissent, equum ipsum introducentes admittunt. Prandentibusq; mox ipsis cum securitate, ac nil tale verentib. Troianis, impetu facto, eos adorti sunt Græci. Ac tali quidem pacto Troia capta est. Reperiuntur etiam aliorum plures opiniones, quas commemorare omnes noluimus. sequatur in his quisq; quam volet. Reddiderunt namq; veritatem incertam etiam Historici veteres quibus solenne fuit (idq; quasi ex professo) historijs fabulas appendere: quemadmodũ ex Plutarcho de Theopompo nouimus, Cicerone etiam: qui nisi alijs rebus fuisset impeditus, patriæ historiam scribere decreuerat,

Veteres historij multas admiscuerũt fabulas.

creuerat, insertis vbiq; narrationibus, multis Græcorum fabulis: authore Plutarcho in Cicerone. vide prouerb. δούρειος ἵππος: item Porcus Troianus, ac Equum habet Seianum. Seu βουλῆσιν ἀθήνης.) vt sit, peritia seu arte: quòd Minerua dea sit sapientiæ, artiumq; monstratrix, ipsa Iouis filia, ac ex huius capite prognata.

ἐπειὸς.) faber equi, cuius meminit Homerus Odyss. lib. θ. & λ. Virg. etiam lib. 2. Aeneid. Dictys item Cretensis lib. 5. vbi eius equi procuratio Epeo, & præterea Aiaci Oilei, qui deinde in mari malè perijt, committitur. Calaber etiam lib. 12. ac 13. Epeus faber equi Troiani.

ἴδης.) Mons est Phrygiæ, non procul à Troia, in quo expositus fuit Paris, somnio quodam terrifico matris Hecubæ: & vbi inter pastores educatus, armenta pauit: quemadmodum id pluribus egimus in Coluthi expositione. Vbi quoque arbiter trium dearum constitutus, certantium de formæ præstantia, Veneri palmam tribuit: quæ ipsi contrà promisit Helenæ coniugium, quam profectus in Græciam nauibus, quas Phereclus sibi ædificarat, cæsis ad hoc ex Ida lignis, rapuit, ac Troiam versus abduxit. de quo tamen Herodotus, Philostratus, Euripides & alij quidam aliter sentiunt: quæ nos hoc loco indiscussa sic finimus. Cæterùm Phereclí meminit Homer. Iliad. lib. 1. quemadmodum Idæ etiam montis sæpius, quem & à fontibus & feris plurimis subinde solet commendare. De monte Ida, & quæ in eo acciderint.

ποιεῖ.) Descriptio est equi, fabricati ab Epeo.

ἡ δ' ἐπικυμαίνουσα.) Id est, ceruici fecit incumbere comam densam ac frequentem, cui addebatur vinculum, quo coma colligebatur in nodos, seu flagella: vt solent etiam hodie equorum comam, nostri equites in ceruice colligere.

γλαυκῆς βηρύλλοιο) Plinius Chrysoberyllon vocat, à colore: lib. historiæ mundi 37. cap. 5. vbi de smaragdi agit generibus. Est autem lapillus pallidus, & transparens, smaragdo similis, ac semper sexanguli figura artificum opera politur: quoniam hebescit, nisi color repercussu angulorum excitetur. Vnde Iuuenalis Satyra 5. beryllos inæquales vocat. De Beryllo.

αἰμαλέης ἀμεθύσου.) De amethysto Plinius lib. 37. cap. 19. de Iaspidibus scribens, his verbis meminit: Principatū amethysti Indicæ tenent. Sordidissimæ autem, vilissimæq; in Thaso & Cypro. Causam nominis afferunt, quòd vsq; ad vini coloré accedens, priusquam eum degustet, in violam desinat, fulgor quidam in illo purpuræ, non ex toto igneus, sed in vini co- De Amethysto.

lorem deficiens. Perlucent auté omnes violaceo colore, ſcalpturis faciles. Indicæ abſolutum felicis purpuræ colorem habent, ad hancq; tingentium officinæ dirigunt vota. fundit aũt eum aſpectum leuiter blandum, neque in oculos vt carbunculi vibrat.

Troia quomodo equo ſit capta.

ςόματος αἰνῷξε.) Os equi apertum fabricauit, propter Græcos, qui in eo abditi fuerant: tametſi Dictys ſcribat, quòd equum Troiani introduxerint vacuum, ſine viris: & quòd deinde Græci noctu, cum parté murorum demoliti eſſent Troiani, propter portarum anguſtias, per quas equus introire nequibat, Troianis ſomno vinoque ſepultis, omniumq; rerum ſecuris, de improuiſo, Sinone per partes *eas introducente* exercitum, Troiam occuparint: ac cædibus *ſanguineque* omnia, replentes, Troiam ſic, quemadmodum Helenus prædixerat, cœperint: quod ſic futurum, iam olim oraculis erat prædictum.

σ᾽ ἐξέτο οὐρή.) Id eſt, affabricarat reliquo corpori caudam prolixam, ad ipſos vſque pedes, ad ipſum vſque cornu demiſſam: quòd conueniret, vt equo ſtupendo, & inſtar montis fabricato (vt Virgilius ſcripſit ſecundo Aeneid.) cauda quoque prolixior adderetur.

ἄπλετον.) lentum, tardum, quòd magna corpora tardius moueantur.

μένεν.) Id eſt, non poterant procedere, aut mouere ſe ocyus, quod à magno corpore, magno onere equi, quo premebantur, impedirentur.

ἔξεχον ὁπλαί.) Id eſt, vngulæ quoq; ſuo erant loco poſitę, in loco pedum inferiore ſub tibijs, tanquam teſtudine quadam in cornu incluſæ.

πορφυρέοις λύκοισι.) hoc eſt, ori eius inſeruit frenũ variegatum, pulchreque ac affabrè elaboratum, machte jhm einen ſchönen ſchmuckten zaum.

εἰ μὴ ζωόν.) Id eſt, tanta arte, tantaq; induſtria *fuit elaboratus* ab Epeo, ac tridui etiam ſpacio, vt Calaber *meminit* lib. 12. vt nec Marté deum belli puduerit talem agitare equũ, ſi viuus ille, ac non ex ligno paratus fuiſſet.

δόλον αἰάτυςον.) Quod proceribus tantum ac primoribus Græcorum id conſilium Heleni indicatum fuiſſet, de equo extruendo. Dictys lib. 5.

οἱ δ᾽ μυχ᾽ ιάνης) Græcis congregatis apud nauem ſeu tentorium Agamemnonis, ſummi ducis exercitus Gręcorũ, ab Vlyſſe exponitur conſilium de dolo equi lignei. ac porrò etiam monen-

monentur, vt quisq; compositis rebus suis omnibus, ad abitum ac reditum in patriam simulatum se comparet. quod & ita factum est.

μυκηνάων.) Mycenę vrbs fuerunt Peloponnesi in Græcia, in qua regnauit Agamemnon, summus dux exercitus Grȩcorũ, qui ad Troiam fuerant congregati. De eo apud Homerum in hoc versu celebratissimo dicitur, **Mycenæ regia Agamemnonis.**

ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής : Iliad. lib. γ. Frater fuit Menelai, mariti Helenæ, quos coniunctos, Atridas poëtæ nominant, ab Atreo, Plisthenis horum patris fratre: quo intempestiuius defuncto, deinde ab Atreo vterq; sunt educati: autore Dicty lib. 1. De Mycenis vide Gerbelium lib. sexto Græciæ. **Agamemnon & Menelaus vnde Atridæ nuncupentur.**

θυγάτηρ ἀθήνη.) Minerua dea est & præses ingeniorum, artiũ, doctrinæ, sapientiæ atq; prudentiæ: bellorum etiam, quòd ea sine consilio infeliciter gerantur. **Minerua qualis dea.**

ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ: vt in versu Homeri dicitur Iliad. π. *καὶ τὸ νικᾶν πᾶν ἐστὶ εὐβουλία*, vt rectè scripsit Euripides. Ea Vlyssi apud Homerum, Sophoclem etiam, perpetuò comes atq; gubernatrix in rebus omnibus additur. vnde etiam hoc loco, vbi consilio ac persuasione opus est, non temerè à poeta Vlyssi adesse fingitur, quòd prudenter omnia agat, ac prudentia ardua pericula & aduersa omnia superet: quemadmodum id Apuleius in lib. de dæmonio Socratico, circa eius libri finem, pluribus explicat. **Minerua quare semper addatur Vlyssi.**

ὄπι γαῖαν ἐρείσας.) Quod solent facere seu deliberantes, seu profundum etiam quiddã cogitãtes, vt seu clausis id faciant, seu demissis in terram oculis, ne quid sensib obiectũ, ac oculis exceptum, cogitationes eorũ distrahat ac remoretur. Nec fortè temerè scriptum est ab authoribus, Homerum cæcum factum, cum ad scribendum quæ habemus poëmata animum appulisset: Democritum quoq; philosophum sibi ipsi oculos eripuisse, ne quid eum à rerũ consideratione abstraheret (vt consueuit antiquitas omnia fabulis inuoluere, suis quibusdam rationibus mota) cum ipsi cæci plura in ea cæcitate viderent, quàm centum alij qui sibi Lyncei etiam esse videbãtur. Ita vt non immeritò quispiam de vtroque dixerit, de Homero verò maximè, quæ apud Sophoclem scribuntur de Oedipo cæco exule: qui quamuis cæcus esset, tamen significabat se propterea non minus Thesea Atheniensium regẽ de necessarijs atq; vtilib. monere posse, *ὅσα γὰρ ἂν*, inquit, *λέγωμεν, πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.* **Quare profundius quid cogitantes, id faciant deiectis in terram oculis.** **Vnde prodítū sit, Homerum cęcum, ac Democritum sibi oculos eruisse.** **Homerus cæcus plura vidit quàm alij optimè videntes.**

ξωμεν: in Oedipo Colonæo. Id etiam quod de Appio Romano Cæco, dissuadente Romanis amicitiam cum Pyrrho Epirotarum rege, Valerius scribit his quidem verbis: Hunc Cæcum aliquis nominat, à quo patria, quod honestum erat per se parum cernens, coacta est prouidere: lib. 8. cap. 13. Plutarchus etiam in Pyrrho. Ipse enim Homerus, quemadmodũ de eodem Appio Ouidius prodidit,

Multum animo vidit, lumine captus erat.

Oratio viri eloquẽtis, cui rei conferatur.

ἀενάων ἐπέων.) Sæpe à poëtis confertur oratio viri eloquentis, fontibus ac fluminibus. vt in versu Homerico, qui Iliad γ. de Nestore scriptus legitur:

τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Theocriti etiam, οὕνεκα οἱ γλυκὺ μοῦσα κατὰ στόμα χέε νέκταρ: Idyllio 7. vbi de Comata loquitur, inclusо à domino in cauo arboris, & pasto ab apibus melle, quod Musis αἰὲν esset πεφιλαμένος. Et in Hesiodi Theogonia his non dissimilia scripta reperies,

Comatas pastor in arbore inclusus, ab apib. Musarum beneficio pascitur.

—— ὁ δ' ὄλβιος ὅν τινα μοῦσαι

φιλεῦνται, γλυκερή οἱ ἀπὸ στόματος ῥέει αὐδή. Ac Cicero, (ille patriæ suæ pater, ac dono quodam prouidentiæ genitus, in quo eloquentia omnes suas vires experiretur, vt scribit Quintilianus) Aristotelem, principem, ac veluti deum philosophorum, flumen aureum nuncupare solebat: authore Plutarcho in Cicerone.

Periclis eloquentia.

δεινὸν αἰνιξάντησι.) Quemadmodum de Pericle etiam scribunt Plutarchus & Quintilianus, & quod nihil non dicendo impetrare potuerit. Quid enim non potest, quid non conficit hominis sapientis ac eloquentis oratio, ipsa rerum domina? vt est apud Sophoclem.

" μῦθος (γὰρ) καὶ βασιλῆας ἄγει, καὶ δῆμον ἐφέλκει.

" ἔν τ' ἀγορῇσι τέθηλε, καὶ ἐν θαλίῃσιν αἰάσει: quemadmodum in versibus Nazianzeni sapienter dicitur.

" οὐ γὰρ ἔοικε.) Iuxta Pindaricum illum Pelopem: θανεῖν δ' οἷσιν
" ἀνάγκα τί κέ τις ἀνώνυμον γῆρας ἐν σκότῳ καθήμενος, ἕψοι μάταν,
" ἁπάντων καλῶν ἄμμορος. 1. Olympiorum. Et Homericum *illum* Hectorem, cuius hæc verba sunt ante congressum *vltimum* cum Achille, vbi & occubuit:

" μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,

" ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι. Iliad. 22. Mors namque necessitatem habet fati: quæ si prius oppetenda est, oppetatur cum gloria, vt scribit alicubi Cicero. τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς, μέγας πόνος: vt Polyxena, mox mactanda ad tumulum Achillis, loquitur apud Euripidem, in Hecuba.

ἡμῖν

… ἡμῖν θαλπωρή.) Id eſt, meliorem cauſam habemus: pugnamus pro defenſione iuſticiæ, quæ ὑπὲρ ὕβριος ἴσχει ἐς τέλος ἐξελθοῦσα. Heſiod. Habemus meliora oracula, quàm illi, quæ nobis deorum præſentiam & auxilium, ipſis peſtem atq; excidium denunciant. Meminiſtis enim, quid in Aulide acciderit: & quòd Calchas iſtud prodigium interpretatus, portendi ſignificarit, Troiam anno decimo à nobis eſſe euertendam. Id tempus nunc adeſt. Eſtote ergo bono animo, ac bene ſperate, eaq; quæ etiam Helenus non ſperare monuit.

εἰ μὴ σπουδῇ.) Aulis ciuitas fuit Bœotiæ, ſic dicta ἀπὸ τοῦ αὐλισθῆναι αὐτόθι τὸν ἑλλήνων στρατὸν, quòd ibi collectus fuerit Græcorum exercitus, vt putat Stephanus: & quòd ibi Græci coniurauerint contra Troianos, vt ſcribit Dictys lib. 1. In ea inſula Agamemnonem, filiam etiam ſuam Iphigeniam mactaſſe, ſcribit Euripides, vt & Dianam placaret, & mare Græcis nauigabile efficeret. Vides autem Ethnicorum perfidiam, qui è literis ſacris Abrahami hiſtoriam ad vaniſsimas nugas detraxerunt: id quod etiam Pindari interpres, quiſquis ille fuit, animaduertit. Nam pro Abrahamo Agamemnonem, pro Iſaaco Iphigeniam, pro ariete ceruam ſubſtituerunt. Dum autem ibi commorantur diutius Græci, draco conſpectus eſt deuorare octo pullos paſſeris ex platano: cum ipſa matre, quo portento Calchas vates ſignificari retulit, quòd Troia exacto demum nono anno, aduentante iam decimo, à Græcis poſsit capi: [illegible]

In Aulide Bœotiæ Græci conuenerunt.

Agamemnon in Aulide immolat Iphigeniam.

Immolatio Iphigeniæ ex Biblica hiſtoria deſumpta.

Portentum obiectum Græcis in Aulide.

ὄψιμον ὀψιτέλεστον ὅου κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται. quo verſu ipſe vates Græcos apud Homerum animat, ne tam longam moram impatientius ferant. Fabula eſt apud Homerum Iliad. β. Meminit etiam Philoſtratus lib. 1. & 3. de vita Apollonij Tyanei: Cicero etiam lib. 1. de Diuinatione. Refertur à Virgilio quoque, Ouidio & alijs. Quia verò Ethnici talia portenta, ipſi ſuperſtitioſiſsimus populus, magni faciebant, fuerunt talium prodigiorum vbiq; plena omnia: quemadmodum id ex Vitis Plutarchi patet, cuilibet id obſeruare volenti.

εἰ δὲ θεοπροπίησι.) Id eſt, quod ſi hactenus Calchantis vaticinia in Aulide nondum ſunt completa, moueant vos ſaltem Heleni, filij Priami, oracula, qui & ipſe affirmare non dubitat, fatum vrbis Troianæ nunc eſſe completum: quòd & anni decem nunc præterierint, Palladium etiam à Troianis ad nos ſit tranſlatum. Ei etiam Heleno maximè placuit conſilium de equi fabricatione: quem perfectum nunc eſſe, ex me puto cognouiſtis.

Ff ἀμφα-

ἀμφαγαπῶντες.) Id est, equum in suum exitium in vrbem ducentes.

πῦρ ἴδιον.) Id est, accensis castris citò abite, reditum in patriam simulantes, abditi alicubi, donec aduentante nocte Sinon ex edito loco prolata face, nos ad occupandam Troiam reuocet. Virgil. 2 Aeneid. in Tenedum insulam, contra Troiam sitam, intra Mitylenem & Hellespontum, eos secessisse scribit, quam ab opibus Virgilius eodem libro commendat. Athenæus autem lib. 13. Dipnosophistarum, Nymphodorum in Asiæ nauigatione scripsisse refert, omnium quæ alibi nascantur pulcherrimas mulieres reperiri in Tenedo, Troica insula: de qua vide *Melam lib.* 2. ac apud Erasmum prouerb. Tenedia bipennis, *Tenedius homo*, item Tenedius patrem.

Tenedus insula commendatur ab opulentia, ac mulierũ formosarum præstantia.

ἑσπέριον πῦρ.) *πυρσοὺς* multa solebant monere veteres, ijsq; crebrius etiam vti, quàm hodie fortè solet fieri. Verùm de eo fusius egimus in Theognide.

καὶ τότε.) Id est, nihil tunc vos impediat, quo minus properetis dato signo: neque remigantium cessatio & mora: neque tenebræ noctis, quæ sæpe hominibus horrorem incutiunt, ambulantibus in tenebris, quæ per se etiam horrendæ ac metuendæ existunt: sed quisque tunc videat, vt se suo genere ac virtute digna faciat, & præmium eius accipiat, partem prædæ hostium, qua honorari solent milites strenui & intrepidi.

Catalogus eorum qui in equum descenderunt.

πρῶτος ἐφωμάρτησε.) Catalogus Græcorum, qui in equum descenderunt: quem equum Demodocus cantor celebrat apud Alcinoum, Phæacum regem, in Odys. lib. θ.

πρῶτος ἐφωμάρτησε.) De Neoptolemo Achillis filio suprà diximus. Eam autem eius alacritatem ac fortitudinem, ac tandem quomodo se in equo gesserit Vlysses, apud inferos etiam prædicat patri Achilli: Odys. lib. λ.

ἔφθασε καὶ μάστιγα.) hoc est, vltrò sua sponte fertur ad cursum, ante etiam quàm flagello ad id concitetur.

Diomedis in Troiano bello laudanda facinora.

Τυδείδης.) Diomedes Aetoliæ rex fuit, ac Tydei filius, qui in bello Troiano adeò strenuè se gessit, vt post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimus haberetur. Nam præter occisos à se reges, & monomachias aduersus Hectorem & Aeneam, aliosq; insignes Troianorum principes, & captos Rhesi Thracum regis equos, eumq; ipsum in castris noctu comite Vlysse cæsum, palladium à Troianis surreptum, seu potius ab Antenore acceptum, Martem quoque in eo bello

vulnera-

vulnerauit: Venerem etiam in dextra manu fauciam fecit, cum Aeneam filium ipſa protegere vellet: quemadmodum tum iſta, tum plura alia ab Homeso de ipſo in Iliade ſcribuntur, vbi & hic verſus de Diomede factus legitur,

τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής: Iliad. ε. Quò Statium reſpexiſſe credibile eſt, cum ſcribit:

Maior in exiguo regnabat corpore virtus.

—— οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς,
οὐδ᾽ εὐρυνῶτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι
ἀλλ᾽ οἱ φρονοῦντες εὖ: veluti id à Sophocle in Aiace *μαστιγοφόρῳ* ſapienter dicitur.

τοῖος ἔην ἀχιλλεύς.) hoc eſt, patrem in omnibus retulit, tametſi id multo ſit rariſsimum: quemadmodum Homerus quoque iam olim id indicauit his quidem verſibus:

παῦροι γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρὶ πέλονται,
οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους: Odyſſ. β.

Et Euripides: *ἔστι γὰρ ἐν πολλοῖς ἰδεῖν* [illegible]
εὕροις ἂν, ὅστις ἐστὶ μὴ χείρων πατρός. Ac Plutarchus (vbi multa ſunt ſimilia exempla) ſcribit, Phocionem Athenienſem, virum modeſtiſsimum, & in omnibus vitæ Socraticæ per omnem vitam æmulum, eodemque vultu in omni fortuna ſemper conſpectum: Catonem etiam Vticenſem, virum prudentiſsimum, ac ſobrium: vtrumq; reliquiſſe filios illaudatiſsimos, immodeſtiſsimos, & à patrum virtutibus longiſsimè declinantes. *τῶν ἡρώων γὰρ τέκνα πήματα*: vt verè dicitur in Phocione & Catone.

Liberi raro imitantur virtutes parentum.

ὠκυμόρῳ.) quòd non diu vixerit, ſed citius perierit. Frequens autem eſt hominum apud poëtas epitheton, qui & *πνεῦμα, σκιά, σκιᾶς τε ὄναρ, ἐπάμεροι, εἴδωλα, κουφὴ σκιά, κηροτρεφέες, φύσιν ἀμαυρόβιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι, ὀλιγοδρανέες, πλάσματα πηλοῦ, σκιοειδέα, φῦλ᾽ ἀμενηνά, ἀνέρες εἰκελόνειροι, μινυνθάδιοι, φύλλοισιν ἐοικότες, ἔμψυχοι νεκροί, ὄχλος, σχῆμα, ὀνείρων μιμήματα, ἔμψυχοι τάφοι, ἀσθενείας ὑπόδειγμα, καιροῦ λάφυρον, τύχης παίγνιον, μεταπτώσεως εἰκών, φθόνου καὶ συμφορᾶς πλάστιγξ, τὸ δὲ λοιπὸν φλέγμα καὶ χολὴ* vocitantur ab Homero, Heſiodo, Pindaro, Euripide, Sophocle & Ariſtophane, Ariſtotele & alijs. Quis enim poſſet omnia commemorare epitheta, quæ miſeris nobis non ſine cauſa ſunt attributa?

Epitheta, quæ a Græcis ſcriptoribus hominibus tribuuntur, omnis generis malis in vita ſubiectis.

οὐ μὲν γάρ τι που ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἄλλο
πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει: Ilia. ρ. & Odyſ. 18.
ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
ζώειν ἀχνυμένους αὐτοὶ δ᾽ ἀκηδέες εἰσί: quemadmodum

 Achil-

Achilles consolatur senem Priamum, dilectissimum filium Hectorem lugentem, Iliad. lib. 24. Et à Proclo philosopho Platonico in commentarijs super α. Iliad. non dissimiles isti versus referuntur, vndecunq; etiam accepti:

δάκρυα μὲν σέθεν ἐστὶ πολυτλήμων γόος ἀνδρῶν,
μειδῆσαι δὲ θεῶν ἱερὸν γένος ἔλλαχεν.

χομαιθώ.) Apud Lycophronem quædam eo nomine, Pterelæ de Pelopidarum familia est filia, quem Neptunus inexpugnabilem fecerat, quam diu in capite coma illius aurea, quam ipsi dono dederat, non abraderetur: quam filia Comætho, amore hostis flagrans cum abrasisset, patrem hostibus prodidit. quæ ex historia Samsonis sic facta esse videntur. Eius fabulæ, ni fallor, Ouidius etiam *alicubi meminit in* Metamorphosi. Verùm hoc loco Comætho Tydei facit filiam poeta: nisi fortè exemplar est corruptum. Cyanippum quoq; huius filium, ac Aegialeum maritum.

Fabula quædam facta ex historia Samsonis.

Menelaus qualis fuerit.

μενέλαος.) maritus Helenæ, rex Spartanus, cupiens vlcisci iniuriam sibi factam à Paride.

" *——Nec (enim) turpe marito est,* [illegible]
" *Aspera pro charo bella tulisse thoro*: Ouidius epistolà 8.

De eodem Menelao 2. Iliad. ab Helena dicitur ad Priamũ, *παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος.* id est: Pauca loqui solet, verùm ea arguta omnia Vide prouerbium, Pauciloquus, sed eruditus.

Liberi Paridis ex Helena suscepti opprimũtur ruina cameræ.

Helena cũ quinque maritis nupsit.

Helena septennis vixdum a Theseo rapit. quæ ipsi postea Iphigeniam peperit.

δηΐφοβον) cum quo nupta fuit Helena, post interfectum Paridem à Philoctete. Virg. 2. Aeneid. Dictys lib. 4. vbi quoque refertur, quòd liberi quos Paris ex Helena suscepit, in ipsa Troiæ obsidione, ante vrbem captam, cameræ ruina fuerint oppressi: *εὐτέκνων (γὰρ) παίδεσσι λαῖνα; δυστέκνων δ' οὔ.* quemadmodum rectè scripsit Theocritus Idyll 33. Helenam autem per vitam cum quinque maritis nuptam fuisse, scribit Lycophron. Rapuit namq; eam puellam adhuc, & septennem vixdum (quemadmodum alij scribunt) Theseus rex Atheniensium, ex qua etiam aliquanto pòst Iphigeniam peperit, teste Pausania in Corinthiacis, Isocrate etiam in Helenæ encomio, & Plutarcho in Theseo.

Duo Aiaces.

λοκρὸς.) Duo fuerunt Aiaces: Aiax Telamonis filius vnde ipse Telamonius etiam dictus est: & alter Aiax Oilei filius, regis Locrorum, habitantium ad Locrinum montem, ad extremum Italiæ, oppositum Peloro, de eo dicemus infrà pluribus.

δ μὲν

θυμὸν ἔχων.) id est, tunc nondum vitium obtulerat Cassandræ, filiæ Priami, in templo Mineruæ. nec enim dum vrbs capta fuerat. De vtroque Aiace vide Philostratum seniorem in Heroicis.

ἰδομενῆα.) Fuit Idomeneus rex Cretensium, cuius Homerus etiam meminit in Bœotia, Minois nepos. Sub eo duce ad Troiam militauit Dictys Cretensis, qui belli Troiani historiam libris sex descripsit, qui adhuc extant: ex quibus etiam in hac expositione sæpe testimonia petimus.

Dictys Cretensis scriptor Romanæ historiæ, sub quo militarit duce ad Troiam.

θρασυμήδης.) Thrasymedis, Nestoris filij, meminit Homerus 9 Iliad. De Nestore autem patre, ac Antilocho eius filio, suprà diximus.

τεῦκρος.) Teucer, frater fuit Aiacis Telamonij, natus quidem ex eodem patre Telamone, sed matre diuersa, Hesione scilicet filia Laomedontis, sorore Priami: quam Hercules Telamoni præmium fortitudinis tribuerat, cum Troiam cæpisset. Quod accidisse referunt, quo tempore Argonautæ in Scythiam profecti sunt, ad aureum illud vellus, quodcunq; id etiam fuerit. Cæterùm quòd Hercules etiam Troiam cæperit regnante Laomedonte, meminerunt Dares Phrygius in historia Troiana, Isocrates in Helenæ Encomio, Homerus, Euripides, Lycophron in Cassandra, ac Ouidius 11. Metamorph. Eius expugnationis autem alij alias causas afferunt.

Teucer frater Aiacis Telamonij.

Hercules quando Troiam cæperit.

εὔμηλος.) Græcorum fuit quispiam: nec enim omnes qui bello Troiano interfuerunt, similiter clari fuerunt, vt in horum descriptionibus laborandum sibi multum esse putarint veteres, quorum monumenta adhuc extant.

κάλχας.) Græcorum vates fuit, cuius crebra mentio est apud Homerum, Daretem, Dictym, & Virgilium: de quo etiam apud Homerum is versus sæpe repetitus legitur,

ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα. Ideoq; eius consilio & oraculis Græci plerumq; regebantur, quemadmodum Argonautæ Mopsi: veluti est apud Apollonium & Lycophronem. Fuit autem natus ex Thestore (vnde & Thestorides dicitur) filio Aglaiæ, quæ vna Musarum est & Apollinis. Ac perijt Calchas dolore ac pudore extinctus, cum post Ilij vastationem Colophonem profectus, non posset Mopso vati, filio Apollinis, respondere, interrogatus (certabant enim inter se, propositis huiusmodi quæstionibus) quod scropha grauida catulos paritura esset. Fabula est apud Lycophronem in Cassandra, ac huius interpretem.

Calchas Græcorum vates sapientissimus. Aglaiæ musæ filius, extinguitur mœrore & pudore.

Exempla mortuorũ præ gaudio, risu & mœrore.

Ac leguntur apud Plinium, Gellium & Valerium, multa similia exempla, eorum qui gaudio, risu ac mœrore sunt extincti, quemadmodum de Homero quoq; Herodotus scripsit, cum non posset soluere piscatorum ænigma, quod hoc versu proponebatur:

ὅσσ' ἕλομεν, λίπομεν. ἃ ἢ μὴ ἕλομεν, φερόμεσθα. πᾶν γὰρ πάθος τῆς ψυχῆς εἰς σωτηρίαν αὐτῆς ἐναντιώτατον, quemadmodum Plato alicubi de affectibus modum excedentibus verè scripsit.

Theseus rapit Helenam septennem adhuc.

Θησεῖ.) Theseus rex fuit Atheniensium, qui & ipse Helenam olim, paruam adhuc rapuerat: ereptam deinde sibi iterum, expugnatis ipsius ædibus per Castorem & Pollucem fratres, qui & matrem Thesei vnà abduxerunt: quam deinde Paris cum Helena vnà Troiam abduxit. Is se in omnibus ad imitationem gestorum Herculis componere studuit. Eius vitam luculenter descripsit Plutarchus in Vitis, vide etiam prouerb. Non absque Theseo. Eius filij fuerunt Demophoon & Acamas, de quibus dicemus postea in fine poëmatis.

Aethra mater Thesei vna cũ Paride Troiam abducta.
Filii Thesei.

ὀρτυγίδης.) Anticli Calaber meminit libro 12. Homerus etiam Odyss. δ. vbi annumeratur ijs Græcis, qui in equum descenderunt. Quis verò Græcorum, & à quibus parentibus ortus fuerit, non explicat: nisi quod ex patronymico, quod hoc loco ponitur, de patre non difficilis coniectura sit. Cæterùm quomodo eum mortuum in equo Græci sepeliuerint, infra dicetur: quò remittimus lectorem.

πηνέλεως.) Peneleos, Meges & Antiphates, Amphidamas etiam & Eurydamas, & ipsi Græci sunt virtute & fortitudine præstantes: quorum parentes, genus & patrias, quid attinet semper pluribus persequi?

Pelias autor fuit profectionis Argonauticæ.

πελίαο.) Pelias, filius fuit Neptuni, patruus Iasonis: qui etiam Iasoni præcepit nauigationem in Colchos, ad aureum vellus. Eius pluribus meminit Homerus Odyss. λ. Apollonius in Argonautica historia, Lycophron in eadem, ac tandem Ouidius lib. Metamorph. 7.

ἐπειός.) Faber equi lignei, qui Durateus seu Troianus dicitur. De eo Epeo supra diximus.

Minerua nata ex Iouis cerebro.

γλαυκώπιδι.) id est, Mineruæ, Iouis filiæ, natæ ex Iouis capite: quemadmodum scribit Pindarus Olymp. 7. Ouidius etiam tertio Fastorum, ac exponit eam fabulam pluribus Chrysippus philosophus Stoicus apud Galenum libro 3. de Platonis & Hippocratis dogmatibus, mox circa finem. Meminit

minit quoq; eiusdem Homerus hymno 1. tametsi Pausanias in Atticis, Herodotus etiam libro quarto Neptuni eam facit filiam: ideoque glaucoculam nominari, quemadmodum glaucum mare dicimus. Minerua quibusdam Neptuni filia.

ἱππείω ὁλκάδα.) id est, ad equum ligneum, qui ad modum vastæ & amplæ nauis fuerat extructus, quemadmodum supra dixit, γαστέρα κοιλήνας ὁπόσον νέος ἀμφιελίσσης. seu etiam, quod traheretur rotis innixus, quemadmodum nauis remis impellitur.

ἀμβροσίη.) Ambrosia deorum cibus, ab α καὶ βροτός: quod dij mortales non sint, seu mortali cibo non indigeant, vnde & ἄμβροτοι ipsi, nos vero βροτοὶ nominamur: à βιβρώσκω fortè facto nomine, quod & cibo opus habeamus, ac deinde moriamur. νέκταρ autem ipsorum potus est, quo ipsorum immortalitas similiter indicata est, à νε καὶ κτείνω facto nomine. Ideoq; μάκαρες καὶ ῥεῖα ζῶντες, καὶ αἰὲν ἐόντες nuncupantur ab Homero, ipsi ἄπειροι θεῶν παῖδες, vt de ijsdem scripsit Pindarus. De nobis vero, ὅτι θνατὰ περιστέλλομεν μέλη, καὶ τελευτᾷ ἁπάντων γᾶ ἐπιεσσόμενοι, 11. Nemeorum: Ambrosia deorum cibus, nectar potus.

οἶνπερ (γάρ) φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν. Cæterùm de deorum cibo potuq;, in versu Martialis dicitur:

Iuppiter Ambrosia satur est, & Nectare viuit. Significat autem poëta, Deum approbasse conatum Græcorum, ac ipsorum cœpta adiuuisse, quod pro bona causa præliarentur.

ὡς δ' ὁπότε.) Simili declarat studium ac impetum Græcorum, quo properabundi ac præcipites in equum pro communi Græciæ salute descenderunt.

νιφάδα παχυτάτα.) Est enim nix nihil aliud, quàm vapor infra mediam regionem aëris à frigore resolutus, & mox inde ad instar lanæ carminatæ molliter, conglobatus & congelatus. Plinius scribit libro secundo Historiæ mundi, cap. 40. grandinem conglaciato imbre gigni: & niuem eodem humore, mollius coacto. Nix quid.

ὀρεσιτρεφέος ποταμοῖο.) id est, niuis liquefactæ, & cum impetu instar torrentis ex monte, vbi morabantur feræ, delatæ.

ἐγκύμονος.) grauidi, vterum gestantis, occulentis Græcos qui in eum descenderant.

αὐτὸς δ' ἐν κεφαλῇσι.) Vlyssem coniungit Poëta cæteris, qui in equo se abdiderant: eumque, vt sapientiorem, administratorem & gubernatorem omnium constituit, copulans hac ratione consilium & auxilium, mentem & manum, animum & gladium: quemadmodum id in hanc senten-

tiam non inſcitè interpretatur Apuleius in libro de Socratis dæmonio. Ac in veteri ſapienteque Publij Mimo dicitur: Ducis in conſilio poſita eſt virtus militum. cum, vt Euripides ſcripſit, τὸ νικᾶν πᾶν ſit εὐβουλία.

ἐξελέλειπον.) id eſt, Græci reliquerunt nudum equum, non tectum ſeu circundatum vallo, vt à Troianis conſpici poſſet. quod quidem vt ita facerent, iuſſerunt Atridæ (hoc eſt, Agamemnon & Menelaus, fratres, Atrei filij, ſeu potius Pliſthenis, & ab Atreo educati) Vlyſsis ſententiam vt potiorem approbantes. Seu fecerunt id ita Græci mandato regis, Vlyſsis ſcilicet, qui rex erat Ithacæ inſulæ: quæ quamuis τρηχεῖα eſſet, tamen videbatur ipſi ἀγαθὴ κουροτρόφος, ita vt etiam mori cupiat deinde, ſi ſaltem prius ſibi liceat fumum eius aſpicere:

Ithaca patria Vlyſsis, quam fecit maximi.

—— αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρῴσκοντα νοῆσαι
ἧς γαίης, θανέειν ἱμείρεται.—— Quos verſus Ouidius expreſsit his verbis:

Non dubia eſt Ithaci prudentia: ſed tamen optat
Fumum de patrijs poſſe videre focis.
Neſcio (enim) *qua natale ſolum dulcedine cunctos*
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

λαῶν.) Per exercitum Græcorum, vt ad reditum ſimulatum accingerentur.

ἀπὸ ῥοιτιάδος ἀκτῆς.) Rhœteum, ſiue Rhœtus, promontorium fuit Troiæ: à quo Rhœteum, id eſt Troianum littus, & Aeneas ductor Rhœteus, libro 12. Aeneidos nuncupantur. Meminit eius littoris ac promontorij bis Lycophron in Caſſandra ſua. In eo littore ſepeliuerunt Græci Aiacem Telamonium, quum ſeipſum præ dolore interemiſſet: quemadmodum id ſcribit Dictys libro 5.

Aiax Telamonius ad Troiam ſepultus in littore Rhœteo.

ἀθαμάντιδος ἕλλης.) hoc eſt, Helleſponti. Tenedos enim inſula contra Troiam poſita, in quam nauigarunt, *ſita fuit* inter Mitylenem & Helleſpontum, ſic nominatum ab Helle filia Athamantis, filij Æoli: quæ cum fratre Phrixo, in aureo ariete fugiens inſidias nouercæ, in eo mari perijt. Cæterùm ea fabula pluribus exponitur apud Apollonium Rhodium in Argonauticis.

Helleſpontus vnde dicatur.

De Sinone ſeipſum vulnerãte.

μοῦνος δὲ πληγῇσιν.) Narratio de Sinone, qui ſeipſum vltrò plagis affecerat, deformato corpore ſuo, vt eo citius perſuaderet Troianis, quo equum illum ligneum in vrbem reciperent. Sic veteres, ſeu laudis cupiditate ducti, ſeu et-

ſeu etiam vt publicæ vtilitati conſulerent, ac patriæ prodeſſent, nihil non malorum atque periculorum ſuſtinere ſunt auſi, adeò vt vxor pro marito moreretur: quemadmodum eſt in Alceſtide Euripidis, de Alceſtide Admeti coniuge. parentes etiam liberos mactarent, ſeu pro patria, ſeu pro exercitus incolumitate: veluti Erechtheus Athenienſium rex apud eundem in Ione, & Agamemnon ibidem in Iphigenia. Ac ſæpe recitari ſolent quæ ſcribit de Codro Athenienſium rege Iuſtinus lib. 2. quod etiam Plato in conuiuio meminit: de M. Curtio & C. Mutio, nobilibus & virtute præſtantibus Romanis, Liuius Decadis 1. libro ſecundo & ſeptimo. Plutarchus etiam in Parallelis, vbi ſimilis quoque eſt hiſtoria de Anchyro Midæ Phrygiæ regis filio, qui omnes ſua morte (ad quam ſe vltrò obtulerunt) patriæ pacem ac liberationem à præſentib. malis pepererunt. De Bule & Sperche Lacedæmonijs, Herodotus li. 7. Plutarchus etiam in Apophthegmatis Laconicis. De Decio ſeipſum litante Saturno, pro imperio, Plutarchus in commentario, Num improbitas ſufficiat ad infœlicitatem. De Zopyro etiam Herodotus lib. 3. Ac de alijs alij, quæ omnia commemorare non huius eſt inſtituti. Porrò etiam Vlyſſes apud Calabrum lib. 5. prædicat ſua vulnera, quæ vltro ſibi inflixit Troiam profectus, vt hac ratione minori cum periculo conſilia Troianorum cognoſceret, quemadmodum eadem fabula apud Homerum quoq; refertur Odyſſ. δ. Cæterùm Calaber lib. 12. ſcribit, huic narrationi prorſus contraria: id eſt, quòd Sinon ſine vulneribus, integro corpore, ad Troianos acceſſerit, conſilium Græcorum de equo expoſiturus. Mutilatũ autem fuiſſe auribus naribusque non à ſe ipſo vltro ſponteq;, ſed inuitum vtiq;, ab ipſis Troianis, qui indignis prorſum modis eum acceperint, vt verũ exculperent: quemadmodum nunc quoq; tormentis ſubijciuntur homines, ijsq; varijs. Aſt Virgilij de Sinone commemoratio, poetæ noſtri recitationi congruit: vt ſimile veri ſit, præſens poema ad imitationem 2. Aeneidos à poeta eſſe conſcriptum, cum Virgilio Tryphiodorum multo poſteriorem fuiſſe credibile ſit. Nomen verò Sinonis apparet factum eſſe à Græco σίνομαι, quod lædere ſignificat: & quod in verſu qui apud Heſiodum, Homerum etiam bis reperitur, legitur:

αἰδὼς ἥτ' ἄνδρας μέγα σίνεται, ἠδ' ὀνίνησι: cum veteres ſuis liberis nõ temerè, vt nunc fit, nomina impoſuerint, quemadmodum id alibi à nobis eſt expoſitum. Patrem verò habuit Aeſimum, qui filius fuit Autolyci, qui furandi arte omnes in

Exempla eorũ qui laudis cupiditate, & patriæ gratia, nihil nõ ſuſtinuerũt.

Calaber hiſtoriam de Sinone aliter recitat, quam Tryphiodorus.

Virgilius 2. Aeneidos in pleriſq; cum Tryphiodori narratione de Troiæ excidio congruit.

Etymologia nominis Sinon.

Vlyſſes & Sinon conſobrini.

orbe homines excellebat, vnde Aeſimides dicitur. & quia ex Anticlia Autolyci filia natus eſt Vlyſſes, factum eſt, vt conſobrini eſſent, vterque non diſsimili aſtutia præditi. Fabula eſt apud Lycophronem, eius interpretem, & Homerum Odyſſ. λ.

Vulcanus ex ſola Iunone naſcitur.

μάτηρ πυρὸς ἦεν.) Iuno namque mater eſt Vulcani, fabri deorum: quemadmodum ſcribit Homerus in Iliade, quod eum ex Ioue ſuſceperit. tametſi Heſiodus in Theogonia, Apollonius etiam lib. 1. & huius interpretes, ac Lucianus in Dialogo de ſacrificijs, eum ex ſola Iunone natum aſſerant, citra virilem congreſſum: quam fabulam Phurnutus de Natura deorum explicat.

ἤδη δὲ τρώεσσι.) Id eſt, & fumus ipſe ſublatus ex incendio caſtrorum, ac verſus vrbem à vento delatus, & fama ſub crepuſculum matutinum, nunciabant hoſtes arrepta fuga caſtra incendiſſe.

πριάμῳ βασιλῆι.) Id eſt, non tantum Priamus iam ſenex & confectus curis tam diuturni belli, mœroribus etiam & luctibus interfecti Hectoris, & aliorum ſuorum liberorum, qui fortiter pro patria dimicauerant, in curru propter ſenium extra vrbem vectus eſt: ſed etiam alij ſenes eum comitati ſunt, tantum non obliti ſui ſenij, propter tam inſperatum hoſtium diſceſſum, ac gaudium illud ἐπίδημιον, ne in ſomnijs quidem à quopiam vnquam expectatum. Quæ enim præter ſpem nobis omnia accidunt, in quacunq; fortuna, mentes hominum magis percellunt, & fortius afficiunt.

ἔμελλον.) futuri erant gaudere. Id eſt, gaudium iſtud non erat futurum perpetuum, quemadmodum aliàs etiam nulla fortuna perpetuò bona aut conſtans reperitur: ἄλλοτε γὰρ ἀλλοῖαι πνοαὶ ὑψιπετᾶν ἀνέμων, ὄλβος δ' οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται, ſecundum Pindarum noſtrum, γλύκιστον καὶ σεμνότατον ἀοιδῶν, tertio Pythiorum. Et Hecubæ querela apud Euripidem nota eſt.

> κἀγὼ γὰρ ἦν ποτε, ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμὶ ἔτι,
> τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

Cauſæ belli Troiani quæ.

Διὸς ἤλυθε βουλή.) Factum eſt id hemiſtichium ad Homericum illud quod eſt in principio α. Iliad. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Vbi id indicatur, quod Iupiter miſeratus terram, deorum ac hominum matrem (quemadmodum Pindarus eam nominat) pertæſam tantæ hominum improbitatis, bellum Troianum excitarit, vt ad Troiam plurimis interfectis, ipſa improborum hominum onere, quo premebatur, leuaretur: veluti id interpres Homeri

pres Homeri ex Stasimo refert, qui res Cypriacas scripsit, ac meminit Euripides etiam alicubi, locus enim iam non succurrit. Hoc autem loco significatur adesse iam tempus, quod diruendæ ac vastandæ Troiæ, propter peccata Iupiter iam olim decreuisset, qui ἔχει ἐκδικοῦν ὄμμα, vt ab Homero scriptum est. Siquidē οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει, quēadmodum Hipparcho, Pisistrati Atheniensium tyranni filio, dormienti à spectro horrendo dicitur, apud Herodotum libro 5. μάλα γάρ τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις. Punit namque Deus iniuriam, vt in versu oraculi dicitur.

μόθου ἐσμῦεν.) Id est, in æternum memoriam belli gesti inter Græcos & Troianos.

Δαρδανίδη.) Id est, ô Priame, à Dardano oriunde. Dardanus namq; primus Troianorum rex fuit: de quo ac reliquis regibus ab eo descendentibus, vsque ad vltimum Priamum (cuius imperij anno 40. Troia ante omnium hominum faciem est prostrata, vt scribit Eusebius in Chronicis) vide Homerum Iliad. lib. 2.

Dardanus primus Troianorum rex fuit.

Troia quo anno imperij Priami capta.

θεῶν ὄπιν) Id est, ipsi impij crudeles atque tyrannici: quum viri boni & pij neminem lædant, nemini iniuriam afferant, sed omnia recte faciant. ἀεὶ γὰρ, ἢ μάλιστα πάντων πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετὴν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα, καὶ πάντη πάντως ἐμμελῶς, ὅγ' ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου, quemadmodum Aristoteles libro Nicomachicorum primo scripsit, de viro verè bono, quadrato ipso existente, ac omni vitio carente.

Vir bonus qualis esse debeat.

αἰακίδαο.) Achillem Aeacidem vocat, ab auo Aeaco, viro à Pindaro maximè in plerisque hymnis celebrato. Ex huius filio Peleo natus est Achilles, vnde & Pelides dicitur: quemadmodum ex Pelei fratre Telamone, Aiax Telamonius, vt supra diximus. vide prouerbium, Primùm Aegina pueros optimos alit.

Aeacus, Achillis auus. Achilles, Aiax Telamonius, duorum fratrum filij.

γέρας ἥρπαξεν.) Ab hac iniuria facta Achilli ab Agamemnone, exorditur Homerus suam Iliada. Ac meminit deinde eius sæpius etiam in eodem Opere, propterea quòd multis malis ac cladibus ea res Græcos affecerit: cum Achilles Græcorum fortissimus, quique solus Hectoris impetum sustinere ac fugare posset, à prælio prorsus abstineret, propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseida, speciosissima forma virginem: quæ dum Græci vastant vicinas Phrygiæ vrbes, in prædæ distributione præmium virtutis Achilli obuenerat. Eam Dictys Hippodamiam nominat, lib. 2.

Ira Achillis multis cladibus affecit Græcos.

Briseis speciosissima virgo.

φιλοκτήτην.) Philoctetes, laborum ac periculorum Herculi comes ac socius fuerat: à quo etiam moriente, arcum cum sagittis, sine quibus (quemadmodum & Pelopis filij Tantali ossibus) Troiam capi non posse, iam olim oraculis prædictum fuerat: veluti est apud Pausaniam libro quinto, Ouid. in Metamorphosi libro nono. Is cum fortè letaliter vulnerasset, letali Herculis iaculo, hydræ Lernææ felle tincto, pedem: ac Græci fætorem eius vulneris diutius ferre nequirent, in Lemnum insulam missus est. Vnde ab Vlysse tandem reducitur, ablegatus ab exercitu. Calaber libro 9. Paralipomenon, Sophocles in Philoctete, *Euripides etiam* & Aeschylus in eodem. nam hi *tres tragici simul singuli* tragœdiam de Philoctete scripserunt, quarum extat *collatio* apud Dionem oratione quadragesima, quæ Philoctetes inscribitur, quæ eius est Tragœdiæ paraphrasis: Ouid. Metamorph. li. 13. Verùm Dictys non inuitum eum in Lemnum missum scribit, neq; ad contumeliam, quod innuere videtur Tryphiodorus: quemadmodum reliqui poetæ ommes, quotquot eam fabulam scripserunt: sed vt curaretur (quòd Græci de eius, vt viri præstantis, salute, ac in quo plurimum momenti esse scirent, essent solliciti) ibi à sacris Vulcani antistitibus, qui soli in periculosis huiusmodi vulneribus curandis tum temporis peritissimi esse credebantur. lib. 2. Verùm cui tantum est ocij, vt omnes fabulæ poeticæ, quomodo cum veritate congruant, possit ostendere? cum pictoribus atque poetis quidlibet audendi semper fuerit æqua potestas: vt scribit Horatius lib. de Arte poetica.

Sine quib9 Troia capi non potuerit.

De Philoctete tres Tragici scripserunt tragœdias.

Philoctetes quomodo sit missus in Lemnum.

παλαμήδην.) Palamedes vir fuit præstantissimus, ac qui multa ipse primus inuenit & obseruauit, hominum vitæ vtilia: quemadmodum Plinius de ea re pluribus meminit, sicuti & Philostratus in Heroicis. Nauplij fuit filius, regis Eubœæ: qui vt filij Palamedis iniustam cædem vlcisceretur, Græcos absentes, & deinde redire in patriam conantes, multis affecit damnis & malis, vt refert Lycophron, *ac pluri*b. id exponit huius interpres. Cæterùm de Palamedis nece perpetrata ad Troiam à Græcis, alij aliter sentiunt. Dictys libro. 2. scribit, interemptum ab Vlysse & Diomede: quòd dolerent eũ sibi anteire sapientia, & alijs virtutibus, suffocatũ in puteo: à qua sententia Pausanias etiam non multum discedit, libro 10. Dissentit verò Dares in Troiana historia. Meminerunt interfecti Palamedis, Xenophon etiam in Hipparchico, Ouidius 13. Metamorph. Virgilius libro 2. Aeneidos. Ac

Palamedes vir sapientissimus.

Palamedes quomodo sit interfectus ad Troiam.

dos. Ac Euripides cum vellet exprobrare Athenienſibus ingratitudinem & impietatem, qua Socratem innocentem ſuſtuliſſent, in Palamede ſuo hos verſus inſeruit: *ἐκάνετ᾽ ἐκάνετε ταὶ πάνσοφον, ταὶ οὐδὲν ἀλγυνοῦσαν ἀηδόνα μουσᾶν*: autore Laertio in Socrate. quod præconium vtrique conuenire poeta voluit, quod & Palamedes eſſet ſapientiſsimus, & ipſe vt dulciſsima luſcinia poemata multa ſcripſerit: quemadmodum Suidas teſtatur, quæ ſiue poſterorum Agamemnonis inuidia, ſiue (vt verius quidam arbitrantur) ipſius Homeri, perierunt: adeò ferè ſemper inter præclara ingenia fuit inuidia, vt in verſibus etiam Silij indicatum eſt.

Verſus Euripidis de palamede & Socrate.

Palamedes multa ſcripſit poemata.

O' dirum exitium mortalibus, ô nihil vnquam
Creſcere, nec magnas patiens exurgere laudes
Inuidia. — Lib. 17. belli Punici.

μένειν δ᾽ ἐκέλευον.) hoc eſt, quia ipſorum improbabam cœpta, non honeſtum nec vtile eſſe dicens, re infecta, non ſine turpi æternaq; nominis infamia, domum redire.

νιῶν.) miniſtrorum, quibus id negocij datum fuerat.

ξείνη.) Troiano, apud hoſtes, vt me his necandũ obijcerent.

Διὸς ἱκεσίου.) Iupiter veteribus tot propè inuocabatur ac colebatur nominibus, à quot cultoribus pro Ioue habebatur: quorum alia aliunde indita ipſi fuerunt, quemadmodum & cauſæ horum tum ab alijs, tum à Pauſania etiam in Græcia exponuntur. Vocabatur *βουλαῖος, βρονταῖος, κεραύνιος, εἰλαπιναστὴς*, quod libenter conuiuaretur, & domi rarius eſſet, quemadmodum alibi ex Homero & Ariſtophane retulimus: *ἐξακεστήριος, γαμήλιος, μοιραγέτης, νεφεληγερέτης, τερπικέραυνος*, cuculus, Meliſſæus, &c. ſecundum quæ epitheta omnia, templa, ſacella, aras, ſtatuas, in Græcia ſibi in diuerſis locis poſitas habuit: *ἱκεσίης* etiam, ſeu *ἱκέσιος*, quòd ſupplicum pater ac defenſor crederetur, ſeu ad quem ſupplices confugiebant: de quibus non lædendis, ſed amicè ac reuerenter habendis, multæ extant præceptiones apud Heſiod. Theognidem, Phocylidem, & Homerum, maximè verò in Odyſſea, quæ tota propè de exulib. ſupplicibus, mendicis atque naufragis eſt conſcripta. Ac in oraculo Dodonæo Athenienſibus præcipitur, *μηθ᾽ ἱκέτας ἀδικεῖν, ἱκέτας ἱεροί τε καὶ ἁγνοί.* Pauſanias lib. 7. deſcriptionis Græciæ.

Iupiter tot habuit nomina, quot cultores.

Apud quos autores plurimæ ſententiæ de exulibus benignè tractandis.

ἄργος,) Argos, vnde Græci Argiui, non procul ab Athenis ſita ciuitas fuit nobiliſsima, Peloponneſi regionis Achaiæ, in qua Mycene etiam, Corinthus, Lacedæmon & Epidaurus, omnes illuſtres vrbes, & apud veteres celebratiſsimæ fuerunt.

Argos Peloponneſi nobiliſsima ciuitas.

Fuerunt etiam aliæ hoc nomine vrbes, quas commemorat Stephanus in ἄργος. Strabo etiam quarundam meminit.

εἰ μὲν γὰρ ἐᾶτ'.) O Sinon, Wie leugest du. contrarium namq; verum est: non id quod tu fingis, tuæ caussæ inseruiens: cum tu optimè cognoris ex Heleno, quale oraculum iam olim Troianis de equo ligneo sit redditum: & quòd Troiam tunc capi fatale sit, si ipsi Troiani equum illum (quocunque etiam nomine, à quocunque tandem commendatum) in vrbem accersitum, Mineruæ consecrauerint: quemadmodum id oraculi ab Heleno Priami filio *vobis Græcis refertur* apud Dictym lib. 5. veluti suprà etiam monuimus. *Vnde* sunt qui scripserunt, non tam ab Aenea & Antenore Troiam Græcis proditam, quàm etiam ipso Heleno: quòd Græcis indicaret omnia, ex quibus fata Troiæ penderent, de ea re vide quid scripserint Tzetzes in Varia sua historia, Chiliade sexta, cap. 65. Leonicenus etiam in Varia sua historia, lib. 3. cap. 45.

Troia prodita ab Aenea, Antenore & Heleno.

ἀκρόπολιν.) vbi fuit templum Mineruæ, extructum in eius honorem, ab Ilo rege Troiano: vbi etiam Palladium fuit, cælitus in id templum delapsum, quemadmodum suprà ex quinto Fastorum Ouidij, & aliquot alijs scriptoribus pluribus indicauimus.

In templo Mineruæ palladium fuit.

ἐπιβήτορα κύκλων.) Id est, qui super rotas fabricatus, motu rotarum ducebatur in vrbem, cum magno & publico totius Troiæ gaudio, mit tromlen vnd pfeiffen/ vt dicitur: & quemadmodum solet fieri in solenni lætitia, in conuiuijs, festiuitatibus, & huiusmodi: in quibus omnibus, gentes præcipuè peractis primò sacris, totos deinde se hilaritatibus dedere consueuerunt: in quibus Musicam & Musicæ organa adhibebant, quòd hisce hominum mentes maximè excitari ad gaudium scirent: quemadmodum de ea re multa scribuntur apud Plutarchum & Athenæum, maximè verò libro decimo, qui propè totus de ea est materia, hoc est Musica ac varijs Musicorum instrumentis, quibus Græci ad sacra, conuiuia, solennes conuentus, in gaudio, bello etiam vtebantur, vt horum sono ac modulatione rebus, temporibus atq; personis accommodata, militum animi excitati, alacrioresque contra hostem agerentur.

Veterum conuiuia.

Decimus liber Athenæi totus de Musica scriptus.

Musice vsus veteribus.

χίτλιον ἀφραδίων,) Sententia est, quòd homines (quia τὸ μέλλον plerunque ἄδηλον καὶ ἀόρατον vt dicitur) multa pœnitenda & admittant & incurrant, gaudentes vbi tristandum fuerat. Ac verè, vt sapiens scripsit Pindarus,

ἀμφὶ δ'

ἀμφὶ δ' ἀνθρώ-
πων φρεσὶν ἀμπλακίαι
ἀναρίθμητοι κρέμανται.
τοῦτο δ' ἀμάχανον εὑρεῖν,
ὅ, τι νῦν καὶ ἐν τελευ-
τᾷ φέρτατον ἀνδρὶ τυχεῖν. Et,
ἐπὶ μὰν βαίνει τι καὶ
λάθας ἀτέκμαρτον νέφος,
καὶ παρέλκει πραγμάτων ὀρ-
θὰν ὁδὸν γ' ἔξω φρενῶν.

ἄτη.) noxa, caligo, ne viderent ipsi cæci, quæ omnium maximè ipsos videre ac considerare oportebat.

σιμόεντος.) demessis floribus qui enati erant ad ripas Simoentis, fluuij, equum ornarunt, Bestacken es mit blumen. Simois autem fluuius est, qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur: & mari appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludes cogitur: deinde exit in mare, iuxta Sigæum promontorium. Eius, quemadmodum & Xanthi, crebra fit mentio apud Homerum, Virgilium etiam, maximè verò primo & vndecimo Aeneidos. De Simoente fluuio.

κάλων ξυνοχῇ.) ex quibus equus fuerat compactus ac fabricatus.

ἴδη.) Mons prope Troiam Ida: tametsi generali nomine Theocriti interpres omnes montes excelsos ἴδας vocari scribat, ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν: quasi inde tantum, tanquam ex edito, κατ' ἐξοχὴν, liceat aspicere & videre, quæ procul à nobis sint dissita, Eius quercus ideo Nymphæas siue Nymphales vocat, quòd Nymphæ syluarum, fruticum, arborum, montium, &c. deæ sint. Nihil enim fuit rerũ conditarum, cui antiquitas nõ numẽ aliquod præfecerit: quo Dei præsentiam in mundo ac rerum gubernationem & conseruationem indicare voluit, qui Deus sedens De Ida monte Phrygiæ. Quare antiquitas omnibus rebus numen aliquod præfecerit.

χρυσέῳ ἐνὶ θρόνῳ, γαίης ἐπὶ ποσσὶ βεβήκει,
χεῖρά τε δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος ὠκεανοῖο
πάντοθεν ἐκτέτακεν, περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ,
καὶ ποταμοὶ, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης. quemadmodum non malè scripsit Orpheus in libro quem Testamenta inscripsit, referente id Iustino, lib. de. Monarchia.

ἰαχῇ.) præ clamore, gaudio, exultatione atque iubilo, equum in vrbem ducentium. Nemo enim tunc erat, qui non notas aliquas læticiæ, vt in publico bono, eoque subito præter omnem expectationem obiecto, ederet.

ἐκ Διός.)

ἐκ Διός.) Fortè significat vocem tubæ, in nubibus inter ducendum equum exaudità: qua Iupiter ostendere voluit, quod Troiani sibijpsis bellum et hostes in equo absconditos, in vrbem ducerent: vt solent rerum mutationes & euentus, signa, portenta & prodigia præcedere. quemadmodum ante eiectos reges Romæ, canem locutum, anguem latrasse, scribit Plinius lib. 8. cap. 41. Herodotus etiam de equa quadam prodidit, quæ in Xerxis exercitu (qui ex decies centenis hominum millibus compositus, ex Persia in Græcos ducebatur) leporem peperit: quo fuga *Xerxis* præsignificata est. quemadmodum similia multa, non tantum apud Historicos, sed etiam Poetas inuenias, Homerum, Apollonium, &c. vbi naues loquuntur: carnes etiam assæ, & pelles excoriatorũ boũ, & parietes pœnam sceleratis minitantur. *φιλεῖ γάρ κως προσημαίνειν, εὖτ' ἂν μέλλῃ μεγάλα κακὰ ἢ πόλει ἢ ἔθνει ἔσεσθαι*: autore Herodoto lib. 6. historiæ suæ.

Rerum mutationes prodigia præcedere solent.

Exercitus Xerxis immensus.

Naues loquuntur, ac minantur pœnam improbis.

ὁδός.) per quam trahebatur, antequam ad portas ciuitatis perduceretur.

βωμούς) aras templi Mineruæ. de eo namq; loco redditum fuerat Troianis oraculum, perituram tunc Troiam, cum ad templum Mineruæ equus adductus fuisset, cuius non prorsus inscius Sinon, eo in loco, & non alibi, equum statui voluit.

ἀθήνη.) Irata Troianis tum propter Paridis iudicium, in quo spreta fuerat: tum etiam, quòd iam tota aliena facta esset à Troianis, postquam Palladium per Antenorem ad Græcos esset translatum. nam & id fieri oportebat, quod eo præsente Troia à Græcis capi nequiret, quemadmodum suprà retulimus.

Minerua quare irata fuerit Troianis.

ἥρη.) Iuno, soror & coniux Iouis (à nullius enim mulieris nuptijs temperauit, salacissimus ipse, ac nihil non factus propter mulieres) quæ & ipsa exosos habuit Troianos, propter Paridem. Ideoq; & deinde infinitis laboribus & periculis terra marique obiecit Aeneam, Italiam petentem, *Troia* iam euersa: quemadmodum id in tota Aeneide Virgilius ostendere voluit.

Iuno quare exosos habuerit Troianos.

Aeneas multis periculis terra mariq; obiectus a Iunone.

ποσειδάων.) Neptunus frater Iouis, terræ marisque dominus, & ipse iratus Troianis, quod cum pacta certa mercede vna cum Apolline Laomedonti Priami patri, muris Troiam cinxisset: deinde finito opere, pro eo labore, nec tum quidem adhuc quicquam accepisset. Fabula est apud Homerum Iliad. θ. & φ. Ouidium etiam libro 12. Metamorphos.

Virgilium

Virgilium 2. & 5. Aeneid. De ea quid sit sentiendum, & ex qua vera historia sit sumpta, pluribus in Colutho diximus. Tridens autem, seu sceptrum ipsi additur, vt regi, vt domino: tametsi alij alias causas, easq; Physicas afferant.

ἀρόγαμοι.) desponsatæ, promissæ viris, sponsis: verùm nondum nuptæ, nondum domum abductæ. Germani, verlobt/ versagt / nominant.

ἴδμονες εἰλειθύης.) id est, nuptæ, & quæ iam pepererant. Lucina namq; dea fuit, cuius Homerus, Hesiodus, Pindarus, ac Latini etiam poëtæ sæpe meminerunt, quam parturientibus præesse credebat antiquitas, causa lucis nascentibus, quæ & εἰλειθυῖα, & ἐλευθὼ Græcis dicitur, παρὰ τὸ εἰς τικτούσας ἐλευθέναι, quod ad parturientes accedat. Ea tum plura alia nomina apud veteres habuit, tum Diana quoq; vocata est: cuius alij prolixiores etiam rationes ostendunt, in quibus quid versari opus est scrupulosius? Illud saltem hoc loco referamus, quod apud Ciceronem & Plutarchum, Strabonem etiam ex Timæo historico repetitum legitur, quo etiam ipsæ gentes suorum se deorum vanitatem ridere manifestè sunt professi. Timæus namq;, cum in historia scripsisset, qua nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ (quæ & Lucina est) Ephesiæ templum deflagrauisse: adiunxit, idem minimè esse mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis matris Alexandri adesse voluisset, domo tunc abfuisset, ita vt simul vtrobiq; esse, & duo diuersa simul curare rectè nequiuerit. O' miseras gentes, quorum dij seu non domi sunt, cum auxilio opus est: seu etiam alibi existentibus opitulari nequeunt, propterea quod ab ijs sint remoti longius. Noster autem Deus καὶ ὃ πάντη,

αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ, vt in Orphei versibus apud Clementem lib. 5. Stromatum dicitur.

Lucina qualis dea fuerit.

Ipsæ etiā Gentes suos deos rident.

Gentium dii nō habeāt infinitam potentiam.

χάζεν ὄμβρον.) Id est, ne madesceret pluuia, texerunt eum tapetibus.

θαλασσαίης μίτρης.) Zonæ confectæ ex preciosa materia, aliunde trans mare allatæ. Eas zonas solutas à corpore, & intextas floribus, equo circumponebant: ne quis esset, qui non suam læticiam, quibus posset rebus, publice testatam omnibus faceret.

καὶ τὴν ἀπυρίστην) Alibi in ariditate ingenti puluis aqua macerari & conspergi solet: hic, vt omnia gerantur magnificentius, & maiori cum pompa atque solennitate equus Mineruæ adducatur, neglecta aqua, vinum effunditur: quod

tamen in hos vſus hominibus à Deo nec datum nec monſtratum fuerat, ſed ad id potius, de quo Hecuba apud Homerum dicit Hectori ex prælio reuerſo & defatigato,

ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγας οἶνος ἀέξει. Iliad. ζ.

De gruibus.

γεράνων στίχες.) De gruibus, pluribus ſcribit Plinius lib. 10. cap. 23. vbi inter cætera hæc quoque leguntur: Immenſus eſt tractus, quo veniunt, ſi quis reputet à mari Eoo, &c. Eædem manſuefactæ laſciuiunt, gyroſque quoſdam indecoro curſu vel ſingulæ peragunt. Cæterùm habitationes atq; terras tum grues, tum aliæ aues, ciconiæ, hirundines, luſciniæ, corrucæ, cuculus, & multæ aliæ cum tempore mutare ſolent. Nulla namq; harum tempore hyemis in his terris conſpicitur: quod Lucullus quoque ſe imitari dicit apud Plutarchum, vt alijs temporibus in alijs ædibus, in mitiori aëre ſitis, ageret. quemadmodum de Regibus Perſicis potentiſsimis, & luxu ac delicijs perditiſsimis, id prodiderunt Xenophon & Athenæus, quod ſcilicet ſedem pro temporum anni atque aëris ratione mutare ſint ſoliti. Cæterùm Oceanus mare eſt magnum, quod terram vndique cingit: ac vnum cum ſit, varias tamen appellationes à littoribus ſortitur: quemadmodum id Dionyſius poeta in Orbis deſcriptione his verſibus indicauit,

Multa auium mutant terras, pro ratione temporis.

Reges Perſarũ mutabant ſedes pro anni ac temporum ratione, more gruum.

Oceanus; mare magnum.

πάντῃ δ' ἀκαμάτου φέρεται ῥόος ὠκεανοῖο. εἷς μὲν ἐὼν πολλῇσιν ἐπωνυμίῃσιν ἀρηρώς. quod pluribus exponitur ab eius interprete.

Caſſandra vates, filia Priami, incluſa in turri, propter vaticinia ſua.

κούρη.) Caſſandra filia fuit Priami & Hecubæ, vates, quæ & mala ſequutura raptum Paridis prædixit, & multa alia, quæ deinde euentus vt vera demonſtrauit. Eius vaticinia cum pater ægrè ferret, fidemq; ipſis nullam prorſus adhiberet, iuſsit eam abdi, & in turri concludi: quemadmodum & Dares Phrygius id meminit, & pluribus perſequitur id Lycophron in Caſſandra, vbi exponuntur vaticinia eius, quæ in turri incluſa edidit: in quibus ſumma belli Troiani, Thebani, hiſtoriæ Argonauticæ, belli Lapitharum & Centaurorum, reditus Græcorum in patriam vaſtata iam Troia, ac multarum aliarum antiquiſsimarum hiſtoriarum ac fabularum, quæ alibi nuſquam ſic reperies, ab ipſo Hercule ad Romana vſque tempora continentur. Inde ex vinculis elapſa, cum ſe tenere diutius nequiret, ſuam ſententiam de equo omnibus aperit: face etiam ardente, ad perdendum equum, omni cum ſtudio defertur: quemadmodum id pluribus exequitur Calaber lib. 12. Paralipomenon.

Argumentum Caſſandræ Lycophronis.

ὥσπερ-

οἴστρῳ.) Oestrum insecti genus est, horrendo strepitu, vnde & nomen inditum apud Græcos: quo vaccæ & boues in furorem aguntur. Latini asilum & tabanum nominant, cuius extat prolixior etiam descriptio lib. 3. Georg. Oestrum quid.

τοῖο μαντιπόλοιο.) Vates namque, dum numine inflarentur, impetu quasi quodam furoris agebantur, quemadmodum est apud Virgilium sexto Aeneid. de Sibylla Cumana, de cuius numinis, quodcunque id etiam fuerit, conceptione, alij miranda quoque ex Origine & Chrysostomo retulerunt, de quibus alibi diximus. Lauream verò coronam gestabant, & laurū præterea vorabant: quod, vt scribit Hesiodicæ Theogoniæ interpres, laurum ἐνεργεῖν πρὸς τοὺς ἐνθουσιασμοὺς, hoc est, efficere & operari numinis afflatus, putarint. Vnde de Cassandra apud Lycophronem dicitur, δαφνηφάγον φοίβαζεν ἐκ λαιμῶν ὄπα. Et Claudianus, venturi præsciam laurum dixit. Alij etiam μαντικὸν φυτὸν, hoc est, vaticam plantam seu arborem cognominarunt, seu etiam, quod laurus perpetuo vireat, quemadmodum id exponit Lycophronis interpres: & vatum ac eruditorum gloria ac fama sempiterna sit. tametsi alij etiam referant ad Daphnes fabulam, adamatæ Apollini, quæ est apud Ouid. in Metamorph. Vates furere quando videantur. Vates quare lauream coronam gesserint. Laurus vires perpetuo.

λίπεν δ' παρθένον αἰδώς.) Siquidem virginum est, domi manere, & in publico nunquam conspici: quemadmodum apud Euripidem dicitur, εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλὸν: in Oreste. Vnde & παρθένους dictas sunt qui existimant, ἀ παραμένειν τῇ μητρὶ, quod ipsæ ἀνανδροι domi cum matre manserint, nec quôquam ante nuptias exierint, iuxta Phocylidæ etiam sapientis præceptum, Virgines non debent conspici in publico.

παρθενικὴν δ' φύλασσε πολυκλείστοις θαλάμοισι,
μηδέ ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆμεναι ἐάσῃς.
κάλλος (etenim) δυσέρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσι. Plura diximus huc pertinentia in horum versuum expositione, in Annotationibus nostris in Phocylidem.

οὐχ οὕτω θρήϊσσαν.) Orpheus primum in Thracia fertur instituisse sacra Bacchi, quæ ὄργια dicta sunt, ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, à furore: quod ea sacra facientes, diuino quasi quodam furore corripi viderentur. vel ἀπὸ τοῦ θύειν ἐν τοῖς ὄρεσι, quod in montibus & per montes Bacchi festum cum incondito quodam vlulatu & furore à Bacchis, Bacchi sacerdotisis, celebraretur. Quo quid aliud significatum est, quam Bacchum, seu vinum in rabiem agere homines, immodicè haustum: quemadmodum id alibi ex Athenæo exemplis Sacra Bacchi in Thracia primum instituta. ὄργια vnde dicta. Ceremoniæ Bacchārū quid monuerint.

ostendimus. Et adhuc hodie reperiuntur, qui furere videantur poti plus satis. Solet enim vinum variè afficere homines. Id vt significaret antiquitas, comites atq; satellites Baccho non quosuis addidit, sed Silenos, Satyros, Bacchas, Lænas, Nymphas & Tityros: quemadmodum Strabo scribit lib. 10. quibus Phurnutus Panas etiam & Syluanos adijcit. Atque is Ariadnæ chorus dictus est, quem Dædalum statuarium effinxisse ferunt in Cnoso, ex albo marmore: cuius Homerus etiam alicubi in Iliade meminisse videtur, his quidem:

Satellitium Bacchi quid moneat.

ἐν δὲ χόρον ποίκιλλον. —

Coronabatur autem Bacchus pampinis, hedera & ficulneis frondibus: de quo alij aliter sentiunt. hedera forte ideo, quod contra ebrietatem facere putetur: de quo scribit Athenæus, quod veteres in conuiuijs corona myrtea, rosacea etiam, & ex hedera contexta, caput cinxerint, ne caput vino largius potis, vaporibus ascendentibus læderetur: propterea quod eæ coronæ astringendi simul & refrigerandi potestatem obtinerent. Easq; sic monstratas hominibus ab ipso Baccho existimat, vt illis esset adiutor, quibus malorum plurimorum author extiterit: lib. 5. Vide apud Erasmum prouerb. Hedera post Anthisteria: item, Cares foras: item, Multi thyrsigeri, pauci Bacchi. Cæterùm quare etiam tibia in Bacchi sacris adhibita fuerit, planum id est. Porrò de ritu, ceremonijs atq; habitu Baccharum, vide quæ scribuntur apud Ouid. 6. Metamorphoseon: Euripidem etiam in Bacchis, ac Herodotum lib. 2. vbi scribit, quomodo Ægyptij eius festum peregerint. Græci autem eò dementiæ processerunt, vt in anniuersaria celebritate Baccho viuos homines sacrificarent: quiq; ita erat immolatus, maximam inter suos probitatis ac religionis laudem est consequutus: quod & plerisq; alijs dijs alios etiam fecisse, tum ex Plutarcho & Pausania, tum alijs quoq; scriptoribus est manifestum: quod putarent preciosissimam victimam deos vt cum maxime delectare, placareq;: suas opiniones, sua somnia, sine verbo prælucente (quod solum est lucerna pedibus nostris) secuti.

Bacchus quare hedera fuerit coronatus.

Vis hederæ qualis.

Ceremoniæ Baccharũ quales.

Græci in festo Bacchi viuos immolant homines, & quare id fecerint.

κυανάμπυκι κισσῷ.) Hederam Germani ephew nominant, facto nomine ab hærendo, vt quidam putant, quod vetustis parietibus inhæreat: seu etiam ab edendo, quasi ederam, quod vetustos parietes, serpendo, & latius per muros quibus adhæret diuagando, corrumpat atque exedat: vel etiam, quia edita petat, Baccho sacra, quod non secus omnia, atq; ille, mentes illigat. Eius plures sunt species, de quibus vide Diosco-

Etymologia hederæ.

Dioscoridem lib. 2. cap. 175. Plinium li. 16. cap. 34. Theophrastum libro. 3. cap. 18. candida, quæ femella vocatur: & nigra, mas nominata.

ὠδῖνες ὀνείρων.) Id est, nunc complebuntur, quæ somnijs Hecubæ præsignificata sunt, cum grauida somniaret, se Paridem facem ardentem parere, qua omnis Phrygia conflagraret: ideoq; vatibus monentibus, vt patriæ commune malum, in Ida exponi iussit, vbi à pastoribus altus est: Dictys lib. 2. Euripid. in Andromache, Lycophron in Cassandra.

Somnium Hecubæ, putantis parere se Paridem facem ardentem.

λήγει.) Id est, finietur tandem bellum, quod hactenus dilatum est: quod tempus excidij Troiani nondum aduenisset, quod nunc adest, completis nunc oraculis, equo in vrbem recepto.

πληθύτατοι πολεμισταί.) Habuit namq; Græcia ab initio, si qua gens in orbe alia, multos præstantissimos atq; excellentissimos viros, quod ea natio præ reliquis nationibus omnibus, mox à prima ætate iuuentutem ad virtutis, gloriæ atq; laudis studium assuefaceret atque excitaret, eoque quicquid haberet industriæ præcipuè conferret. Cæterùm multorum heroum Græciæ memoranda facta celebrat Homerus in vtroque opere, Pindarus in Hymnis suis, Plutarchus in Vitis seu παραλλήλοις, ac Philostratus in Heroicis.

Græcia quare multos habuerit viros præstantes.

Qui autores scripserint laudes heroũ Græciæ.

οὐ γὰρ ὑπ' ὠδῖνεσσι.) id est, pariet ac edet equus suum fœtum, Græcos absconditos: non quemadmodum mulieres mortales parere solent, alijs mulieribus præsentibus ac obstetricantibus: sed habebit obstetricem ac Lucinam, Mineruam, cuius etiam consilijs equus ille primitus est fabricatus, ac absolutus trium dierum spacio: quemadmodum est apud Calabrum lib. 12. Paralipomenon. Ideoq; nunquam deseret Mineruа equum laborantem, ac parturientem, suum opificium.

Equus Troianus trium dierum spacio ædificatus.

πολίπορθος.) Minerua namq; dea artium est, bellorum etiam: quo significatur, bella geri non tam robore ac viribus, quàm etiam prudentia & consilio, μῆτί τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων, ἠὲ βίηφι: Homer. Iliad. lib. ψ. Ac, ῥώμη δὲ μετὰ μὲν φρονήσεως ὠφέλησεν, ἄνευ δὲ ταύτης πλεῖον ἔβλαψεν τοὺς ἔχοντας. Isocrates ad Demonic. βέλτερος (etenim) ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ. Et, ἀγροὺς καὶ πόλιας σοφία καὶ νῆα κυβερνᾷ: quemadmodum in versibus sapientissimis Phocylidæ sapienter indicatum est.

Quare Minerua fingatur dea bellorum.

καὶ δὴ προφέρειν) Ipsa Cassandra certa de venturis malis, cædibus, captiuitatibus, vinculis, atq; captiuarum mulierum abductionibus, loquitur de ijs vaticinantium more, vt de præsentib. iam & perfectis.

φαλεύει πῦρ.) Id eſt, iſti, quos equus aluo condit, igne vaſtabunt Troiam.

Caſſandra ab Aiace ſtuprata, ab Agamemnone in Græciam abducta, vbi & occiſa eſt.

ὤ μοι ἐμῶν ἀχέων.) Sciebat namque, ſibi quoq; impendere mala, vitium in templo Mineruæ offerendum ab Aiace Oileo, & abductionem in Græciam, vbi à Clytæmneſtra cum Agamemnone ſimul mactaretur, de quo poſtea.

Muri Troiani à dijs extructi.

ἔργον ἀθανάτων.) Quod muri Troiani à Neptuno & Apolline Laomedonti eſſent extructi, quemadmodum ſupra etiam monuimus.

κεῖται.) interemptus à Neoptolemo, filio *Achillis.*

ἑρκείοιο.) ad quam confugerat, tanquam ad locum *tutum*, ſacrumque, à quo abſtrahere ſupplices nemini impunè *licebat*: quod dij templorum atque ararum ſuarum violationem grauiter ſemper vlciſcerentur, quemadmodum apud Pauſaniam & Plutarchum exempla ſæpe leguntur: & quod Deus ſupplices, ad deorum opem confugientes, reuerenter ac honeſtè haberi vellet, quod *πάντες δὲ θεῶν χατέουσ᾽ ἄνθρωποι*, ſecundum Homericum illud celebratiſsimum, Odyſ. γ. Ac omnes miſeri poſsimus fieri, cum *πάντα προσδοκᾶν πάντας ἀνθρώπους* præcipiat Xenophon. Supra autem diximus, quod vetuſtas Ioui multa cognomina tribuerit, quorum alij ab officijs eius facta fuere: ſic etiam eundem Hercæum dixere (quemadmodum Pollux etiam meminit lib 8. de nouem vrbibus principibus agens) cuius ara in medio ædium, præſertim optimatum, erigebatur, vt ædium ac totius familiæ columen ac munimentum exiſteret, facto nomine *ἀπὸ τοῦ ἕρκειν*, id eſt, à ſepiendo & circundando. Vnde & *ἕρκος*, hoc eſt, ſeptum, factum eſt. Meminit eius aræ Virg. etiam 2. Aeneid.

Quare ſupplices & miſeri benigne ſint habendi.

Nomina varia Ioui vnde ſiut impoſita.

ἀριστοτόκεια.) Id eſt, quæ mater es præſtantiſsimorum liberorum, Hectoris, Deiphobi, Creuſæ, Polyxenæ, Caſſandræ, &c. Ac apud Virgil. 2. Aeneidos ait Aeneas, vidiſſe ſe Hecubam, centumque nurus. Et apud Homerum Odyſſ. ω. Priamus ſenex flens queritur apud Achillem, quod 50. habuerit filios, pleroſque præſtantes viros, cum Græci primum Troiam appuliſſent, quos in eo bello omnes amiſiſſet, paucis admodum exceptis, bis quidem verbis:

Quinquaginta filij Priami.

αὐτὰρ ἐγὼ πανάποτμος, ἐπεὶ τέκον υἷας ἀρίστους
τροίῃ ἐν εὐρείῃ, τῶν δ᾽ οὔ τινα φημὶ λελεῖφθαι
πεντήκοντά μοι ἦσαν, ὅτ᾽ ἤλυθον υἷες ἀχαιῶν.
ἐννεακαίδεκα μέν μοι ἰῆς ἐκ νηδύος ἦσαν
τοὺς δ᾽ ἄλλους μοι ἔτικτον ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες,
τῶν μὲν πολλῶν θοῦρος ἄρης ὑπὸ γούνατ᾽ ἔλυσεν,

ὃς δέ

ὃς δέ μοι οἶος ἔην, εἴρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὐτούς,
τὸν σὺ πρῴην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης,
Ἕκτορα, τοῦ νῦν εἵνεχ' ἱκάνω νῆας ἀχαιῶν,
λυσόμενος παρὰ σεῖο, φέρω δ' ἀπερείσι' ἄποινα.

λυσσαλέῃ κυνί.) De eo ſcribit Dictys libro 5. quod Troia deſtructa, in prædæ diuiſione obtigerit Hecuba Vlyſsi. vbi cum ipſa paulò ante regina Phrygiæ potentiſsima, impatientius ſeruitutem ferret, ac multa maledicta in milites Græcorum ingereret, ab ijſdem lapidibus obruta, vitam finiuit. Ex qua narratione confixerunt poetæ, quod in canem ſit mutata, tum quod proteruius lingua in Græcos eſſet inuecta, tum etiam quod canes lapidibus petamus. Eius Hecubæ Metamorphoſeos meminerunt Calaber lib. 14. Ouid. 13. lib. Metamor.

Hecuba deſtructa Troia lapidib. obruitur.

Fabula de Hecuba in canem mutata vnde ſit facta.

δῖα Πολυξείνη.) Polyxena filia fuit Hecubæ, quam diruta vrbe Græci mactarunt ad tumulum Achillis, humana hoſtia Achillem Græcorum præſtantiſsimum, ac inter deos iam relatum, placantes ac honorantes. Dictys libro 5. Calaber lib. 14. Ouid. 13. Metamorphoſ. Euripides in Hecuba tragœdia, ὡς ὅτι τραγικωτάτη, vbi duo natorum funera, Polyxenæ & Polydori, miſeræ Hecubæ & ſeruæ & captiuæ, ſimul offeruntur, triſtiſsime ſe habenti, & tantum non ſubito præ dolorum magnitudine, quibus longo tempore fuerat confecta, concidenti.

Polyxena mactata ad tumulum Achillis. Hecuba Euripidis tragœdia τραγικωτάτη.

ξείνη δέ μοι γαῖα.) Caſſandra namq; in prædæ diuiſione contigit Agamemnoni, quemadmodum Dictys ſcribit lib. 5. & 6. Calaber item lib. 14. Clytæmneſtra autem, cum abſente Agamemnone ad Troiam, interim conſueuiſſet cum Aegyſtho, auxilio eiuſdem reducem ſimul etiam Caſſandram interfecit, cum præbuiſſet Agamemnoni balneum exeunti induſium, quod manicis carebat: quodque ipſi interea dum ad Troiam abeſt, redituro ad cædis occaſionem parauerat: idque hoc loco dona exitioſa nominat. Eius rei meminit Homerus Odyſſ. λ. item ω. Aeſchylus in Agamemnone & Eumenidibus, Euripides bis in Oreſte, Pindarus item cum Lycophrone. Vide etiam prouerb. Pro beneficentia Agamemnonem vlti ſunt Achiui.

Caſſandra ab Agamemnone abducitur in Græciam.

Agamemnon quomodo ab vxore Clytæmneſtra interfectus.

μεγάλῃ πυρί.) Hoc eſt, perdantur igni Græci, in equo incluſi, ſimul tanquam in vno rogo igni traditi: fiat is equus ipſis πολυάνδριον (quemadmodum Strabo loquitur, de trecentis interfectis cum Leonida ad Thermopylas) hoc eſt, commune ſepulchrum.

κεντῦρας

κρητῆρας ἐλευθερίης.) hoc eſt, cùm verè à bello, ab hoſtibus, à periculis liberi facti fueritis, tunc propoſitis poculis inuitate vos largius, veluti in libertate gaudentes. nunc verò adſunt adhuc hoſtes, ijq́; vobis ſunt propiores quàm antea, in ipſa vtique penetralia à vobis recepti: qui hoc moliuntur, vt vobis exitium ſtruant, ac ſuperſtitibus inde æternam ſeruitutem afferant. Niſi forte alludit ad crateras veterum varios, quorum alio tempore alius vſus fuerat: de quibus Athenæus etiam in ſuis Dipnoſophiſtis meminit.

Crateres veterum varii.

ἀμφότερον μάντιν ἀγαθόν.) Apollo namque vatem eam fecerat ea cum lege, vt ipſi ſuas nuptias polliceretur: quod cum deinde recuſaſſet, ſuſpecta omnia eius vaticinia reddidit: hoc eſt, vt vera quidem prædiceret, cæterum nemo dictis eius fidem haberet: quod ipſa quoq; apud Lycophronem queritur. Fabula refertur à Lycophronis interprete, tum in Caſſandræ argumento mox ab initio, tum alibi quoque in eius poëmatis expoſitione.

Quare omnia vaticinia Caſſandræ ſuſpecta fuerint.

μάτην δ' ἐρεῖς.) Id eſt, nunquam efficies vt dictis tuis, tanquam veris, quiſquam animum adhibeat.

Κρονίδης.) Id eſt, Iuppiter Saturni filius, poſt cuius obitum imperium cœli ceſsit Ioui. Veterum enim dij, ipſi cœli domini etiam moriebantur: quod multo magis ſe, quam homines, omnibus ſcelerum ac libidinum generibus polluerent, propter quæ mors venit in mundum, cui ipſi merito quoque ſubijciuntur. εἰ θεοί τι γὰρ δρῶσι φαῦλον, οὐκ εἰσὶ θεοί, ſed impuri, ſcelerati, parricidæ, atq; libidinoſi: quemadmodum de pleriſque gentium dijs, omne turpitudinis genus ipſa prodidit antiquitas.

Gentiũ dii quare moriantur.

ἐσκίδναντο.) Putat enim Priamus verè abijſſe Græcos, cum non procul à Troia in Tenedo reditum ac fugam confingentes, abditi deliteſcerent: ſignum inuadendæ vrbis ſomno vinoq́; ſepultæ à Sinone prolatum præſtolantes.

νέον δακρύσατο χήρη.) Ipſius vitæ atq; ſaluti timens, quemadmodum eſt apud Homerum Iliad. χ. vbi parentes Hectoris de ipſius ſalute ſolliciti, ante vltimum congreſſum cum Achille, vbi & perijt, eum obſecrant, miſerabili geſtu, à propoſito auertere conantes: ſenex Priamus euulſis ſibi capillis, mater Hecuba nudatis mammis, quas ſuxerat, vt in vrbē redeat. Verba Homeri ſic habent:

Senex Priamus euulſis ſibi capillis, mater Hecuba prolatis mammis, Hectorem orant, ne cum Achille congrediatur.

ἦ ῥ' ὁ γέρων, πολιὰς δ' ἄρ' ἀνὰ τρίχας ἕλκετο χερσί
τίλλων ἐκ κεφαλῆς, οὐδ' Ἕκτορι θυμὸν ἔπειθε.
μήτηρ δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ὀδύρετο δακρυχέουσα,

κόλπον

κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχε.
καί μιν δακρυχέουσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα:
Ἕκτορ τέκνον ἐμὸν, τάδε τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον
αὐτὴν, εἴποτέ τοι λαθικηδέα μαζὸν ἐπέσχον,
τῶν μνῆσαι φίλον τέκνον, ἄμυνε δὲ δήϊον ἄνδρα
τείχεος ἐντὸς ἐὼν, μηδὲ πρόμος ἵστασο τούτῳ.

πολιοῦχος.) Fouerat illa quidem hactenus aliquantulum partes Troianorum, tametsi grauiter læsa esset à Paride, à quo neglecta erat in dearum iudicio: verùm quia & Palladium iam ad Græcos erat translatum, à Troianis prorsus animum alienum gerebat. Ideoque multum fallitur Priamus.

ἔῤῥ' οὕτως.) In Harcinia hæc verba hoc sensu exprimunt, Das dir nimmer guts geschehe: qua imprecatione, quæ ipsis est familiarissima (quòd planè leuis atque mitis illa putetur vulgo) non video quid possit dici vehementius, aut atrocius, aut tristius etiam.

ἰὸν μόρον.) quòd abducenda esset in Græciam (stuprata prius in templo Mineruæ ab Aiace Oilei) ibique mactanda cum Agamemnone à Clytemnestra, Helenæ sorore, quemadmodum paulo antè monuimus.

ἔβλεπεν ἤδη.) Quæ enim à Troianis risui habebantur, ac vix vnquam futura credebantur, ipsi certa atque præsentia esse visa sunt.

ἔφλεγον.) Vt in publica lætitia ac solenni festiuitate, quam peragebant introducto equo, quasi recuperata iam libertate, belloque profligato, quare etiam hecatombas immolant, hoc est, centum boum sacrificia: quæ vox sæpe est apud Homerum, quòd vsitatum fuerit gentibus tam magnificè deis suis sacrificare: quemadmodum apud Plutarchum, Suidam, ac Latinos, etiam historiæ Romanæ scriptores tam sumptuosorum sacrificiorum multa extant exempla. Facessant à nobis dij huiusmodi, quos infinitos quamuis sumptus facias, tam nunquam ita placabis, vt in malis ac necessitatibus eos præsentes habeas. Ac piè admodum dictum est, vndecunque id etiam à Plutarcho in moralibus referatur, εὐσεβεῖν τοῖς θεοῖς ῥᾴδιον, hoc est, Recte Deum colere, secundum verbum ipsius, facile est: quòd id tam permissum sit inopi, quàm opulento.

Centum boum sacrificia.

Gentium dij multis sumptibus, sed temere colebantur.

Deos recte colere facile.

ἀνένευον.) Non probabant, non accipiebant: quòd auersentur improborum munera, & bonorum tantum sint amici. ὤν γάρ τοί γε κλύουσιν, ἀποπτύουσι δέ τ' ἀράς, vt in Hesiodi versu

 dicitur:

dicitur: ipsi ἀγαθῶν αἴτιοι, κακῶν δ' ἀναίτιοι, quemadmodum Plato de dijs loquitur. Et quòd iam adesset tempus, quo Troiam funditus volebant euertere.

εἰλαπινὴ.) Peractis enim sacris, deinde conuiuabantur, ac se inuitabant hilarius. vnde & μεθύειν factum putat Aristoteles, referente Athenæo: quòd μετὰ τὸ θύειν, hæc est, postquam sacrificassent, deinde hilaritati se traderent. Ac apud Homerum cibum nunquam capiunt, nec cubitum se conferunt, nisi prius dijs libassent, quod & Hesiodus sic facere præcipit, his quidem verbis:

μεθύειν vnde factum.

Veteres ante omnia deos prius placabant.

μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα ἔσθειν. —

vnde prouer. Principium, medium, finis. Item, prora puppis.

λυσιμόρος.) viros soluente, robur prosternente, ac vires eneruante, cum immodicè sumitur, quemadmodum de ea re multæ sunt admonitiones ac sententiæ apud Theognidem. Virg. 2. Aeneidos sic:

Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam,
Cæduntur vigiles, portisq; patentibus omnes
Accipiunt socios, atq; agmina conscia iungunt.

δαιμονίη.) Veteres namque, sine luce verbi huc illuc vagantes, quò cæca rapiebat quemque opinio, quòd quicquid vel in somnis visum semel fuit, id pro deo statim coluerint, hactenus sæpius à nobis dictum est. Ignotos etiam deos coluerunt, ac adorarunt, quo quidem quid potest esse stultius? cum vulgò etiam dicatur, quòd ignoti nulla sit cupido. Sic etiam deos fecerunt tempora, vt hoc loco Noctem.

Gentilium deorum multitudo quare innumerabilis fuerit.

ἀφροδίτη.) Id ideo facit Venus, vt hac ratione Troianis prodat dolum Græcorum: hoc est, Græcos in equo absconditos esse, Troianis commonstret, quòd pro horum salute magis laboraret, quàm deæ dijque cæteri, quòd & Aeneas in monte Ida ex suo cum Anchisa concubitu sibi dilectus esset natus filius, quemadmodum est his apud Homerum in Hymno Veneris, 2. Aeneid. etiam: & quòd etiam Troianis faueret, quòd Paris pro se sententiam tulisset, ac de suo præcepto Helenam raptam abduxisset, propter quam bellum illud motum vtrinque fuerat.

Quare Venus magis fouerit res Troianorũ, quam dij reliqui.

μνηστῆρες.) Id est, qui propter te certamen illud subierunt, seu qui olim tuas nuptias ambierunt: propter quas, quia illegitimè possidentur ab alio, nunc bellum est.

Δηιφόβῳ.) filio Priami, cum quo iam nupta es, interempto Paride

pto Paride à Philoctete.

μενελάῳ.) priori marito, qui multa propter te sustinuit hoc decennio, & à quo Paris te abduxit.

ἄμυνσον.) mentione quisque vxoris suæ, à qua absfuerat hactenus.

τυνδαρεώνης) Tyndareonem, hoc est, Helenam, Tyndarei regis Oebaliæ & Ledæ filiam.

τυδείδης.) Id est, Diomedes, Tydei filius: cuius fortitudinem Homerus hoc versu prædicat, — Diomedes Tydei filius.

τυδεύς τοι μικρὸς μὲν ἔην δέμας, ἀλλὰ μαχητής: Iliad. ε. De eo pluribus meminit Homer. Iliad. δ.

αἰγιαλείης.) Vxoris suæ, à qua tamen domo pulsus est reuersus: quòd interea dum ipse abest diutius, ipsa cum alio consuetudinem habuerit. Dictys lib. 6. Lycophron in Cassandra. — Diomedes reuersus domo pellitur ab vxore.

πηνελοπείης) Penelopem vxorem Vlysis: qui ab ea absfuerat annis viginti, in tota Odyssea celebrat Homerus à pudicitia, fide coniugali, & alijs virtutibus, honesta matrona dignis. Vide etiam apud Ouidium epistolam Penelopes ad Vlyssem. Voluit autem Homerus, celebrans Penelopem, proponere simul ideam honestæ coniugis: quam cogitari videbat posse facilius, quàm talem, qualem ipse pingit, alicubi ita reperiri. Tametsi sint qui scribant, nihil horum de Penelope ab Homero rectè & verè dici: cum in fide coniugali, absente diutius Vlysse, minimè perstiterit: quemadmodum pleræque aliæ Græcorum vxores, maritis absentibus, id facere, & quidem sedulo studuerunt: veluti id patet ex Homero, Calabro, Euripide, Aeschylo, Lycophrone, dicty, & multis autoribus alijs. — Penelope vxor Vlysis ab Homero celebrata, vt idea honestæ coniugis. — Quæ de pudicitia ac castitate Penelopes scribit Homerus, ab alijs aliter sunt tradita. — Pleræque Græcorum vxores absentibus maritis impudice vixerunt.

ἄντικλος.) Is, quicunque etiam Græcorum fuerit, dum respondere parat Helenæ (qua re & se prodidisset Troianis, & cæteros qui secum in equo inclusi tenebantur, ac Græcorum conatus fuisset remoratus) ab Vlysse in equo interficitur: ac à Græcis simul ibi conclusis ibidem sepelitur. Homer. Odys. δ. Calaber lib. 12. — Anticlus interficitur ab Vlysse in equo troiano.

δέσματα σιωπῆς.) Id est, propulsurus vim illam sibi illatam, ideo maximè vt taceret, cum vitæ etiam discrimine, suique occisione, si aliter id fieri nequiret.

ἤθελγε.) Scilicet, vt responderet Helenæ nominanti & Græcos in equo inclusos, & horum vxores: à quibus quia absfuerant diutius, meritò ad ipsorum nomina commouebantur.

πάλλας.) Non amplius fauens Troianis, propterea quòd ad Græcos palladio ſuo tranſlato, ipſa quoque eò ſuum tranſtuliſſet animum.

πόθος ἀλλοτρίων.) Id enim, quòd potius cuperet perpetuò viuere cum Deiphobo, quàm Menelao, videbatur Helena indicare, quòd aſsiſtens equo vocabat ſigillatim Græcorum optimos: quo tandem Græcorum dolum prodidiſſet, de Veneris inſtinctu, niſi Minerua ab hoc cœpto eam auertiſſet.

κύπριδος ἄτη.) quæ ſcilicet deſerto Menelao, Paridem ſecuta es, & commouiſti bellum illud lachrymoſum inter Græcos & Barbaros.

Iphigenia Helenæ filia.

ἰφιμέδην.) Eam ſuſcepit ex Menelao, quemadmodum id ſcribit Euripides, ſicuti etiam ex alijs alias: vt ex Theſeo, à quo primitùs ſeptennis adhuc rapta eſt, Iphigeniam, referente id Pauſania.

περὶ μειλιχίῳ.) Id eſt, protenſa face (Sinonem ſecuta) oſtende te fauere, ac conſultum optimè cupere Græcorum rebus, ac exoſas nunc habere res Troianas: ſic quidem proderis ipſis Græcis, ac tibi quoque rectè conſules.

αὐτομάτως ἐσέπεσε.) Id eſt, largius poti, dum adhuc manibus tenent pocula, obdormiunt: quæ deinde dormientibus de manibus effluunt, profuſo in terram vino.

Iupiter fata hominum in lance examinat.

τάλαντον.) Iam tempus aderat, quo decreuerant perdere Troiam dij. Alludit autem ad id, quòd Iupiter fata Græcorum & Troianorum in lance examinat, apud Homerum lib. Iliad. θ. quemadmodum etiam Turni & Aeneæ, Aeneid. lib. 12. Ac ſcripſit Aeſchylus ψυχοστασίαν, in qua agit de lancibus Homericis, quemadmodum id refertur à Plutarcho in Moralibus alicubi. τάλαντον autem trutinam libramque ſignificat, παρὰ τὸ τλῆναι τὸ βάρος: pondus etiam, in qua ſignificatione apud Homerum quoque legimus, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.

ψυχοστασία Aeſchyli. Etymologia talenti.

ἐλέλιξεν.) Excuſsit à trutina Græcos. id eſt, vix tandem decreuit Iupiter, quòd vellet perdere Troianos, conceſſa victoria Græcis. diſputauerat namque ſecum: an Troiam euertere conueniret.

Apollo miſeratur Troiam perituram.

λυκίης νηόν.) Apollo, qui cum Neptuno Troiana mœnia extruxerat, quamuis Laomedon pro eo officio ingratus admodum extitiſſet, tamen miſeratus Troianorum ſortem, diſcedit in Lyciam, minoris Aſiæ regionem, vbi templum habebat: ne cogeretur ſpectator eſſe Troiani excidij, ac deſtructionis eius operis, cuius ipſe autor fuerat. De Lycijs,

Lyciæ

Lycíæ colonis, atque horum laudibus, vide Strabonem lib. 14.

ἀχιλλῆος παρὰ τύμβον.) Fuerat enim Achilles ſepultus à Græcis in Sigæo, quod erat promontorium Troiæ, cum ex inſidijs ante Troiam, dolo ac proditione in templo Apollinis eſſet interfectus à Paride, homine mollisſimo: quæ præconia, nec alia, ab ipſo quoque Hectore apud Homerum ipſi tribuuntur. Dictys lib. 4. Calaber lib. 4. vbi tamen non à Paride, ſed ipſo Apolline ſublatus Achilles refertur. Cæterùm Dictys lib. quinto cum his conſona ſcribit, Sinonem extra Troianæ vrbis mœnia Troianorum luxum & ſecuritatem obſeruantem, propter quæ eò miſſus à Græcis fuerat, ex loco edito inuadendi ſignum, facem ardentem Græcis porrexiſſe.

Achilles ſepultus in Sigæo.

Paris homo mollisſimus.

Sinon vnde ſignum inuadendi vrbem porrexerit Græcis.

ὡς δ' ὁπότε.) Simili declarat formam Helenæ, ſumpto à plenilunio.

πλήθουσα.) Cum ſcilicet eſt in oppoſitione, quod tempus πανσέληνον Græci nominant: Germani, Den vollen monat.

κεραίης.) Id eſt, dum prodit à coniunctione cum ſole, cum lumen eius minutum adhuc eſt, ipſaque nondum ſemiplena, μηνοειδὴς, corniculans falcataque apparet: hoc eſt, in nouilunio. Germani nominant, Den newen monat.

ἀντιτύπους ἀφέλκεται.) Id eſt, in oppoſitione, in plenilunio, cum pars lunæ opaca ſoli oppoſita, etiam illuſtratur. Luna namque lumen ſuum à ſole mutuatur & abſtrahit, vt ipſa quoque habeat vnde luceat, vt tota totoque circulo fulgens lucidaque appareat: quo etiam tempore, terra opaco denſoque corpore interpoſito inter aſpectum ſolis & lunæ, eclipſes lunæ fieri ſolent. Senſus autem eſt: Quemadmodum fulget luna plena, ita fulgebat quoque forma Helenæ, facem de thalamo proferens.

Luna mutuatur ſuum lumen à ſole.

Eclipſes lunæ quomodo fiant.

Therapne patria Helenæ.

θεραπναίη.) à Therapne oppido Laconiæ, patria Helenæ, Pauſan. lib. 3. Mela lib. 2.

ἀπέπεμπε.) ſcilicet ex Tenedo inſula, vbi Græci ſe abdiderant, reditum ſimulantes.

ποσειδάωνος.) Dei, qui maris terræque tenebat imperium, ac infenſi Troianis, quòd pro extructis à ſe muris pactam mercedem non accepiſſet.

ἵππῆες.) Id eſt, exercitum equeſtrem poſt ſe reliquerunt Græci: quòd metuerent, ne ſi equi Troiani ſuorum equorum hinnitu ad rehinniendum prouocarentur, Troiano hoc pacto à ſomno excitati, Græcorũ conatib. doloſis reſiſterent.

οἱ δ' ἕτεροι.) Simili ab apibus sumpto declarat studium Græcorum, ex equo Troiano ed cædem stragemque Troianorum proruentium.

De apibus qui scripserint.

φωλάδι τέχνῃ.) De apum ingenio, studijs, politia atque industria, vide 4. Georg. Virgilij, qui totus de ea materia est scriptus: Plinium etiam in mundi historia, tum alibi, tum maximè lib. 11. per aliquot capita: Aelianum etiam in sua animalium historia, præcipuè lib. 5. Meminerunt etiam Aristoteles, Columella, Palladius, ac plurimi alij.

χαλκείου θανάτοιο.) Hoc est, tradiderunt eos æternæ, seu rigidæ, seu inexorabili morti, quæ nemini parcit, sed suo tempore rapit singulos: quemadmodum id multis poetarum sententijs docetur, quæ adolescentibus notæ sunt. Ipsa enim θάνατος vocatur, quòd sit τανάος ἐπὶ πάντας, quod in omnes se extendat, ac in cunctos suum ius exerceat.

θανάτου etymologia.

νήχετο αἵματι,) præ multitudine cæsorum.

αὐχένας εἰς θάνατον.) Id est, mori potius volebant suorum manibus, quàm hostibus turpiter seruire, qua calamitate quid potest excogitari tristius? & tamen eius rei plurima similia, aut etiam tristiora, in Gentium historia reperias. Sic Cato, sic Demosthenes, sic Hannibal, proprijs armis concidunt, ne hosti seruiant, aut etiam tristius quid seruitute patiantur: quemadmodum est apud Plutarchum in Catone Vticense, Demosthene & Hannibale, apud quem multa eius generis reperies alia: vt in Mario, vbi Cymbrorum vxores (fusis iam Cymbris à Romanis, cum esset desperata salus & victoria) liberos, parentes, fratres, maritosque suffocant, ne in potestatem Marij viui veniant. Fuit etiam reperta inter easdem mulier, quæ suspendio vitam finiuerat, ac infantes liberos pedibus suis appenderat, vt vno mortis genere cum ipsa matre perirent. Quemadmodum postea etiam Marij filius à Sylla obsessus, in eodem modo libertati suæ, nec aliter, consulit. Fuit id namq; solenne veteribus, magnificum etiam gloriosum, spontanea morte dedecus, turpitudinem, aduersa, seruitutem ca huiusmodi alia declinare. Quare nec Mithridatis regis Pontici sorores, fratre superato & fuso, diutius sibi in vita manendum esse existimarunt: eodem authore in Lucullo, quemadmodum nec Cleopatra Aegypti regina id expedire sibi putauit, quòd victum videret esse Antonium

Cato Demosthenes, hannibal, quare seipsos interemerint.

Cymbrorum vxores suas interficiunt ipsi, ne in Romanorum manus veniant.

Mulier Cymbrica se interimens, pedibus sui appendit liberos, vt vna secum moriantur.

Marij filius seipsum interimit.

Fuit solenne veteribus, ac gloriosum, sibi ipsi manus afferre.

Sorores Mithridatis. Cleopatra etiam,

tonium ab Augusto: Plutarchus in Antonio. Quæ etiam in Bruto ab eodem autore scribuntur, de Lycijs (qui populi fuerunt minoris Asiæ) obsessis, omnem superant calamitatem. Ij namque, ne in hostium manus venirent, cum se dedere nollent, incensa vrbe viri ac mulieres, pueri paruulique cum clamore atque vlulatu in ignem omnes se coniecerunt, quidam etiam ab excelsis muris se præcipitarunt, alij etiam suorum patrum ensibus iugulum nudum porrexerunt. Postea consumpta ciuitate, inuenta est mulier, quæ laqueo se suspenderat, quæ paruum infantem manibus strágulauerat, quæ incensis præterea ardens lampadibus domum cembusserat. Ac plura alia tum à Plutarcho, tum Pausania, id genus tristia memorantur, quæ animus cogitare etiam cohorrescit. Sunt verò ea indicia furoris diaboli, quem exercet pro suo arbitratu, apud eos præsertim homines, qui luce veritatis non reguntur.

Aegypti regina, seipsas interimunt. Lycij incensa vrbe se ipsos in ignem omnes conijciunt.

Mulier quædam strangulata, altera manu infante, altera incensis ædibus, seipsam suspendit.

νύστον.) quem amabat ac cui iam erat desponsa à parentibus, paulo pòst domùm ducenda. Atque huc pertinent, quæ de Choræbo scribit 2. Aened. Virgil. cum videret Cassandram Priami filiam, sibi desponsam virginem, trahi è templo Mineruæ crinibus,

Impotentis amoris exemplum.

Non tulit hanc speciem furiata mente Choræbus,
Et sese medium iniecit moriturus in agmen.

ἐχόλωσε.) ad iram lacessebat, vt ira percitus, etiamsi nollet, se quoque interimeret.

ὀφειλομένῳ παρακοίτῃ.) cum sponso, cui se debebat, cui erat promissa à parentibus, ab amicis.

πολλαὶ δ' ἠλιθιώμεναι.) Id est, multæ abortiunt terrore, atque periculorum magnitudine perculsæ, atque in ipso abortu vnà quoque pereunt.

ἐνυὼ,) Bellona, quæ & Duellona veteribus, soror Martis, vxor etiam, vt refert Suidas, dea fuit belli, quæ Marti in bella eunti currum & equos parabat: vt à Statio poeta in Thebaide canitur.

Bellona dea belli.

ἔρις.) Etiam Contentionem deam facit, quemadmodum in Colutho pluribus diximus. Quibus namque somnijs superstitiosa antiquitas non diuinos honores tribuit, non modò virtutibus, sed vitijs etiam, affectibus, somnijs (veluti apud Homerum) & id genus alijs? quæ execranda potius sunt, quàm seu sæpe recitanda, seu etiam cuiquam sano vnquam imitanda.

Antiquitas superstitiosissima fuit in dijs innumeris confingendis.

φόνιος ἄρης.)

Fratres ac comites Martis qui.

φοίνιος ἄρης.) Mars Deus belli est: cuius fratres comitesque sunt indiuidui, ἔρις κακόγαμος (vt Hesiodus etiam nominat) luctus, cædes, victoria incerta, anceps & dubia. Ideoque eam ἑτεραλκέα, & Martem seu auxiliũ ἀλλοπρόσαλλον nominat, Homerum poetarum principem sequutus, quòd nunc his nunc alijs adsit:

ξυνὸς (γάρ) ἐνυάλιος, καί τοι κτανέοντα κατέκτα, vt apud Homerum de Marte dicitur. vbi νίκη etiam δ' ἀπομείβεται ἄνδρας. Per alternantem autem victoriam innuere vult, nunc Græcos, nunc Troianos, (etiam capta iam Troia) in conflictibus superiores fuisse, quemadmodum 2. Aeneid. Virgil. his verbis declarat:

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,
Victoresq́ cadunt Danai. ——

αἰγίδα) Aegida Iouis clypeum facit, quo etiam vtitur filia Iouis Minerua, ex capite ipsius progenita. Ipse verò Iupiter inde Aegiuchus nominatur, quòd de pelle capræ, quæ eum expositum in Ida Cretæ aluerat, clypeum sibi pararit, ipsa mactata, cum eius ministerio non amplius indigeret: pulchra me hercule θρεπτήρια matri persoluens, vt puer etiamnum declararet scilicet, qua pietate etiam postea in vita vsurus esset, dum cædibus, adulterijs, atque alijs nefandis & incæstis libidinibus tartata (non dicam cœlum, cuius ipse nunquam seu dominus seu hæres extitit, ne futurus etiam est postea) polluere non desijt. Fabulam narrat Lactantius libro primo Diuinarum institutionum, apud quem etiam in Creta sepelitur, cum hac monumenti inscriptione, ὁ ζεὺς τοῦ κρόνου: id est. Iupiter Saturni filius hoc tumulo iacet conditus.

Iupiter mactauit capram, a qua nutritus fuerat.

Iupiter in Creta sepelitur.

Neptuno quare sceptrum tribuatur.

ποσειδάωνος.) terræ marisque domini: vnde & sceptrum, vt regi, ipsi tribuitur, cuius tamen alij alias caussas, easque plures etiam afferunt, quas nos hoc loco sinimus: quòd res planè sit infinita, ac diligentiæ superuacuæ & superstitiosæ, semper ostendere conari, quid fabulis singuli poetæ indicatum voluerint: cum & alterius mentem assequi non semper sit procliue, aliæque fabulæ ex historijs, aliæ ex physicis quibusdam rationibus sint desumptæ atque confictæ: quemadmodum id demonstrant Macrobius, Lactantius, ipsorum etiam poetarum (vt Homeri, Calabri, Pindari, Apollonij, Lycophronis, Theocriti) narrationes, ac horum interpretum expositiones. Verùm id in vniuersum poetæ ferè omnes suis fabulosis scriptionibus conati sunt efficere, quod in versibus Horatij indicatum est:

Fabulæ pleræque vnde sint factæ.

Et prodesse

Et prodesse volunt, & delectare poëta. Item,
Omne tulit punctum, qui miscuit vtile dulci.

Cæterùm ea pluribus disputantur à Strabone lib. 1. Geographiæ, Plutarcho etiam in vita Homeri.

ἴφριξε δ' ἀΐδης.) frater Iouis & Neptuni, Saturni filius, inferorum dominus.

ψυχοςόλος ἑρμῆς.) Mercurius Iouis fuit ac Maiæ filius, cui varia attribuit officia antiquitas. Fecit namq; eum deorum nuncium, sermonis, mercium, furum etiam deum, quemadmodum est apud Homerum in Hymno in Mercurium scripto. vnde poëtis sæpissimè dicitur ἄγγελος οὐρανιώνων, διὸς ἄγγελος, εὐάγγελος, διάκονος, ἐμπεραῖος, κερδῶος, κλέπτης. κλῶπα quoque Suidas vocari asserit. Eidem virgam quoque attribuit vetustas, cuius Apuleius etiam meminit in aureo, seu potius plumbeo atque monstroso suo Asino (vbi propter affectatam barbaramque sermonis nouitatem, non loqui, sed rudere potius videri posset) De eius virgæ potentia sic meminit Homerus, Mercurio varia officia attributa. Varia nomina Mercurii. Apuleii aureus asinus quo genere sermonis sit scriptus.

εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνοῶντας ἐγείρει. Odyss. ε. Et

Virg. 4. Aeneidos:

Tum virgam capit: hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit,
Dat somnos, adimitq́;, & lumina morte resignat.
Illa fretus agit ventos, & turbida tranat
Nubila.—— Virga Mercurii, eiusdemq; potestas.

Ab his non diuersa de ea virga Homerus quoq; scribit in Odyss. hinc ταμίαν ψυχῶν, id est, quæstorem animarum, Mercurium dicere solebat Pythagoras, πομπαῖα πυλαῖον, & χθόνιον etiam: hoc est, ductorem, ianitorem, ac terrenum: quod is ex corporibus, eq; terra ac mari animas immittat, & puras quidem atque purgatas in excelsum ducat: impuras verò illis ne appropinquare quidem, neque inuicem sibijpsis, cæterùm vinciri à furijs infractis nexibus curet: quemadmodum est apud Diogenem Laërtium in Pythagora. Mercurii aliquot epitheta.

σκαιῇσι πύλῃσι.) Scæas portas dictas fuisse, scribit Hesychius, quod in sinistra parte vrbis Troiæ fuerint, à σκαιὸς, vel à Scæo opifice, vel quod Troianis sinistræ fuerint. per eas namq; receptus equus ligneus, exitium eis attulit. Dares etiam Phrygius in historia belli Troiani, cui ipse interfuit, scribit, quod per eas portas Græci sint intromissi ab Ænea & Antenore in vrbem. Fuisse autem in ijs portis pictam imagi- Scæa porta vnde dicta. Equus pictus in fronte portarũ Scæarum. Fabula de equo Troiano vnde facta.

nem equi: vnde fortè nata etiam esse possunt quæ de equo Troiano poetæ prodiderunt, Homerus, Calaber, Tryphiodorus, Virgilius & alij.

Vsitatum fuit veteribus, dare xenia hospitibus.

ξείνια ἐχθρά.) Fuit namque vsitatum veteribus, & hospites liberaliter ac humaniter excipere: ac eosden deinde non sine xenijs, hoc est, muneribus hospitalibus dimittere: quemadmodum id patet ex multis locis Homeri, Pindari, Virgilij, & Orphei etiam.

Ossibus hostium interfectorum sepiuntur vineæ.

Vox Hannibalis intuentis fossam sanguine plenam.

πίτνε δ' ἐν χαίδανε λύθρον.) Quemadmodum similia multa passim apud veteres leguntur. Apud Plutarchum in Sylla, Athene inundant sanguine, in Mario item, apud eundem, tanta strages hostium editur, vt ossibus interfectorum vineas etiá sepserint, & flumina cadaueribus oppleta fuerint. De Hannibale Carthaginensium duce, quique longo tempore grauissimè afflixit Romanos, scribit Seneca lib. 2. de ira, quòd cum fossam humano sanguine plenam vidisset, lætus exclamarit, O' formosum spectaculum. Ac quæ ex ἁλώσεως lib. Iosephi referuntur de capta à Tito Vespasianoque Hierusalem, quòd sanguine cæsorum abundarint omnia, vt ignem etiam extinguerent in focis, nota sunt. Cæterùm cum postea iterum rebellarent Iudæi Romanis, sub duce Bencozba, seu Barcozba (vtroque namque modo legitur) in Bitter, seu Beryto vrbe Syriæ, & à Salomone rege Israel olim extructa (cuius vrbis Iosephus Græcus, Hebræus etiam, & Iosippus similiter Hebræus, meminerunt) à Romanis ingenti cæde sunt cæsi: vbi nec quieuerunt ab occisione milites, quousque equi vsque ad os per sanguinem effusum incederent: sanguisque tantus funderetur, vt lapides etiam maximos voluens duceret, ac deinde vineæ ossibus interfectorum sepirentur, eædemque per annos septem solo fimo ex sanguine cæsorum stercorarentur: quemadmodum eam historiam pluribus persequitur ex Hebræorum Commentarijs Galatinus libro quarto Catholicæ veritatis. Ac de ea Troianorum cæde, de qua hoc loco scribit Tryphiodorus, Virgilius his verbis meminit libro secundo Aeneid.

Quanta clade sint affecti Iudæi, sub Hadriano Cæsare.

Quantum sanguinis effusum sit à Romanis in Bitter, Syriæ oppido.

Ossibus cæsorum sepiuntur vineæ, & stercorantur eadē solo cruore interemptorum, toto septennio.

Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lachrymis æquare labores?

Maxima calamitas, senes trucidari.

οἱκτρότατοι γέροντες.) Quam calamitatem multo scribit esse maximam Homerus, vbi Priamum Hectori sic loquentem introeucit:

—— νέῳ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν
ἀρηϊ κταμένῳ, δεδαϊγμένῳ ὀξέϊ χαλκῷ

κεῖσθαι,

κεῖσθαι, πάντα δὲ καλὰ θανόντι περ, ὅττι φανείη.
ἀλλ' ὅτε δὴ πολιόν τε κάρη, πολιόν τε γένειον,
αἰδῶ τ' αἰσχύνωσι κύνες κταμένοιο γέροντος,
τοῦτο δ' οἴκτιστον πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσιν. Iliad. lib, χ.

Vſurpatur quoque idem locus à Lycurgo in oratione contra Leocratem, deſertorem patriæ.

τοκήων ἀμπλακίας ἀπέτισεν.) iuxta Homericum illud,
ἐπεί γάρ τε καὶ αὐτίκ' ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν.
σὺν σφῇσιν κεφαλῇς γυναιξί τε καὶ τεκέεσσιν. Iliad. 4.

Ac in Mimo Publij dicitur: Inferior horret quicquid peccat ſuperior. Vide prouerbium, Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui.

οἰωνοί τε.) Vbi enim eſt cadauer, ibi ſolent congregari aquilæ, & aliæ aues rapaces, quæ ex cadaueribus ac laniatu animalium viuere ſolent, & à remotiſsimis etiam terris ad id aduolare: quòd ſicciſsimo ipſæ prœditæ cerebro, ex aere ſuper plura etiam milliaria, quàm quidem credi poſſe videtur, facile odoratu intelligant, quò ſibi tanquam ad eſcam paratam ſit properandum: quemadmodum eſt apud Plinium libro decimo, capite duodecimo, à quo non diſſentit Apuleius in libro de Magia, vbi vulturum odorandi ſagacitatem prædicat his verbis: Vincit idem ſagacitate odorandi canes,& vultnrios, cui enim cani, cui vulturio, Alexandrini cœli quicquam ab vſque Actenſium finibus oboleat? Alii etiam, dum cauſas huius rei veſtigare conantur, ex Thoma Aquinatenſe repetunt, per quingenta millia paſſuum à vulturibus præſentiri cadaueris putorem. Ab aquilis autem perlongè plura: quod ex D. Hieronymo aſſerunt. Sunt & qui futuram ſtragem præſenſione quadam mirè percipere tradant: de quibus ſunt Plinius libro decimo, capite ſeptimo. Baſilius etiam Magnus in Hexamero: triduoque aut biduo antè ibi volare, vbi cadauera futura ſunt. Eoque nomine Marti ſacratos cenſuit vultures veterum auctoritate Phurnutus, quoniam plurimi viſentur, vbi ſunt πτώματα πολλὰ ἀγρίφατα. Quin & ingentis mali certiſsimum haberi præſagium, vbi exercitum aues inſequantur eiuſmodi: cuius rationem ſcrutari difficilimum cenſuit Albertus Ratiſponenſium ille epiſcopus, ac propter eruditionem (qualis illa tum temporis eſſe potuit) Magnus cognominatus: niſi ſtellarũ poteſtate occultiore fieri collibeat credere. Ac Horus ſcribit, veteres imperatores accuratè ſolitos explorare, in quam belli par-

Aquilæ, corui, vultures, ſupra plurima milliaria præſentiunt cadauerum putorem.

Aues rapaces futuram ſtragẽ præſentire poſſunt.

Vultures quare Marti ſacrati.

Aues exercitũ ſequentes, futuri mali præſagium.

Albertus M. epiſcopus Ratiſponenſis.

Veteres accurate obſeruabãt, in quam belli partem ſpectarent vultur.s.

belli partem spectarent vultures, inde victoriam coniectantes, vel profligationem.

Canum fidorũ exempla.

ἐπ' ἀνδράσιν ὠδύροντο) quemadmodum passim apud authores varia canum fidorum fida exempla leguntur, quæ etiam quis sine stupore ac admiratione vix considerauerit, præcipuè autem apud Plutarchum, in Commentario, seu Dialogo, vbi terrestria animalia cum marinis conferuntur: Pollucem etiam libro 5. de rerum vocabulis: ac Plinium libro 8. capite 40. vt de cane Pyrrhi Epirotarum regis, qui, eo mortuo, & cadauere incenso, in pyram ipse quoque insilijt: canibus etiam Hesiodi, qui iuxta eum occisum manentes, occisores eius latratu prodidere, & plura similia alia apud eundem leguntur, quæ hic commemorare nimis longum esset. quemadmodum ea etiam, quæ de Bucephalo Alexandri, elephanto Pori Indorum regis, à Plutarcho: equo quoq; Iulij Cæsaris, qui pedes fissos habebat ad modum digitorum hominis, à Suetonio similiter referuntur. Vide apud Erasmum prouerbium, Canis vindictam.

Canis Pyrrhi regis Epirotarum, abiicit se in pyram Pyrrhi.

Hesiodi canes produnt interfectores Hesiodi.

Iulij Cæsaris equus pedes fissos habebat.

δώματα δηϊφόβοιο.) filij Priami, cum quo nuptam fuisse post interfectum Paridem supra diximus Helenam.

Somnia variè afficiunt homines.

ὡς ἐν ὀνείρῳ.) Variè namque afficiunt homines somnia, pro obiectorum ratione ac varietate, quæ nobis videnda cogitandaque offerunt: ita vt tristentur, doleant, rideant, lætentur, loquantur, exclament, in fletum conuertantur, ac ingemiscant homines. quod hoc loco poeta significare voluit, alludens nimirum ad id quod Simætha amore Delphidis Myndij prorsus perdita, Thestylidi famulæ suæ queritur, his quidem verbis:

οὐδέ τι φωνῆσαι δυνάμαν, οὐδ' ὅσσον ἐν ὕπνῳ
κνυζῶνται φωνεῦτα φίλαν ποτὶ μητέρα τέκνα. Idyll. β. vbi

κνυζᾶσθαι quid significet.

κνυζᾶσθαι propriè inarticulata & incerta loqui significat, quales ferè sunt somniantium sermones.

Sententia Herodoti de raptib. mulierum.

φίλης πάτρης.) Græciæ, seu Spartæ, à qua non inuita Paridem secuta fuerat. vt non male prorsus scribat Herodotus tum de hoc, tum alijs similib. raptibus: τὸ μὲν ἁρπάζειν γυναῖκας ἀνδρῶν ἀδίκων ἔργον, τὸ δὲ ἁρπαθησέων σπουδὴν ποιήσασθαι τιμωρέειν ἀνοήτων, τὸ δὲ μηδεμίαν ὤρην ἔχειν ἁρπαθησέων σωφρόνων. δῆλα γὰρ δὴ, ὅτι εἰ μὴ αὐταὶ ἐβουλέατο, οὐκ ἂν ἡρπάζοντο. id est: Iniuriorum virorum factum esse, rapere fœminas: amentium verò, raptis vlciscendis operam dare: prudentium autem, pro nulla habere raptarum pulchritudinem: quippe quæ nisi voluissent, haud dubiè raptæ non fuissent.

αἰακίδης.

αἰακίδην.) Id est, ab Æaco Æginæ insulæ rege, viro celebratisſimo, oriundus. Eius namque Æaci filij fuerunt, Telamon pater Æaci Telamonij, Phocus, & Peleus pater Achillis: ex quo Neoptolemus, qui & Pyrrhus: quos poëtæ Æacidas nominant. In horum virtutibus celebrandis plurimi ſunt Homerus, Pindarus, Apollonius & Lycophron, Ouidius etiam in aliquot Metamorphoſeon libris. vide prouerb. Primum Ægina pueros optimos alit: item, Æginenſes neq; tertij neque quarti. Aeaci tres filij. Aeacidæ a quibus potiſsimum autoribus celebrentur.

ἑρκείῳ βωμῷ.) De Hercæo Ioue ſupra diximus. Id eſt, apud eam aram quæ in medio domus poſita fuerat, Ioui tutelari, cuius curæ ac fidei, tanquam ſepto & munimini, ædium, ac denique totius familiæ cuſtodiam antiquitas committere ſolebat, religioſa & ſuperſtitioſa admodum circa deorum cultum: ſi non à vero Deo tam longè aberraſſet, de quo ſcire certi nihil potuit ſine patefactione. ἕρκος autem ſeptum Græcis dicitur, quæ appellatio ſæpe apud Homerum reperitur. Sunt itaque Hercæi dij veteribus, quos Latini penetrales, ſeu penates nominant. Officium Iouis Hercæi quale fuerit. Hercæi dii quales.

οἶτον πατρώιον.) Erat namq; Achilles à Paride interfectus dolo malo ante Troiam, in templo Apollinis, ac ſepultus in Sigæo ibidem: quemadmodum ſupra ex Darete, Dicty atq; Calabro retulimus. Achilles interficitur a Paride.

ἐς ὅπα θυμόν.) Id eſt, non cogitauit, quod Priamus in ea ætate, in ea canicie conſtitutus eſſet, in qua Peleus, pater Achillis, auus ſuus: qui & ipſe adhuc ſimilibus malis, quibus Priamus, poſſet implicari: quæ cogitatio eum à cæde ſenis ac cani Priami abſtrahere debebat, ne ab ea Priami canicie vitam auferret. qua ſententia ſi quis habet meliorem, per me tuto ea vti poterit. Nollem ego quenquam de me id affirmare, quod in tanta exemplaris corruptione mentem poëtæ in omnibus fuerim aſſequutus: quod quia conatus ſum maximè, non dubito boni omnes ſtudium & honeſtam voluntatem interim commendabunt. ἀρκεῖ ἄρ' ἐν μεγάλοις καὶ αὐτὸ θέλημα δίκαιον, vt dicitur. Ac quædam ignorare, à Fabio inter virtutes Grammatici numerari, nouerunt ſtudioſi adoleſcentes. τυχεῖν γὰρ ἕνα εὐδαιμονίαν ἅπασαν, ἀδύνατον, vt verè dixit Pindarus, pectus illud caſtum ac ſapiens. Nemo in omnibus ſemper ſapit.

ἐφείσατο τὸ πρὶν ἀχιλλεύς.) cum ſcilicet ad ſe profectus in caſtra veniſſet, redempturus ad ſepulturam corpus Hectoris, filij ſui præſtantiſsimi, ab Achille crudeliter interempti. vbi non modo humaniter ab eo acceptus eſt: ſed etiam Achillē, Priamus redempturus corpus Hectoris ab Achille, tametſi hoſtis, humaniter accipitur.

Achilles quibus verbis sit consolatus lugentem Priamum.

se senem ac confectum multis curis & doloribus consolantem audiuit, ac inculcantem doctrinam eam quæ à multis veterum est repetita, de fortunæ inconstantia, ac quòd hominem existentem omnia oporteat expectare, *καὶ τάγε καὶ τὰ φέρειν*, his quidem versibus, quos adscribere placuit, quòd & eruditè scripti sint, & à plurimis non spernendæ notæ scriptoribus vsurpati, Platone & alijs.

—— ἄλγεα δ' ἔμπης
ἐν θυμῷ κατακεῖσθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ.
οὐ γάρ τις πρῆξις πέλεται κρυεροῖο γόοιο.
ὡς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι,
ζώειν ἀχνυμένους, αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.
δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἐάων,
ᾧ μέν κ' ἀμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ λωβητὸν ἔθηκε,
καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος, οὔτε βροτοῖσιν. Iliad. ω. Vide prouerb. Dolia duo: item, Dolia Iouis.

Neoptolemus interficitur in templo delphico.

αὐτὸς πτόλεμος ἔστειχε.) Neoptolemus namque Achillis filius, domum reuersus, cum ad templum Delphicum esset profectus, placaturus Apollinem, quem cædis paternæ in templo Apollinis ad Troiam à Paride peractæ postulauerat, de instinctu Orestis filij Agamemnonis, à Delphicis in templo Apollinis est interemptus: quòd crederetur venisse vt hostis, ad id templum, quod thesauris atque donarijs egregiè erat instructum atque exornatum, diripiendum. quæ tamen ab alijs aliter referuntur. Meminit autem eius Dictys lib. 6. Pausanias lib. 2. 4. & 10. Euripides in Andrómacha, in Oreste etiã, vbi hic versus sub persona Apollinis de Neoptolẽo reperitur:

Amplissimi thesauri in templo Delphico condebantur.

θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει. Virgilius etiam 3. Aeneid. his quidem verbis:

—— Et scelerum furijs agitatus Orestes
Excipit incautum, patriasq́ obtruncat ad aras.

Vide etiam prouerbium, Neoptolemi vindicta: item, Delphicus gladius.

Andromache cum Heleno à Pyrrho in Græciã abducitur.
Helenus potitur regno Pyrrhi, & connubio Andromachæ.

ἀνδρομάχη.) Vxor fuit Hectoris, quam Troia vastata Pyrrhus secum domum abduxit: quemadmodum & Helenum, Priami filium, qui deinde eius connubio, quamadmodum & regno, potitus est, interfecto Pyrrho in templo Delphico: vt est apud Virgilium 3. Aeneid. Astyanax autem, Hectoris

& An-

& Andromachæ filius fuit, quem Græci de altissima turri præcipitem dederunt: veluti est apud Euripidem in Andromache, Calabrum lib. 13 Paralipomenon, Ouid. 13. Metamorph. & Pausaniam lib. 10 descriptionis Græciæ. Astyanax Hectoris filius præcipitatur de turri.

κασσάνδρην ἤχωιν.) Duo fuerunt Aiaces, quemadmodum suprà etiam monuimus: alter Telamonius, Telamonis filius, Achillis cognatus, qui seipsum ad Troiam interemit, vt est apud Sophoclem in Aiace *μαστιγοφόρῳ*: alter verò Aiax Oilei, Locrensium regis, filius. Is capta Troia Cassandram, quæ ad aram Mineruæ supplex confugerat, stuprare in Mineruæ templo non est veritus. tametsi Dictys libro quinto planè contrarium affirmet. Ideoque Minerua Græcis irata, plerosque in reditu excitata tempestate male perdidit: ipsum quoque Aiacem in mari submersit, superbiloquentia etiam ipsius non parum exasperata.

Aiax Oilei stuprauit Cassandram in templo Mineruæ.

Græci pereunt in reditu, propter peccatum Aiacis.

Superbiloquentia Aiacis Oilei.

καί νύ κεν ἔκφυγε κῆρα καὶ ἐχθόμενός περ ἀθήνῃ,
εἰ μὴ ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε καὶ μέγ' ἀάσθη,
φῆ ῥ' ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης. Odyss. δ.

Ac, vt Calaber scribit,

φῆ δ', καὶ εἰ μάλα πάντες ὀλύμπιοι εἰς ἓν ἵκωνται,
χωόμενοι, καὶ πᾶσαν ἀνασ᾽τήσωσι θάλασσαν,
ἐκφυγέειν, ἀλλ' οὔτι θεῶν ὑπάλυξεν ὁμοκλήν. libro 14. Paralipomenon, Impetrauit namque Minerua apud Iouem, vt liceret sibi eum superbum & incestum punire, propter exemplum, ne pij & boni de prouidentia dubitarent, si viderent improbis quiduis impunè licere: & alij admoniti, deos timere discerent. Sic namque Ioui ipsa loquitur apud Calabrum, eodem libro:

Minerua ad Iouem, quare Aiax sit puniendus.

ζεῦ πάτερ, οὐκ ἔτ' ἀνεκτὰ θεοῖς ἐπιμηχανόωνται
ἀνέρες, οὐκ ἀλέγοντες κατὰ φρένας, οὔτι σεῦ αὐτοῦ,
οὔτ' ἄλλων μακάρων, ἐπεὶ τίσις οὐκ ἔτ' ὀπηδεῖ
ἀνδράσι λευγαλέοισι, κακοῦ δ' ἄρα πολλάκις ἐσθλὸς
συμφέρετ' ἄλγεσι μᾶλλον, ἔχει γ' ἀλίαστον ὀιζύν.
τοὔνεκ' ἄρ' οὔτε δίκην τις ἔτ' ἄζεται, οὐδέ τις αἰδὼς
ἔστι παρ' ἀνθρώποισιν, ἔγωγε μὲν οὔτ' ἐν ὀλύμπῳ
ἔσσομαι, οὔτ' ἔτι σεῖο κεκλήσομαι, εἰ μὴ ἀχαιῶν
τίσομ' ἀτασθαλίην, ἐπεὶ ἦ νύ μοι ἔνδοθι νηοῦ
υἱὸς ὀιλῆος μέγ' ἐνήλιτεν, οὐδ' ἐλέαιρεν
κασσάνδρην ὀρέγουσαν ἀεικέας εἰς ἐμὲ χεῖρας
πολλάκις, οὐδ' ἔδεισεν ἐμὸν μένος, οὐδέ τι θυμῷ
ᾐδέσατ' ἀθανάτην, ἀλλ' ἄσχετον ἔργον ἔρεξε.
τῷ νύ μοι ἀμβροσίῃσι περὶ φρεσὶ μή τι μεγήρῃς

ῥέξαι

ῥέξαι, ὅπως μοι θυμὸς ἰΐλδεται, ὄφρα καὶ ἄλλοι
αἰζηοὶ τρομέουσι θεῶν ἀρίδηλον ὁμοκλήν.

Meminit quoque Aiacis interitus Virgilius libro primo Æneidos. Dictys libro ſexto naufragium tantum eius commemorat, quemadmodum aliorum etiam Græcorum, nulla facta mentione Caſſandræ ab eo ſtupratæ. de qua Virgilius 2. Æneidos hæc ſcribit:

Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis:
Ecce trahebatur paſſis Priameia virgo
Crinibus à templo Caſſandra, adytiꝗ́; Mineruæ,
Ad cœlum tendens ardentia lumina fruſtra:
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.

Dictys Caſſandram ab Aiace ſtupratam non meminit.

Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas. quæ conueniunt cum ijs quæ à Dicty referuntur lib. 5. quod ab Aiace de templo Mineruæ fuerit quidem abſtracta, ſed non ſtuprata: eam tamen etiam abſtractionem dea indignißimè tulit, quod ſuis videret non parci ſupplicibus, quos à templis auellere non ſine ſcelere & piaculo cuipiam licebat: quemadmodum id docent exempla apud Pauſaniam, Plutarchum, & alios plurima. *ἱκέται γὰρ ἱεροί τε καὶ ἁγνοί*, vt in verſu oraculi dicitur. Porrò quid de tota hac narratione violatæ Caſſandræ ab Aiace ſit ſentiendum, vide Lycophronis Caſſandram, ac huius doctißimum interpretem, apud quem ea omißis fabulis *ἱστορικώτερον* narratur.

Supplices nemo impune violabat.

Fabula de ſtuprata Caſſandra ab Lycophrone *ἱστορικώτερον* narratur.

ἀνθ' ἑνός.) *πολλάκι (γὰρ) ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ*, iuxta Heſiodi ſententiam: Phocylidæ etiam *πολλάκι καὶ συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.*

Aeneas Veneris filius.

αἰτίαν.) Fuit namque Æneas Veneris filius, cum qua conſueuerat Anchiſes pater, in monte Ida: quemadmodum eſt apud Homerum in hymno Veneris, Virgil. in Æneide locis aliquot. Meminit etiam Theocritus Idyllio. 1. Ideoque merito pro vtroque eſt ſollicita. Cæterum quomodo Æneas, deſtructa Troia, cum claſſe in Italiam ſit profectus ad nouum regnum, ſcribunt Dictys Cretenſis lib. 5. Liuius lib. 1. Decadis 1. Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 1. *ἀρχαιολογίας ῥωμαϊκῆς*: Plutarchus in Romulo, Lycophron in Caſſandra: Virg. in Æneide, maxime verò libris ſex poſterioribus: Ouid. lib. 13. Metamor.

Aeneas deſtructa Troia proficiſcitur in Italiam.

Oraculum Homeri de poſteritate Aeneæ, perpetuo regnatura.

θεῶν δ' ἐτέλειτο βουλή.) Deorum decretum ſeu *βουλὴν* vocat, quod iam olim oraculis prædictum fuerat, Æneam in Italiam venturum, & poſteritatem eius perpetuo regnaturam: quod quidem apud Homerum Neptunus his verſibus prædicere commemoratur.

ἤδη γὰρ πριάμου γενεὴν ἤχθηρε κρονίων,
νῦν δὲ δὴ αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει,
καὶ παῖδες παίδων τοίκεν μετόπισθε γένωνται. Iliad. υ.

Quod oraculum Virg. his quidem versibus in Aeneide latinè ad hunc modum expreſsit:

Hic domus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. 3. Aeneid. Ac apud Calabrum Calchas Græcorum vates huc reſpiciens, iubet parcere Aneæ, quod eius poſteritatem dicat perpetuo longè lateq́ue in plurimas gentes imperium habituram, vbi ſic loqui ad Græcos introducitur:

Calchas vates quare iuſsit parcere Græcos Aeneæ.

ἴσχεσθ' αἰνείαο κατ' ἰφθίμοιο καρήνου
βάλλοντες στονόεντα βέλη, καὶ λοίγια δοῦρα.
τὸν γὰρ θέσφατόν ἐστι θεῶν ἐρικυδέϊ βουλῇ,
θύμβριν ἐπ' εὐρυρέεθρον ἀπὸ ξάνθοιο μολόντα,
τευξέμεν ἱερὸν ἄστυ, καὶ ἐσσομένοισιν ἀγητὸν
ἀνθρώποις, αὐτὸν δὲ πολυσπερέεσσι βροτοῖσι
κοιρανέειν, ἐκ τοῦδε γένος μετόπισθεν ἀνάξειν,
ἄχρις ἐπ' ἀντολίην τε, καὶ ἀκάματον δύσιν ἐλθόν.
καὶ γάρ οἱ θέμις ἐστὶ μετέμμεναι, ἀθανάτοισιν,
οὕνεκα δὴ πάϊς ἐστὶν ἐϋπλοκάμου ἀφροδίτης.

ἀντήνορος ἀντιθέοιο.) Antenori parcitur à Græcis, quod Palamedem, Vlyſſem atque Menelaum, mox poſt raptum ad Troiam à Græcis miſſos, ante belli initium, ad repetendam Helenam amice hoſpitali menſa accepiſſet, cum à Priamo minus humaniter acciperentur: quemadmodum ſcribit Calaber lib. 13. Dictys lib. 1. Quare poſtea (veluti idem prodidit lib. 5.) cum Troia caperetur, ab Aenea Antenoreq; prodita, (vt ab eodem ſimul & Darete explicate proditum eſt) traditi ſunt à Græcis cuſtodes vtriſque, qui vtriuſque ædes tutarentur. Pauſanias lib. 10. ſcribit, pardi pellem in veſtibulo domus Antenoris ſuſpenſam, ſigno Græcis fuiſſe, vt ab eius ædibus abſtinerent.

Antenori quare parcatur a Græcis.

Cuſtodes traduntur ædibus Aeneæ atq; Antenoris.

Pardi pellis ſuſpenſa in veſtibulo ædiū Antenoris.

θεανὼ.) Vxor fuit Antenoris, & ſacrificula Mineruæ, quemadmodum Dictys ſcribit lib. 5. & Lycophronis interpres. Quare non difficile fuit Antenori, conſentiente vxore ſacerdotiſſa Mineruæ, clàm noctu Palladium de templo Mineruæ ablatum Græcis tradere, ſine quo Troia capi nequibat. Sunt itaque Antenor cum Aenea Troiæ patriæ ſuæ proditores multipliciter, quantumcunq; etiam ſcriptores in ipſorum laudibus pietate atque virtutibus celebrandis laborent: vt Calaber lib. 13. Aelianus quoque, Ouidius & Virgilius, dum

Theano ſacerdos Mineruæ.

Antenor et Aeneas Troiæ proditores.

Aeneam capta iam Troia, posthabitis omnibus, solos penates atque senem patrem arreptos ex incendio gestasse commemorant. quo quid aliud conati sunt efficere, quam vt gratificati suis Romanis, notam proditionis à suis maioribus auerterent, ac Romanos à laudatissimis maioribus prognatos ostenderent: quæ maximè summa est librorum Aeneidos Virgilij.

Scriptores Aeneam laudantes quid uoluerint. Summa Aeneidos Virgilij.

δειλὴ λαοδίκη.) Laodice Priami filiá fuit, quæ ne in hostium manus veniret, rogauit Deos, vt hiatu terræ absorberetur: quod & impetrauit. Calaber lib. 13. Paralipomenô Hôeri. Eã fabulam ad historiã referens Lycophronis interpres, scribit, vndecunq; etiam acceptum id referat, in speluncam decidisse, dum Græci eam persequuntur, ac sic vitam in spelunca finijsse. tametsi idem quoque alibi commemoret, quòd mœrore à dracone interfecti filij, quem ex Acamante Thesei filio clam susceperat, mortem obierit. Verùm in tanta scriptorũ & sententiarũ discrepãtia, vix quod sequaris, amplectaris've, reperies Ac multa mirabiliter portẽtoseq; in illa antiquitate solebant accidere, quæ omnia, etiam quæ vera erant, fabulosis narrationib. solebat inuoluere: quæ inde iterũ eruere, abstersis illis fabularum præstigijs, ne, esset id futurũ operæ prorsus infinitæ, miseræ præterea, nec vtilis etiam, aut necessariæ.

Laodice Priami filia hiatu terræ absorbetur.

Laodice decidit in speluncam.

Laodice mœrore interijt.

Vetustas inuoluit omnia fabulis.

θησείδης ἀκάμας.) Acamas Thesei, Atheniensium illius celebratissimi regis, fuit filius: qui postquam cum Diomede à Græcis Troiam missus esset, ad reposcendam amicè Helenã, cum Laodice, quæ eius amore exarserat, clàm consueuit, quæ ex eo grauida, filium suscepit Munippum: quemadmodum paulo antè ex Lycophrone monuimus. vbi contraria multa reperiuntur, bisce quæ à Calabro & Tryphiodoro te Troiæ excidio sunt prodita: ita vt non procliue sit cuiquam, poetarum sententias conciliare, cum ipsorum fingendi mentiendique licentia in infinitum sese extendat.

Acamas Laodicem grauidam reddit.

Quare poetarũ fabulas conciliare difficile.

πᾶσαν δ' οὐκ ἄν.) Imitatio est Homerica. sic namque & ipse scribit, Græcorum duces commemoraturus,

πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω,
οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
φωνὴ δ' ἄῤῥηκτος, χάλκεον δέ μοι ἦτορ ἐνείη.
εἰ μὴ ὀλυμπιάδες, μοῦσαι διὸς αἰγιόχοιο
θυγατέρες μνησαίαθ'. 2. Iliad.

ἄστεϊ ἵππον.) Id est, carmen hoc quod scribo de Troiæ excidio, impellam ac perducam nunc ad finem: quemadmodum equus solet impelli, vt properet seu ad stabulum, seu quo

cunque

cunque ire iubetur. Hoc est, desinam pluribus persequi ea mala, quibus affecti sunt miseri Troiani, expugnata vrbe.

ἄρτι γὰρ ἀντολίηθεν.) Id est, oriebatur iam aurora ipsa ἱππότης, hoc est, equis vecta. tribuitur namque à poetis etiam auroræ currus & equi, quemadmodum soli quoque & lunæ, propter motum quo mouentur.

Auroræ, soli, lunæ, quare equi & currus tribuantur.

πανάγρω.) quæ tunc omnes venabatur, seu quæ aliàs nemini parcit- —— τὰ γὰρ μέρσιμα πάντων,

οὔτι τις οἰωνὸς ξύσεται, οὐθ' ἱερά: vt in versu Solonis apud Stobæum dicitur. *Omnibus obscuras inijcit illa manus*: quemadmodum à Latino quoque poeta scriptum est.

μέγα σῆμα.) Id est, bustum. Veterum namque corpora comburebantur, ac deinde cinis in vrna colligebatur: quẽadmodum id patet ex Homero, Calabro, Pindaro, Plutarcho etiam: apud quem Romanorum etiam mortuorum, Iulij Cæsaris & aliorum corpora cremantur. vnde & τύμβον factum existimant, à τύφεσθαι.

Veterum corpora cremabantur, sepulto deinde cinere.

τύμβος vox vnde.

ξάνθος ἔκλαυσε.) Id est, etiam inanima miserabantur tam tristem calamitatem Troianæ vrbis. Fuit autem Xanthus fluuius Troiæ vicinus, sic dictus, quòd ipsius aqua pota oues rufas efficeret: quemadmodum similia multa de diuersis alijs fluminibus, lacubus, fontibus atque aquis, apud Pausaniam aliquoties reperias. Eius autem fluuij crebra est mentio apud Homerum in Iliade, & Virg. in Aeneide.

Aliarum aquarum alij effectus.

οἷς πολυξένης.) Polyxena filia fuit Priami, quam cum deperiret Achilles, petijt eam sibi vxorem dari. Cum itaq; in templum Apollinis, quod ante Troiam erat, veniret, cum Priamo de Polyxenæ nuptijs acturus: à Paride, cum nihil tale tunc metueret, est interemptus: autore Darete, & Dicty Cretense lib. 3. Quare postea expugnata Troia, vt Achillem, quem vt Deum venerabantur Græci, sibi propitium placatumq; redderent, Polyxenam ad eius tumulum immolarunt: quemadmodum id factum refertur à Dicty lib. 5. Euripide in Hecuba, Calabro lib. 14. Ouid. 13. Metaorphos. Philostrato lib. 4. de vita Apollonij. vbi quoq; ostenditur, vnde narratio de Polyxenæ immolatione primitùs sit accepta.

Achilles quomodo à Paride interemptus.

Polyxena mactatur ad tumulum Achillis.

γυναῖκας ἐλάγχανον.) Helena conceditur Menelao, vt pote marito: Cassandra Agamemnoni, Andromacha Neoptolemo, quemadmodum & Helenus vates Priami filius: Hecuba Vlysi, quæ impatiens seruitutis, à Græcis lapidibus obruitur. Sic alijs aliæ contigerunt in prædæ distributione. Dictys lib. 5.

Troianæ mulieres quæ quibus Græcis in prædæ diuisione obtigerint.

De reditu Græcorum qui authores scripserint.

ἐν σφίσιν ἀνέρχοντο.) domum redituri ad suos. Cæterùm de reditu Græcorum, quæ item mala mari terraq; in reditu pertulerint, à quibus postea malis domum vix tandem reuersi, exilijs iterum, cædibus atque similibus calamitatibus multati fuerint, pluribus exposuerunt Dictys Cretensis lib. 6. (qui totus de reditu Græcorum scriptus est) Homerus in Odyss. Calaber lib. 14. ac Lycophron in Cassandra: Euripides in Oreste, Andromache, Cyclope, Troadibus & Helena: Aeschylus in Agamemnone. In Virgilij etiam Aeneide quædam de eo reperias, obiter alijs narrationibus inserta.

RERVM.

RERVM ET VERBORVM IN TRYPHIODORO, ET NEANDRI ANNOTATIONIbus memorabilium INDEX.

Abrahami historia de Isaaco F. mactato, ab Ethnicis in fabulas detorta 225

Acamas 175. Thesei F. 231. 266

Acatus 125

Achilles in Scyro latitans Pyrrhū ex Deidamia gignit 218. cur Pelides et Aeacides dictus 235 Chironis discipulus 214

Achilles Priamum consolatus 262

Achilles ab Apolline, non Paride sublatus. 253 à Paride interfectus 126. & quomodo 261 in Sigæo sepultus 253

Achillis adhuc etiam pueri robur 218

Achillis cædem vltus Pyrrhus F. 218

Achillis ira multarum cladium causa Græcis 235

Achillis interitus 132. 214

Achillis cur mactata Polyxena 267

ἀχρίπεζα 176

ἀκμᾶτις 175

pro Aduerbijs plerasq; orationis partes vsurpari apud Græcos 182

Aeacus, Aeacides Achilles 235. 261 eius filij ibid.

Aeacidæ à quibus autoribus præcipuè celebrati 261

Aegialea Diomedis vxor 195. 291

Aegialeus 173. 228

Aegis clypeus Iouis & Palladis 256

Aegiuchus Iuppiter 256

ἄελλος. ἀελλοπόδης 174

Aeneas Anchisæ & Veneris F. 250. 264 Priamo sanguine & affinitate coniunctus 134. 160. 218

Aeneas cum Antenore Troiæ proditor 160. 219. 265

Aeneas cum Anchisa Veneris ope excidio Troiano subtracti 207

Aenea & Antenoris domibus custodes à Græcis adhibiti 265

Aeneæ infensa Iuno, innumeris eum periculis obijcit 240

Aeneæ in Italiam profectio 264 quot malis obiecta 134

Aeneæ posteri Romani perpetuis bellis & seditionib. obiecti cur 134. 135

de Aeneæ posteritate perpetuò regnatura oraculum 264. 265

Aeneā laudantes scriptores quid potissimum voluerint 266

Aeschyli de Homero laus 125

Aeschyli ψυχοστασία 252

Aeschyli scripta in publicis congressib. recitari solita 127

Aesimos. Aesimides 183. 234

Aethra Thesei mater à Paride vna cum Helena Troiam aucta 230

Agamemnon à Clytemnestra vxore cæsus 133. 247. 249

Agamemnon & Menelaus cur Atridæ dicti 223

Agamemnon Iphigeniam F. mactat 226

Agamemnonis encomion 223

ἀγύρτας 192
Agesilai ad Pompeium collatio 136
Aglaia 229
ἀγλαομῆτις 174
ἄγομαι 203
Aiaces duo 228. 263
Aiax Oileus 173. eiusdem in Cassandram facinus 132. 207 interitus ibid. 263
Aiax Telamonius fratruelis Achillis 235. eius interitus 132 163. 214. 263
Aiax in Rhœteo littore sepultus 292
Albertus Magnus Ratisponensis episcopus 259
Alcestidis in maritum pietas 233
Aldus Manutius de literis optimè meritus 138
Alexander M. Achillem in raptando Gazæ præside imitatus 215
Alexander Magnus quanti Homerum fecerit 127
Alexander qua nocte natus, Ephesiæ Dianæ templum deflagrasse 241
ἀλλοπρόσαλλος Mars 201
Amazones 165. 216
ἀμβολιεργὸν 188
Ambrosia, deorum cibus 231
ἄμβροτοι 231
Amethystus 221
Amoris impotentis exemplũ 255
Amphidamas 175
Anchisa cum Venere congressus 264
Anchyri Midæ F. pietas 233
Andromache à Pyrrho in Græciam abducta 133. 262
Anguis latrans 240
Anius rex & sacerdos 218
Antenor Priamo affinitate iunctus 160. 220. Troiæ proditor ibid. eiusdem hospitalitas 207
Antenori cur in Troiæ excidio Græci pepercerint 207. 265
Anticlia 234
Anticlus 175. 230. ab Vlysse in equo necatus 195. 261
Antilochi interitus 214
Antiphates 175
de Apibus qui scripserint 254
Apollo Troiam iam perituram deserit 197. discedit in Lyciam 252
Appius Claudius cæcus 125. 224
ἄπτιερος 222
Apuleij Asinus rudere, non loqui videtur 257
Aquilarum cadauera odorandi sagacitas 259
Aræ deorum, supplicũ asyla 245
ἀρέξαι 178
Argiuorum insidiæ, locus 220
Argos. Argiui 237
Ariadnæ chorus 244
ἀριστοτόκεια 188. 246
Aristoteles flumen aureum Ciceroni dictus 224
Artemisia 125
ἀστράλλω 164
Asylum 184. 242
ἀσυγχύντον scriptum 127
Astyanactis interitus 132. 207 262
Athenæi Dipnosophistæ, multiscium opus 125
Atheniensis populi in optimè de repub. meritos ingratitudo 136. 137
Atreus 223. Atridæ 232. cur ita dicti Aga-

dicti Agamemnon & Menelaus 223
Aues clamore hominum consternatæ 216
Aues pro ratione temporis locum mutantes quæ 242
Aues rapaces futuram stragem præsentire multo antè 259
exercituum sequentes, futuræ cladis præsagium ibid.
Aulis Bœotiæ ciuitas vnde dicta 225
Auroræ equi & currus 267. luctus caso Memnone filio 216
eius mors
Autolycus 232. 233
B.
Bacchæ, earumq; ceremoniæ & furor 243. 244
Bacchus quibus coronari solitus, & cur 243
Bacchi sacra vbi primùm instituta 244
Bacchi satellitio ita vario quid vetustas innuere voluerit 244
Baccho etiam viui homines immolati 244
Barcozba, qui & Bencozba 212. 258
Bella geri non tam armis quàm consilio 245. vide victoria.
Bellorum dea cur fingatur Minerua 223
in Bellis magna peccandi licentia & scelerum impunitas 134
Bellona belli dea 255 eius tripudium capta Troia 201
Bencozba 268
Beryllus 221
Berytus. Bitter 211. 258.
Betis Gazæ præses ab Alexandro M. raptatus 215
Bitter 211. 258
Briseis Achilli erepta 235
Bulis & Sperchis pietas 233
C.
Cadauer etiam longissimo remotum spacio olfacere aquilas 259
Cadauera veterum comburi, & cinis sepeliri solitus 267
Cæci acerrimis sensibus præditi 125
Cæcorum aliquot, sed summè sapientum, exempla 223. 224
Calchas vates 171. 172. 229 ibid.
Calchas Aeneæ parcere Græcos iubet 265
Calchantis vaticinium de Troia sub decimum annum capienda 225
Callisthenes 125
Canis locuta 240
Canum fidorum exempla 260
Cassandra ab Aiace compressa 132 in Græciam abducta 133 ibiq; cæsa ibid. 207. 246 248. 249. 263.
Cassandra furore percita, equo ligneo intra vrbem tracto, Troiæ interitum prædicit 187. 189
Cassandra propter vaticiniā sua turri inclusa 242
Cassandræ consilium de equo ligneo in vrbem adducto 191
Cassandræ quamlibet vera vaticinanti, fides à nemine habita. ibi.
Cassandræ vaticinia cur suspecta fuerint 248
Cassandræ vaticinium à Priamo repressum 191

Cato cur

Cato cur sibijpsi manus intulerit. 254
Catonis Vticensis filius degener. 227
Cephalio 125
χωρτάνιον 182
Chrysoberyllus 221
χίδων 201
Cicero puer etiamnum Romæ in admiratione fuit 219
Ciceronis laus 224
Cleopatra seipsam occidit 254. 255
Climene 133
Codri in patriam pietas 233
Comatho 143. 228
Comatas pastor ab apibus pastus 224
Comparari apud Græcos etiam verba & participia 171
Consilium armis præualere in bello 245
Contentio dea 254 eiusdem Troia capta, stimuli 201
Conuiuia sacris peractis agitari solita 238
Conuiuia veterum musica condiri solita 238
Corinnus. Corinæus 125
Corœbus Cassandræ amore perit 255
Coronæ quales in conuiuijs adhiberi solitæ 243
Crateres veterumq; varij 248
Creusa Aeneæ coniunx 134. 160 Priami F. 218
Cyanippus 173. 228
Cymbricæ mulieris seipsam & liberos vna interimentis exemplum 254. 255
Cymbrorum vxores suos interficiunt ipsæ, ne in Rom. manus veniant ibid.
ad Cynaræ incestum cum filia, etiam astra expalluisse 216

D.

Daphnes fabula 243
Dardanus. Dardania 171. 235
Decij in Rom. pietas 233
Deidamia 218
Deiphobi interitus 132. 207
Deiphobo nupta Helena post Paridis mortem 217. 228
Delphici templi thesauri 262
Demetrius Scepsius 125
Democritum sibi oculos eruisse, cur 223
Demophoon Thesei F. 157. 230
Demosthenes cur seipsum interfecerit 254
Dares Phrygius 125
Darij copia ab Alexandro cæsa 211
Dei præsentia & rerum omnium gubernatio quomodo à veteribus significata 239
Deum peccata odisse, suoq; tempore punire, exempla 212
Dij etiam ignoti Gentilibus culti 260
Dij gentium miseri 217 ridiculi 241 cur etiam moriantur 248 omnis generis sceleribus polluti. ibid. magnis sumptib. celebrantur, sed incassum 249
Deorum apud Gentiles multitudo vnde 250. ex superstitione 255
Deorum cibus & potus 231
de Deorum cultu superstitio veterum 261
Deorum epitheta 231
Deos ante omnia placandos veteres pu-

res putarunt 250
Deos munera improborum auersari ibid.
Deos rectè colere facile 249
Deos suos etiam Gentes ipsi riserunt 241
Diaboli furor homines exagitans. 255
Diana, eadem qua Lucina 241
Diana Ephesia templum eâdem, qua Alexander natus, nocte deflagrasse 241
Dictys Cretensis 125
sub Idomeneo duce militauit ad Troiam 229
Diomedes Tydides 173
reuersus domo pellitur ab vxore 241
Diomedis in Troiano bello egregia facta 226
Dionis oratio Philoctetes, cuiusmodi 236
Dioscuri 158
δοιὼ 174
δοῤὶ. δουρὶ 164
Draconis passerem cum octo pullis deuorantis in Aulide portentum 225
Duellona 255
δούρατα 164
Durateus equus 230
Durius equus 221

E.

ἠδ 198
εἰλειθύια. ἐλευθὼ 241
ἐλήλατο 168
Elephas pro ebore 169
Elephantis ingenium mirabile. ibid.
ἠλιτόμηνα 201
Eloquentia rerum domina 224
ἠνιοχῆες 162
Epeus equi Lignei faber. 159. 167. 213. 221. eundem etiã ingressum cum aliis 175
Ephesia Diana templum eadem qua Alexander natus est nocte, deflagrasse 241
ἐπίχωμος 200
Equa leporem enixa 240
Equus in Scæa porta pictus 257
Equus ligneus Mineruæ consilio fabricatus 245. trium dierum spacio. ibid. & 223. Idem etiam Heleni consilio fabricatus 213. 220. 225. eiusdem descriptio 167. inde eum qui potissimum ex Græcis ingressi 159. 171. inde de equo ligneo à Græcis relicto diuersa Troianorũ consilia 179. eum Troiani in vrbem trahunt. 183
Equus Troianus, qui & Durateus 230. machina ad prosternendos muros facta 220
Equi Troiani fabula vnde conficta 257. 258. de eodem diuersa multorum sententia 219. 220
Erechthei in patriam pietas 233
ἔργα 203
Ethnicorum perfidia Biblicæ historiæ in fabulas relata 225
Ethnicorum superstitio prodigiis nutrita 225
εὐκνήμις 168
Eumelus 165. 229
εὔξοος 172
εὐπάρθενος 164
Euripidis Hecuba τραγικωτάτη tragœdia 247
Euripidis scripta in publicis congressibus recitari solita 126

Eurydamus 175
εὔζωνος 198
De Exulibus benignè tractandis qui autores potiss. scripserint 237

F.

Fabulæ pleraq; vnde factæ 256
Fabulis omnia inuoluere soliti veteres 223. 266. historijs etiam eas admiscere, nimis receptum apud veteres 220
Fabulas poëtarum ita variè mentientium conciliare, nec facile, nec vtile 266. omnes explicare velle, infinita opera & supernacanea 256
Fluminum epitheta 166
Fortunæ inconstantia 234

G.

γαμψώνυχες 164
Gaudio nimio quidam mortui 229
Gentes quomodo affecti in aduersis 136
Glaucocula cur dicta minerua 230
γλαυκῶπις 174
Glaucum mare 231
Gorlicensis respublica optimè instituta 139. schola 141
Grando quid 231
Græciæ heroum laudes quibus autoribus descriptæ 245
Græciam præ alijs gentibus multos præstantes viros habuisse 245
Græci incensis castris discessum simulant 177
Græci in reditu periclitati, ob Aiacis incestum 133. 134. 263. reuersi malè à suis vxoribus accepti 134
Græcorum qui equum ligneum conscenderunt catalogus 226
Græcorum ad Troiam expetitio, & decennalis obsidio 148
De Græcorum reditu qui autbores scripserint 268
Græcorum scribendi libido 129
Gruum migrandi ratio 242
γυῖα 202

H.

Hannibal cur seipsum interfecerit 254. eiusdem vox fossam sanguine plenam intuentis 258
Harcinia recepta imprecatio qualis 249
Hecatombe 149
ἑκηβόλος 172
Hector ab Achille cæsus, & indignè raptatus 215
Hector iustè malis affectus 130. 131
Hectoris cadauer Priamus ab Achille redimit 131
Hectoris cæde quantus Troiæ luctus excitatus 215
Hectoris epitheta 130. laus 215. & miserabilis interitus, & cadauer indignè tractatum ibid.
Hectorem Priamus et Hecuba parentes à pugna reducere in vrbẽ precibus conati 248. 249
Hecuba lapidibus obruta, & in canem versa 133. 247
Hecubæ interitum prædixit Cassandra 189
Hecubæ somnium, facem se parere putantis 245
Hedera coronari solitus Bacchus cur 244
Hedera vnde dicta eiusdem species. ibid.

cies. ibid. vis 244
Hegesionax 125
ἑλκεχίτωνες 194
Helena à Paride rapta in Aegypto retenta 158. Deiphobo post Paridis mortem nupta 217. 228
Helena equum ligneum contemplatur, Graecorumq; eo inclusorum colloquium prouocat. 195. à Pallade minis abigitur ibid.
Helena Graecis Troiam vastaturis face praelucet 199
Helena quinq; maritis nupta 228
Theseo etiam rapta 228. eidem rursum per Castorem & Pollucem erepta 229
ΜΙ. νὴ Δία αὐτὸ τοῦτο ὥσπερ γὰρ τοὐμὸν ἐνύπνιον ἰδὼν ὁ Πίνδαρος, οὕτως ἐπαινεῖ τὸ χρυσίον, ὡς δὲ ἤδη μάθῃς, οἷόν τι ἦν, ἄκουσον ὦ σοφώτατε Ἀλεκτρυών, ὅτι μὲν οὐκ οἰκόσιτος ἦν χθές. [b] οἶσθα, Εὐκράτης γάρ με ὁ πλούσιος, ἐντυχὼν ἐν ἀγορᾷ, λουσάμενον ἥκειν ἐκέλευε τὴν ὥραν, ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ΑΛΕ. οἶδα πάνυ τοῦτο, πεινάσας παρ' ὅλην τὴν ἡμέραν, ἄχρι μοι, βαθείας ἤδη ἑσπέρας, ἧκες ὑποβεβρεγμένος, [c] τοὺς πέντε ἐκείνους κυάμους κομίζων οὐ πάνυ δαψιλὲς τὸ δεῖπνον ἀλεκτρυόνι, ἀθλητῇ ποτε γενομένῳ, καὶ ὀλύμπια οὐκ ἀφανῶς ἀγωνισαμένῳ. ΜΙ. ἐπεὶ δὲ δειπνήσας ἐπανῆλθον, ἐκάθευδον εὐθὺς τοὺς κυάμους σοι παραβαλὼν, εἶτά μοι κατὰ τὸν Ὅμηρον, [d] ἀμβροσίην διὰ νύκτα, θεῖός τις ὡς ἀληθῶς ὄνειρος ἐπιστάς. ΑΛΕ. τὰ παρὰ τῷ Εὐκράτει πρότερον, ὦ Μίκυλλε διήγησαι, καὶ τὸ δεῖπνον, οἷον ἐγένετο, καὶ τὰ ἐν τῷ συμποσίῳ πάντα. κωλύει γὰρ οὐδὲν, αὖθίς σε δειπνεῖν, ὥσπερ ὄνειρόν τινα τοῦ δείπνου ἐκείνου πράγοντα, καὶ ἀναμηρυκώμενον τῇ μνήμῃ τὰ βεβρωμένα. ΜΙ. ᾤμην ἐνοχλήσειν καὶ ταῦτα διηγούμενος, ἐπεὶ δὲ σὺ προθυμῇ. καὶ δὴ

a Pindarus multus est in commendando aurum. Alibi enim quoque sic canit, καὶ μεγασθενῆ νέμονται χρυσὸν ἄνθρωποι περιώσιον ἄλλων. quare a quibusdam φιλάργυρος culpatus est, de quo vide prouerb. Vbi quis dolet, ibi & manum habet.

b Pro οἶδας præteritum medium valde crebrum apud atticos authores.

c A βρέχομαι.

d Frequens est noctis Epitheton apud Homerum.

Multam auri vim vide Pythagora, multam quàm putas pulchri? quo fulgore coruscantis? Quid tandem Pindarus in illius laudem dicit? nam in memoriam redige, si quidem meministi, quum aquam præstantißimam dicens, postea aurum admiratur, idq́; iure statim in initio carminis vnius omnium bellißimi. G A L. *Num illud queris Aqua* [a] *est illa quidem optima:*

Cæterum aurum, vti candens

Ignis, ita enitens, noctibus eminet eximie vnum

Cæteras supra opes.

M I C. *Per Iouem, isthuc ipsum: perinde enim ac si insomnium meum videas Pindarus, ita prædicat aurum: sed vt tandem cognoscas quale fuerit, ausculta iam sapientißime Galle. Meministi, vt heri nullum domi cibum acceperim: siquidem Eucrates diues ille fortè mihi in foro factus obuiam, lotum me in tempore ad cœnam venire iusserat.* G A L. *Isthuc equidem planè memini. Nam totum esuriebam diem, donec mihi profunda tandem vespera domum reuersus, subuuidus, vinoq́; madens, quinq́; illas fabas proferres, non admodum opiparam cœnam gallo, qui quondam fuerit athleta,* [b] *quiq́; Olympio non segniter olim decertarit.* M I C. *Ast vbi reuersus à cœna fabas tibi obiecissem, obdormij protinus. Tum mihi, iuxta Homerum, ambrosia sub nocte diuinum quoddam haud dubie somnium aßistens.* G A L. [c] *Sed prius quæ tibi apud Eucratem acciderint Micylle narra: & cuiusmodi fuerit cœna, quæq́; super cœnam acta sunt omnia. Nihil enim prohibet te denuò cœnare, si veluti somnium quoddam eius cœnæ reducas, & quæ tum ederis, rursum commemoratione quasi rumines.* M I C. *Credebam molestum futurum me, si hæc quoq́; retulissem: verum posteaquam tu desideras, en id quoq́; narrabo, quum nunquam ante hac in vita cœ-*

a Est in initio hymmi primi Olympiorum qui continet historiam seu fabulam de cõuiuio deorum apud Tantalũ, vbi dijs epulandum proposuit filium Pelopem. Et de supplicio eiusdem apud inferos, propter delatũ nectar ad homines.

Veteres enim lauabant et vngebantur antequam conuiuia adirent, quemadmodũ apud Homerũ Iliad. κ. de Vlysse & Diomede dicitur, τὼ δὲ λοεσσαμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ, δεῖπνον ἐφιζανέτην. Et sunt apud Homerũ passim multi loci similes. Athenæus vbi de Homericis conuiuijs agit lib. 4. δειπνοσοφιστῶν, ex Aristotele his verbis indicat. Ἀπρεπὲς, γὰρ ἥκειν εἰς τὸ συμπόσιον ἱδρῶντι πολλῷ καὶ κονιορτῷ, δεῖ γὰρ τὸν χαρίεντα μήτε ῥυπᾶν μήτε αὐχμεῖν μήτε βορβόρῳ χαίρειν καθ' Ἡράκλειτον.

b De eo quod Pythagoras peritus atq; exercitatus pugil fuerit olympia de 48. est in omnimoda historia Phauorini apud Diogenem in Pythagora.

c Narratio continens descriptionem cœnæ Eucratis, & causam somnij.

καὶ δὴ λέγω οὖν πρότερον, ὦ Πυθαγόρα, παρὰ πλουσίῳ τινὶ δειπνήσας, ἐν ἅπαντι τῷ βίῳ, τύχῃ τινὶ ἀγαθῇ ἐντυγχάνω χθὲς τῷ Εὐκράτει. καὶ ἐγὼ μὲν προσειπὼν αὐτὸν, ὥσπερ εἰώθειν δεσπότην, ἀπηλλαττόμην, ὡς μὴ καταισχύναιμί αὐτὸν, ἐν πενιχρῷ τῷ τρίβωνι συμπαρομαρτῶν. ὁ δὲ, Μίκυλλέ φησι, θυγατρὸς τήμερον ἑστιῶ γενέθλια, καὶ παρεκάλεσα τῶν φίλων μάλα πολλοὺς, ἐπεὶ δέ τινα φασὶν αὐτῶν μαλακῶς ἔχοντα, οὐχ οἷόν τε εἶναι συνδειπνεῖν μεθ' ἡμῶν, σὺ ἀντ' ἐκείνου ἧκε λουσάμενος, ἢν μὴ ὅγε κληθεὶς αὐτὸς εἴπῃ ἀφίξεσθαι, ὡς νῦν γε ἀμφίβολός ἐστι. τοῦτο ἀκούσας ἐγὼ, προσκυνήσας [a] ἀπῄειν, εὐχόμενος ἅπασι θεοῖς, ἠπίαλόν τινα, ἢ πλευρῖτιν ἢ ποδάγραν ἐπιπέμψαι τῷ μαλακιζομένῳ ἐκείνῳ, οὗ ἔφεδρος ἐγὼ, καὶ ἀντίδειπνος καὶ διάδοχος ἐκεκλήμην, καὶ τὸ ἄχρι λουτροῦ αἰῶνα μήκιστον ἐτιθέμην, συνεχὲς ἐπισκοπῶν, ὁπόσαπουν τὸ στοιχεῖον εἴη, καὶ πηνίκα ἤδη [b] λελοῦσθαι δέοι, κἀπειδή ποτε ὁ καιρὸς ἀφίκετο πρὸς τάχος ἐμαυτὸν ἀπορρύψας, ἀπέρχομαι, κοσμίως μάλα ἐσχηματισμένος, ἀντιστρέψας τὸ τριβώνιον, ὡς ἐπὶ τοῦ καθαρωτέρου γένοιτο ἡ ἀναβολὴ, καταλαμβάνω τε πρὸς ταῖς θύραις ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ δὴ κἀκεῖνον, φοράδην ὑπὸ τεττάρων κεκομισμένον, ᾧ με ὑποδειπνεῖν ἔδει, τὸν νοσεῖν λεγόμενον. καὶ ἐδήλου δὲ πονήρως ἔχων, ὑπέστενε γοῦν, καὶ ὑπέβηττε, καὶ ἐνεχρέμπτετο μύχιόν τι, καὶ δυσπρόσοδον, ὠχρὸς ὢν ὅλος, καὶ διῳδηκὼς, ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα ἔτη σχεδὸν, ἐλέγετο δὲ φιλόσοφός τις εἶναι, τῶν πρὸς τὰ μειράκια φλυαρούντων, ὁ γοῦν πώγων μάλα τραγικὸς ἦν, εἰς ὑπερβολὴν κουριῶν. καὶ αἰτιωμένου δὲ Ἀρχιβίου τοῦ ἰατροῦ, διότι οὕτως ἔχων ἀφίκετο, τὰ καθήκοντα ἔφη, οὐ χρὴ προδιδόναι, καὶ ταῦτα, φιλόσοφον ἄνδρα, κἂν μυρίαι νόσοι ἐμποδὼν ἱστῶνται. ἡγήσεται γὰρ Εὐκράτης [c] ὑπερεωρᾶσθαι

a Plusquamperfectum est medium ab εἶμι τὸ πορεύομαι.

b Præteritum passiuum infinitiui modi à λούομαι.

c Præteritum est infinitiui modi passiuum Atticum, qui inceptis ab ο & ω solent præfigere ε.

nassem apud illum diuitem, ô Pythagora, heri bona quapiam fortuna in Eucratem incidi, atq; ego quidem simulatq; dominum illum salutassem ita vt consueueram, subducebã me: ne pudori illi essẽ, si lacera in veste fuissem affectatus. At ille, Micylle, inquit, hodie natalitia filiæ celebro, plurimosq; ad conuiuium amicos inuitaui: verum quoniam aiunt quendam ex his incommoda esse valetudine, neq; posse pariter ad conuiuium nostrum accedere: tu eius loco veni lotus, nisi ipse forte qui vocatus est, semet adfuturum renunciarit. Nam nunc quidem ambigit. Hoc vbi audissem, adorato diuite discedebam: omnes obsecrans deos, vt algidam febrem aliquam, aut laterum dolorem, aut podagram morbi auctarium immitterent valetudinario illi cuius ego sellæ occupator, cœnaq; vicarius & hæres eram vocatus. Interim hoc spacij, quod vsq; ad balnei tempus intercessit, longissimum seculum esse iudicabam: dum subinde respicio, quotquot [a] *pedum esset litera, & quando illos iam lauisse consentaneum esset. Hic vbi tempus tandem aduenisset, ocyus me corripio, atq; adeò, nitide admodum cultus: sic obuersor palliolo, vt qua esset parte purissimum, ea videretur. Offendo autem ad fores, & alios complures, in quibus etiam illum (gestabatur autem à viris quatuor) cuius erã subconuiua vocatus: qui male habere dictus erat, atq; id etiã præ se ferebat, quod afflicta esset valetudine: nam ex alto gemebat, tussiebatq;, ac screabat, velut ex abdito: quodq; ægrè graderetur totus pallidus ac tumens, annos natus circiter sexaginta. Ferebatur autẽ Philosophus quispiã esse, ex his, qui apud adolescentulos nugas deblaterant.* [b] *At barba mirè erat tragica, id est hircina, supra quàm credi posset tonsoris egens. Porrò increpante Archibio medico q̃obrem quum ita esset affectus, aduenisset: Non oportet, inquit, ꝓmissa deserere, præsertim hominem philosophũ, etiamsi mille vrgeant et instent morbi. Putabit .n. Eucrates*

 sese

a Fortè gnomonem horologij intelligit.

b Notat Lucianus insignis exagitator & vexator philosophorũ mores stoicorum, qui cum ἀπαθεῖς esse volũt, interim nihil non appetũt, alios quoque philosophos superstitiosè obseruãtes minutiarum quarundam & leuium, & neglig̃etes interim res lõgè maximas pietatem, castitatem, & similes virtutes, decimantes anethum & excolantes culicẽ, camelum autẽ deglutientes, quemadmodũ est in historia Euangelica de pharisæis. Quales autem fuerint plerique philosophorũ Cynædi, impuri, libidinosi, meretricũ sectatores & alijs flagitijs fœdissimis contaminati, quæ etiam cogitare saltem piæ mẽtes cohorrescunt: Docent Diogenes Laërtius, Athenæus, Maximus Tyrius interpres philosophiæ platonicæ, & multi alij, vbi simul quoq; ostendunt, philosophos plerosque omnes per omnem vitam de virtute tantum disputasse, nunquam autem quæ disputarunt opere aliquo honesto complere studuisse.

ἑωρᾶσθαι πρὸς ἡμῶν, οὐ μένων, εἶπον ἐγὼ, ἀλλ' ἐπανίσταταί σε, ἢν εἴκοι παρὰ σεαυτῷ μᾶλλον ἀποθανεῖν ἐθέλοις, ἤπερ ἐν τῷ συμποσίῳ συναναχρεμψάμενος τὴν ψυχὴν, μετὰ τοῦ φλέγματος. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὑπὸ μεγαλοφροσύνης οὐ προσεποιεῖτο ἀκηκοέναι τοῦ σκώμματος. ἐφίσταται δὲ μετὰ μικρὸν ὁ Εὐκράτης λελουμένος, καὶ ἰδὼν τὸν Θεσμόπολιν, τοῦτο γὰρ ὁ φιλόσοφος ἐκαλεῖτο διδάσκαλε, φησιν, εὖ μὲν ἐποίησας αὐτὸς ἥκων πρὸς ἡμᾶς, οὐ μεῖον δ' αὖ τι σοὶ ἐγένετο, καὶ ἀπιόντι γὰρ ἅπαντα ἑξῆς ἐπέσταλτο αὖ, καὶ ἅμα λέγων εἰσῄει, χεῖρας ὀρέγων αὐτῷ ἐπερειδόμενος καὶ τοῖς οἰκέταις. ἐγὼ μὲν οὖν, ἀπιέναι παρεσκευαζόμην, ὁ δὲ ἐπιστραφεὶς, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐνδοιάσας, ἐπεί με πάνυ σκυθρωπὸν εἶδε, πάριθι, ἔφη, καὶ σὺ ὦ Μίκυλλε, καὶ συνδείπνει μεθ' ἡμῶν, τὸν υἱὸν γὰρ ἐγὼ κελεύσω, ἐν τῇ γυναικωνίτιδι, μετὰ τῆς μητρὸς ἑστιᾶσθαι, ὡς σὺ χώραν ἔχῃς. εἰσῄειν οὖν μάτην [a] λύκος [b] χανὼν παρὰ μικρὸν, αἰσχυνόμενος, ὅτι ἐδόκουν ἐξεληλακέναι τοῦ συμποσίου τὸ παιδίον τοῦ Εὐκράτους, κἀπειδὴ κατακλίνεσθαι καιρὸς ἦν. πρῶτον μὲν ἀράμενοι, εἰσέθεσαν τὸν Θεσμόπολιν, οὐκ ἀπραγμόνως, νὴ Δία, πέντε, οἶμαι, νεανίσκοι τε μεγέθεις, ὑπαυχένια περιβύσαντες αὐτῷ πάντοθεν, ὡς διαμένοι ἐν τῷ σχήματι, καὶ ἐπὶ πολὺ καρτερεῖν δύναιτο, εἶτα μηδενὸς ἀνεχομένου πλησίον κατακεῖσθαι αὐτοῦ, ἐμὲ κατακλίνουσι φέροντες, ὡς ὁμοτράπεζοι εἴημεν. τοὐντεῦθεν ἐδειπνοῦμεν, ὦ Πυθαγόρα, πολύοψόν τι, καὶ ποικίλον δεῖπνον, ἐπὶ χρυσοῦ πολλοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ ἐκπώματα ἦν χρυσᾶ, καὶ διάκονοι ὡραῖοι, καὶ μουσουργοὶ καὶ γελωτοποιοὶ, καὶ ὅλως ἡδίστη τις ἦν ἡ διατριβὴ, πλὴν ἀλλ' ἕν με ἐλύπει οὐ μετρίως ὁ Θεσμόπολις ἐνοχλῶν καὶ ἀρετήν τινα πρός με διεξιὼν, καὶ διδάσκων, ὡς αἱ δύο ἀποφάσεις μίαν κατάφασιν ἀποτελοῦσι, καὶ ὡς, εἰ ἡμέρα ἐστὶ νὺξ οὐκ ἔστιν, ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἔφασκεν εἶναί μοι, καὶ τοιαῦτα πολλὰ οὐδὲν δεομένῳ πρὸς φιλοσοφῶν συνείρει, καὶ ὑπετέμνετο τὴν εὐφροσύνην, οὐκ ἐῶν ἀκούειν τῶν κιθαριζόντων ἢ ἀδόν-

a Vide prouerb. Lupus hiat.

b A χαίνω, aorist. 2.

sese à nobis haberi ludibrio. Haudquaquam, inquam ego: imò collaudabit te, si domi potius apud te velis emori, quàm in conuiuio animam vnà cum phlegmate excreans. Atque ille quidem præ arrogantia dissimulabat sese dicterium audisse. Haud multò pòst accessit et Eucrates iam lotus: conspectóque Thesmopolide (nam id erat philosopho nomen) præceptor inquit, probè quidem factum abs te, qui ipse ad nos veneris. Tametsi nihilo deterius tibi fuerat futurum. Siquidem etiã absenti omnia ordine missa fuissent. Hæc simul atque dixerat introgreditur, manus illi porrigens pariter & famulis innitenti. Ego igitur iam abire parabam: verum ille conuersus vbi diu secũ hæsitasset, posteaquam me tristem admodũ videret: ades inquit, tu quoque Micylle, ac nobiscũ cœna. Nam filiũ in mulierum conclaui vnà cum matre cõuiuium agere iubebo, quod tibi sit locus. Ingrediebar itaque, quum parum abfuerit, vt lupus frustra hians discederem, verum ingrediebar pudefactus, quod Eucratis filiolum è conuiuio viderer expulisse. At vbi iam tempus esset vt discumberemus, primum tollentes Thesmopolim composuerunt, haud sine negocio per Iouem, quinque (si dijs placet) proceri iuuenes, ceruicalia illi supponentes vndiquaque: quo nimirum in eodem habitu permanere, ac longum etiam tẽpus durare posset. Deinde vbi nemo iam tolerare posset, vt iuxta illum accumberet, me abductum reclinant, vt eadem in mensa essemus. Deinceps cœnabamus, ô Pythagora, opiparam quandam & variam cœnam, multoque in auro, multo item argento. Pocula erant aurea, ministri formosi: tum cantores, et concitandi risus artifices. In summa, iucundissima quapiam erat vita: nisi quod vnum quiddã me vehementer malè habebat: [a] Thesmopolis obstrepẽs atque obturbans, virtutem nescio quam mihi commemorãs, docensque, quòd duæ negationes vnicam efficerent affirmationem: quodque, si dies sit, nox nõ sit. Nonnunquã et cornua mihi dictabat esse: atque id genus multa philosophabatur erga me, quib. eiusmodi nihil opus: planeque voluptatẽ interpellatione minuebat, quum nõ sineret exaudiri eos qui cithara,

[a] Iterũ taxat Lucianus veteres philosophos, multa inepta & ridẽda etiã in scholis proponentes. Eiusmodi enim ineptijs & subtilitatibus scatuerũt veterum philosophorum libri, quę deinde in Theologiam scholasticam inde trãslatæ sunt à Monachis. Tales λεπτολογίας multas adhuc hodie habet etiam Plato, diuinissimus quamuis philosophorum Homerus.

ἢ ᾀδόντων. τοῦτο μέν σοι, ὦ Ἀλεκτρυών, τὸ δεῖπνον. ΑΛΕ. οὐχ ἥδιστον, ὦ Μίκυλλε, καὶ μάλιστα, ἐπεὶ συνεκληρώθης τῷ λήρῳ ἐκείνῳ γέροντι. ΜΙ. ἄκουε δὴ καὶ τὸ ἐνύπνιον, ᾤμην γὰρ τὸν Εὐκράτην αὐτὸν, ἄπαιδα ὄντα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀποθνήσκειν, εἶτα προσκαλέσαντά με, καὶ διαθήκας θέμενον, ἐν αἷς κληρονόμος ἦν ἁπάντων ἐγὼ, μικρὸν ἐπισχόντα ἀποθανεῖν. ἐμαυτὸν δὲ παρελθόντα ἐς τὴν οὐσίαν, τὸ μὲν χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐξαντλεῖν, σκάφαις τισὶ μεγάλαις, ἀέναόν τε καὶ πολὺ ἐπιρρέον, τὰ δ' ἄλλα τὴν ἐσθῆτα καὶ τραπέζας, καὶ ἐκπώματα καὶ διακόνους πάντα ἐμὰ, ὡς τὸ εἰκὸς, εἶναι. εἶτα ἐξήλαυνον ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, ἐξυπτιάζων, περίβλεπτος ἅπασι τοῖς ὁρῶσι, καὶ ἐπίφθονος, καὶ προέθεον πολλοὶ, καὶ περιίππευον, καὶ [a] εἵποντο πλείους. ἐγὼ δὲ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐκείνου ἔχων, καὶ δακτυλίους βαρεῖς, ὅσον ἑκκαίδεκα, [b] ἐξημμένους τῶν δακτύλων, ἐκέλευον ἑστίασίν τινα λαμπρὰν εὐτρεπισθῆναι, ἐς ὑποδοχὴν τῶν φίλων, οἱ δὲ, ὡς ἐν ὀνείρῳ εἰκὸς, ἤδη παρῆσαν. καὶ τὸ δεῖπνον ἄρτι συνεκομίζετο, καὶ ὁ πότος συνεκροτεῖτο, ἐν τούτῳ ὄντα με, καὶ [c] φιλοτησίας προπίνοντα ἐν χρυσαῖς φιάλαις, ἑκάστῳ τῶν παρόντων, ἤδη τοῦ πλακοῦντος ἐκκομιζομένου ἀναβοήσας ἀκαίρως, συνετάραξας μὲν ἡμῖν τὸ συμπόσιον, ἀνέτρεψας δὲ τὰς τραπέζας. τὸν δὲ πλοῦτον ἐκεῖνον διασκεδάσας, ὑπηνέμιον φέρεσθαι παρεσκεύασας, ἆρά σοι ἀλόγως ἀγανακτῆσαι κατὰ σοῦ δοκῶ, ὡς τριέσπερον ἂν ἡδέως ἔτι εἶδον τὸν ὄνειρόν μοι γενόμενον. ΑΛΕ. οὕτω φιλόχρυσος καὶ φιλόπλουτος, ὦ Μίκυλλε, καὶ μόνον τοῦτο ἐξ ἁπάντων θαυμάζεις καὶ ἡ γῆ εὔδαιμον εἶναι, πολὺ κεκτῆσθαι χρυσίον; ΜΙ. οὐκ [d] ἐγὼ μόνος, ὦ Πυθαγόρα τοῦτο, ἀλλὰ καὶ σὺ αὐτὸς, ὁπότε Εὔφορβος ἦσθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἐξημμένος τῶν βοστρύχων, ἐξῄεις πολεμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ, ἔνθα σιδηροφορεῖν μᾶλλον, ἢ χρυσοφορεῖν ἄμεινον ἦν, σὺ δὲ καὶ τότε [e] ἠξίους, χρυσῷ διαδεδεμένους τοὺς πλοκάμους ἔχων, διακινδυνεύειν, καί μοι δοκεῖ [f] Ὅμηρος διὰ τοῦτο [g] χαρίτεσσιν ὁμοίας εἰπεῖν σου τὰς κόμας, ὅτι χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.

μακρῷ

a Imperfectum ab ἕπομαι, ε non mutatur in ει, sed augetur tantum addito iota.

b Præteritū passiuum participij verbi ἐξάπτομαι.

c Vide prouerb. Philotesius crater.

d Auri encomium est. Estq; hæc prior collationis pars, quæ aurum commendat.

e Persona imperfecti contracta ab ἀξιόω

f Datiuus poëticus est, quem poëtæ formant à genitiuo singulari, pro χάρισι.

g De quo est apud Homerum Iliad. 17. vbi hi versus de Euphorbo cadente & interfecto à Menelao habentur, Δούπησε δὲ πεσὼν ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ· αἵματί οἱ δεύοντο κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, πλοχμοί θ' οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο. Meminit huius quoq; Plinius lib. 33. cap. 1. vbi de origine & iure aureorum annulorum loquitur.

vocemq́; canebant. Habes Galle de cœna. GALL. *Non admodum suaui Micylle: maximè posteaquam cum illo deliro sene sortitus eras accubitum.* MIC. *Andi*[a] *nunc & insomnium: visus enim mihi Eucrates ipse, quum orbus esset liberis, nescio quomodo è vita decedere. De hinc vbi me accersisset, ac testamentum condidisset, quo me in solidum hæredem omnium scripserat, paulò tempore superstitem emori. Porrò ipse videbar adire facultates, & tum aurum argentumq́; ingentibus quibusdam scaphis exhaurire, perpetuò subscaturiens & affatim affluens, tum autem vestes, mensas, pocula, ministros, omnia mea, vt par erat, esse. Postea candido vehiculo vectabar resupinus, cunctis qui intuebantur, conspiciendus & admirandus. Accurrebant permulti ac circumequitabant: complures sequebantur. Ego enim interim illius indutus vestitum, & annulos gerens circiter sedecim digitis insertos: epulum quoddam splendidum iubebam adornare, quo amicos acciperem. Iamq́; illi, ita ut in somnio fieri consentaneum est, aderant: iam epulæ erant comportatæ, iam potus ex animi sententia ministratus. In his quum versarer, & aureis phialis præbiberem omnibus qui aderant amicis, quum iã inferrentur bellaria, intempestiuo tuo clamore perturbasti nobis cõuiuium, mensasq́; subuertisti, ac diuitias istas ita dissipasti, vt in*[b] *auras euanescerent. Num tibi videor iniuria stomachatus in te? Nam vel treis noctes perpetuas libenter adhuc somniũ illud quod mihi accidit, videre cupiam.* GAL. *Adeóne es auri cupidus, et opum auidus Micylle: idq́; ex omnib. vnum admiraris, ac fælicitatem vnicam esse iudicas, si plurimũ possideas auri.* MIC. *Eqdem haud solus ita cogito Pythagora: quin ipse quoq́;, tum quum Euphorbus esses, auro atq́; argento comis intexto, prodibas pugnaturus cum Achiuis, idq́; in bello, vbi ferrum quàm aurum gestare satius fuerat. At tu etiam tum voluisti calamistris auro internexis in periculum descendere. Atq́; ob eam (*opinor*) causam, Homerus comas tuas Gratijs similes dixit: quòd auro argentóq́; reuincirentur. Ete-*

[a] Narratio est somnij aurei quod suprà, gallus suo cantu interpellarat.

[b] Ἴσαι τὰς ψιάθιον ὄψεις, vt in piscatoribus Theocriti dicitur.

μακρῷ γὰρ ἀμείνους δηλαδὴ, καὶ ἐρασμιώτεραι ἐφαίνοντο, συναναποπλεγμέναι τῷ χρυσίῳ, καὶ συναπολαμποῦσαι μετ' αὐτοῦ, καί τοι τὰ μὲν σὰ, ὦ χρυσοκόμη, μέτρια, εἰ Παίθου υἱὸς ὤν, [a] ἐτίμας τὸ χρυσίον, ὁ δὲ πάντων [b] θεῶν πατὴρ καὶ ἀνδρῶν, ὁ Κρόνου καὶ Ῥέας, ὅς ποτε ἠράσθη τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μείρακος, οὐκ ἔχων εἰς, ὅτι, ἐρασμιώτερον αὐτὸν μεταβάλοι, οὐδὲ, ὅπως ἂν διαφθείρειε τοῦ Ἀκρισίου τὴν φρουρὰν, ἀκούεις ἤδη που, ὡς χρυσίον ἐγένετο, καὶ ῥυεὶς [c] διὰ τοῦ τέγους, συνῆν τῇ ἀγαπωμένῃ, ὥστε τί ἂν σοι τὰ ἐπὶ τούτῳ ἔτι λέγοιμι, ὅσας μὲν χρείας παρέχεται ὁ χρυσὸς, ὡς [d] δὲ οἷς ἂν παρῇ, καλούς τε αὐτοὺς, καὶ σοφοὺς καὶ ἰσχυροὺς ἀπεργάζεται, τιμὴν καὶ δόξαν συνάπτων, καὶ ἐξ [e] ἀφανῶν καὶ ἀδόξων, ἐνίοτε περιβλέπτους καὶ ἀοιδίμους ἐν βραχεῖ τίθησι. τὸν γείτονα γοῦν μοι τὸν ὁμότεχνον οἶσθα, τὸν Σίμωνα, οὐ πρὸ πολλοῦ δειπνήσαντα παρ' ἐμοὶ, ὅτε τὸ ἔτνος ἧψον τοῖς Κρονίοις δύο τόμους τοῦ ἀλλᾶντος ἐμβαλών. ΑΛΕ. οἶδα, τὸν σιμὸν, τὸν βραχὺν, ὃς τὸ κεραμεοῦν τρύβλιον ὑφελόμενος, ᾤχετο ὑπὸ μάλης ἔχων, μετὰ τὸ δεῖπνον, ὃ μόνον ἡμῖν ὑπῆρχεν, εἶδον γὰρ αὐτὸς, ὦ Μίκυλλε. ΜΙ. οὐκοῦν ἐκεῖνος αὐτὸ κλέψας, εἶτα ἐπωμόσατο θεοὺς τοσούτους, ἀλλὰ τί οὐκ ἐμήνυες καὶ ἐβόας τότε, ὦ ἀλεκτρυὼν, ληϊζομένους ἡμᾶς ὁρῶν; ΑΛΕ. [f] ἐκόκκυζον, ὃ μόνον μοι τότε δυνατὸν ἦν, τί δ' οὖν ὁ Σίμων, [g] ἐῴκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ ἐρεῖν. ΜΙ. ἀνεψιὸς ἦν αὐτῷ, πλούσιος ἐς ὑπερβολὴν, Δριμύλος τοὔνομα, οὗτος ζῶν μὲν οὐδὲ ὀβολὸν ἔδωκε τῷ Σίμωνι· πῶς γὰρ, ὃς [h] οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων; ἐπεὶ δὲ ἀπέθανε πρῴην, ἅπαντα ἐκεῖνα, κατὰ τοὺς νόμους, Σίμων ὁ τὰ ῥάκτα τὰ πιναρὰ, ὁ τὸ τρύβλιον περιλείχων, ἄσμενος ἐξελαύνει. [i] ἁλουργῆ καὶ

a Imperfecti, à τιμάω.

b Frequens Iouis epitheton apud Homerum.

c Participiũ aorist β. passiuum à ῥύομαι.

d Ad summum sapiens vno minor est Ioue diues. Liber honoratus pulcher Rex denique Regum. Horatius.

e O sacer & magno minimus venerandus amore, Quo duce legitimus spurius esse potest.

f Gallorum est, cuculi quoque, vnde κόκκυξ vocatur.

g Plusquamperfectum medium est Atticum ab εἴκω.

h De ingenio auarorum diuitum, multa doctissime dicuntur in Pluto Aristophanis, & in Timone misanthropo Luciani.

i Ἀλουργόν, purpuram significat, ἀπὸ τοῦ ἅλς καὶ ἔργον, quod concha marina purpura colligatur, quam concham Athenæus, ἀπὸ τοῦ χαίνειν à hiando dictam putat, lib. 3.

nim longè nimirũ meliores atq; amabiliores videb ntur, quòd essent auro religata, vnaq; cum eo lucerent. Neq; isthuc nouum est Auricome, si tu Pantho [a] *patre prognatus, aurum in precio habuisti: quin & ipse deorum omnium, hominumq; pater ille, Saturno Rheaq; ꝓgenitus, quum* [b] *Argolicam illam puellam adamaret, vbi nihil inueniret amabilius, in quod sese transformaret, neq; quo Acrisii custodias posset corrumpere, audisti videlicet, vt aurum sit factus, atq; ita per tegulas illapsus, potitus est ea quam peribat. Iam verò quid tibi cõmemorem, quàm multos vsus præbeat aurum? Et vt eos quib. adfuerit, formosos, et sapientes, et potentes reddat, decus et gloriam illis cõcilians? vtq; nonnunquam ex obscuris & infamibus, claros ac celebres repentè efficiat? Nam nosti vicinum mihi & eiusdem artificij Simonem, qui paucis ante dieb. apud me cœnauit, quum legumen coquerem* [c] *Saturnalibus, duasq; extorum casuras immittens.* G AL. *Noui Simonem illum breuem: qui fictilem ollulam, quæ nobis erat vnica, suffuratus, peracta cœna abijt, sub ala gestans. Nam ipse vidi, Micylle.* M I C. *Atqui quum eam sustulerit, tam multos ille deos postea iurabat. Sed cur non ꝓdebas, ac vociferabare tum, ô Galle, quum nos furto spoliari conspiceres.* G A L. *Coccizabam, quod mihi solum licebat id temporis. Verùm quid Simon ille? Nam videbare de illo dicturus nescio quid.* M I C. *Ei consobrinus erat vir supra modum diues, nomine Drimylus, is quoad viuebat, ne obulum quidam donauerat Simoni. Nam quî daret, quum ne ipse quidem pecunias attingeret? At* [d] *simulatq; mortuus est, nuper vniuersis illis opibus, iuxta leges, Simon ille, q coria putria, qui patellam circumlingebat, gaudens potitur purpura*

a Panthus pater fuit Euphorbi, quem se fuisse belli Troiani tempore fingebat Pythagoras.

b Huius fabulæ quomodo Iupiter aurũ factus per tegulas illap'9 Danaën Acrisij regis Argiuorum filiam, in turri à patre inclusam, vigilibus custoditam corruperit: Meminerunt Ouidius libro 6. Metamorph. Terentius, Pindarus etiã & Horatius li. 3. Carminum, ode 16. qui et fabulæ Epimythion sententiosum tale appendit: Aurũ per medios ire satellites. Et perrumpere amat saxa potentius Ictu fulmineo. Et Ouid. lib. 3. Elegiarum, Dum merces aberat durus pater, ipsa seuera, Aerati postes ferrea turris erat.

c Saturnalia festum fuit apud Romanos plenum gaudij & lætitiæ quod celebrabant mense Decembri, in eo amici amicis mittebant munera, magistratus quoque populo congiaria diuidebat. Hinc Macrobius philologiam suam septem libris comprehensam Saturnalia nominauit, quod contineret res in Saturnalibus liberali colloquio in conuiuio disputatas, quemadmodum meminit lib. 1. cap. 1. Meminit Saturnalium quoq; Athenæus lib. 14. vbi de origine eius festi disputat.

d De huiusmodi auarorum diuitijs rectè dicitur versus qui est in χάρισι Theocriti, χρήματα δὲ ζώοντες ἀμαλδύνουσι θανόντων.

καὶ [a] ὑσγινοβαφῆ ἀμπεχόμενος, οἰκέτας καὶ ζεύγη, καὶ χρυσᾶ ἐκπώματα, καὶ ἐλεφαντόποδας τραπέζας ἔχων, ὑφ' ἁπάντων προσκυνούμενον, [b] οὐδὲ προσβλέπων ἔτι ἡμᾶς, ἔναγχος γοῦν ἐγὼ μὲν ἰδὼν προσιόντα χαῖρε, ἔφην, ὦ Σίμων. ὁ δὲ ἀγανακτήσας, εἴπατε, ἔφη, τῷ πτωχῷ, μὴ κατασμικρύνειν μου τοὔνομα. οὐ γὰρ Σίμων, ἀλλὰ Σιμωνίδης ὀνομάζομαι. τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι καὶ ἐρῶσιν αὐτοῦ καὶ αἱ γυναῖκες, ὁ δὲ θρύπτεται καὶ πρὸς ταύτας, καὶ ὑπερορᾷ, καὶ τὰς μὲν προσίεται, καὶ ἵλεώς ἐστιν, αἱ δὲ ἀπειλοῦσιν ἀπάγξειν αὑτὰς, ἀμελούμεναι, ὁρᾷς ὅσων ἀγαθῶν ὁ χρυσὸς αἴτιος, εἴ γε καὶ μεταποιεῖ τοὺς ἀμορφοτέρους, καὶ ἐρασμίους ἀπεργάζεται, ὥσπερ ὁ ποιητικὸς ἐκεῖνος κεστός. ἀκούεις δὲ καὶ τῶν ποιητῶν λεγόντων, Ὦ [c] χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον κτέρας, καὶ χρυσὸς γάρ ἐστιν, ὃς βροτῶν ἔχει κράτη, ἀλλὰ τί μεταξὺ ἐγέλασας, ὦ Ἀλεκτρυών. ΑΛΕ. ὅτι ὑπ' ἀγνοίας ὦ Μίκυλλε, καὶ σὺ τὰ ὅμοια τοῖς πολλοῖς ἐξηπάτησαι, περὶ τῶν πλουσίων, οἳ εὖ ἴσθι, πολὺ ἀθλιώτερον ὑμῶν τὸν βίον βιοῦσι λέγω δέ σοι, καὶ πένης, καὶ πλούσιος πολλάκις γενόμενος, καὶ ἅπαντος βίου πεπειραμένος, μετὰ μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸς εἴσῃ ἕκαστα. ΜΙ. νὴ Δία. καιρὸς γοῦν ἤδη καὶ σὲ εἰπεῖν ὅπως ἠλλάγης, καὶ ἃ συνοισθα τῷ βίῳ ἑκάστῳ. ΑΛΕ. ἄκουε τοσοῦτόν γε προειδὼς, μηδένα με σοῦ εὐδαιμονέστερον βιοῦντα ἑωρακέναι. ΜΙ. ἐμοῦ, ὦ Ἀλεκτρυών, οὕτω σοι γένοιτο, προάγεις γάρ με λοιδορεῖσθαί σοι, ἀλλὰ εἰπὲ, ἀπὸ Εὐφόρβου ἀρξάμενος, ὅπως ἐς Πυθαγόραν μεταβληθῆς

a Tincta colore purpureo, ab ὑσγινὸν quod ostrum hyacinthum colorem purpureum significat, & βάπτω, tingo.

b Honores mutant mores. Et in veteri versu dicitur, Cum surgunt miseri, nolunt miseri misereri. Asperius (enim) nihil est humili, cum surgit in altum: vt scripsit Claudianus.

c Versus est Euripidis, qui extat apud Athenæum vnà cum aliquot alijs lib. 4. δειπνοσοφιστῶν. Eos quia festiuissimè, pecuniæ Tyrannidem & potentiam describunt adijcimus, & sunt isti. ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς, ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοίας ἔχει, οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλος πατὴρ, οἵας σὺ χ' οἵ σε δώμασιν κεκτημένοι, εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ, οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν ἔχειν.

purpura ostroq; circumtectus, famulosq; & currus, & aurea pocula & mensas eburnis innixas pedibus possidet, ab omnibus adoratur, iamq; nos ne aspicit quidem. Etenim nuper quum illum procedentẽ conspexissem: Salue, inquam, Simon. At ille indignè ferens: Edicite, inquit, mendico isti, ne vocabulum meũ diminuat: neq; enim Simon, sed [a] *Simonides appellor. Porrò (quod est omnium maximum) mulieres etiam illius amore capiuntur. Atq; is quidem eludit eas, & fastidit, & alias quidem admittit, comemq; sese prabet. Aliæ porrò quæ negliguntur, necem conscituras sibi minitãtur. Vides quantas commoditates pariat aurum: quando qui sunt deformissimi, transfigurat, & amabiles reddit, non secus atq; cestus* [b] *ille poëticus. Audis insuper te à poëtis dictum:* [c] *O aurum auspicata res, & ostentum optimum. Aurum est quod opibus imperat mortalium. Sed quid interim risisti Galle?* GAL. *Quoniam tu quoque per inscitiam Micylle, simili modo falleris opinione de diuitibus, quemadmodum vulgus: verum (crede mihi) longè etiam ærumnosiorem vitam viuunt, quàm vos. Hac autem loquor, qui ipse & pauper, et diues aliquando fuerim, atq; omne vitæ genus sim expertus. Porrò paulo pòst ipse quoq; hac omnia cognosces.* MIC. *Per Iouem tempestiuum iam est, vt & tu referas quemadmodum sis transfiguratus, & quid in vnoquoq; vitæ genere perspexeris.* GAL. [d] *Ausculta, hoc tantũ præmonitus, me neminem feliciorem vita, quam tu sis, nunquam vidisse.* MIC. *Quam ego sim, ô Galle? Hanc felicitatam tibi ipsi imprecor. Nam videre me tibi ridendum proponere. Verum age, narra, exordiens ab Euphorbo, quo pacto fueris in Pythagoram transformatus:*

a Poeta fuit Lyricus doctissimus & sapientissimus, cuius aliquot sententiæ doctissimæ apud gnomologos & philologos reperiuntur. Eius meminit Theocritus in χάρισι, Pausanias etiam.

b. Cestus ab Homero 3. Iliad. fingitur cingulum Veneris, cuius ea sit vis & efficacia, vt conciliet, placet, & in sui amorem pertrahat quoslibet.

c Latinè apud Senecam lib. Epistol. 31. sic referuntur: Pecunia ingẽs generis humani bonũ. Cui non voluptas matris, aut blãdæ potest, par esse prolis non sacer meritis parens. Tam dulce si quid Veneris in vultu micat. Merito illa, amores cœlitũ atque hominũ mouet. Verba sunt Bellerophontis apud Euripidem. Hi versus cum in Tragœdia pronunciati essent, totus populus ad eijciendum & actorem & carmen consurrexit, donec Euripides ipse in medium prosilijt, petens vt expectarent viderentq; quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula pœnas Bellerophontes, quas in sua quisq; dat.

d *Πᾶς γὰρ πένης ὢν μεγάλα κερδαίνει κακά.* Quare rectè Apollo prædicauit beatissimos Græcorum pauperrimos, vt est apud Plinium, Herodo Platonem & alios quosdam.

βαλητῆς εἶτα ἑξῆς, ἄχρι τοῦ ἀλεκτρυόνος. εἰκὸς γάρ, σε ποικίλα καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν, ἐν πολυειδέσι τοῖς βίοις. ΑΛΕ. ὡς [a] μὲν ἐξ Ἀπόλλωνος τὸ πρῶτον ἡ [b] ψυχή μοι καταπταμένη εἰς τὴν γῆν, ἐνέδυ ἐς ἀνθρώπου σῶμα, ἥν τινα τὴν καταδίκην ἐκτελοῦσα, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, ἄλλως τε οὔτε ὅσιον, οὔτε ἐμοὶ εἰπεῖν, οὔτε σοὶ ἀκούειν τὰ τοιαῦτα. ἐπεὶ δὲ Εὔφορβος ἐγενόμην. ΜΙ. ἐγὼ δὲ πρό γε τούτου, ὦ θαυμάσιε, τίς ἦν; τοῦτό μοι πρότερον εἰπὲ, εἰ κἀγώ ποτε ἠλλάγην, ὥσπερ σύ. ΑΛΕ. καὶ μάλα. ΜΙ. τίς οὖν, ἦν εἴ τι ἔχεις εἰπεῖν, ἐθέλω γὰρ τοῦτο εἰδέναι. ΑΛΕ. σὺ [c] μύρμηξ Ἰνδικὸς, τῶν τὸ χρυσίον ἀνορυττόντων. ΜΙ. εἶτα ὤκνουν ὁ κακοδαίμων ὀλίγων τῶν ψηγμάτων ἥκειν εἰς τὸν βίον, ἐξ ἐκείνου ἐπισιτισάμενος; ἀλλὰ καὶ τί μετὰ τοῦτο ἔσομαι, εἰπὲ, εἰκὸς γὰρ εἰδέναι σε, εἰ γὰρ τι ἀγαθὸν εἴη, ἀπάγξομαι ἤδη ἀναστὰς, ἀπὸ τοῦ παττάλου, ἐφ' οὗ σὺ ἕστηκας. ΑΛΕ. οὐκ ἂν μάθοις τοῦτο, οὐδεμιᾷ μηχανῇ, πλὴν ἀλλὰ ἐπείπερ Εὔφορβος ἐγενόμην, ἐπάνειμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνα, ἐμαχόμην ἐν Ἰλίῳ, καὶ ἀποθανὼν ὑπὸ Μενελάου, χρόνῳ ὕστερον, ἐς Πυθαγόραν ἧκον. τέως δὲ περιέμενον ἄοικος [d] ἑστὼς, ἄχρι δὴ ὁ Μνήσαρχος ἐξεργάσηταί μοι τὸν οἶκον. ΜΙ. [e] ἄσιτος ὤν, ὦ [f] ταν, καὶ ἄποτος; ΑΛΕ. καὶ μάλα, οὐ δὲ γὰρ ἔδει τούτων, ἢ μόνῳ τῷ σώματι. ΜΙ. οὐκοῦν τὰ ἐν Ἰλίῳ πρότερόν μοι εἰπὲ. τοιαῦτα ἦν, οἷά φησιν Ὅμηρος γενέσθαι αὐτά; ΑΛΕ. πόθεν ἐκεῖνος ἠπίστατο, ὦ Μίκυλλε, ὃς γιγνομένων ἐκείνων [g] κάμηλος ἐν Βάκτροις ἦν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτόν

a Series mutationum Pythagoræ pertinens ad fidē faciendam sequentibus. Micyli mutationes per digressionem.

b De animabus quomodo in corpora demittantur, & quomodo totus aër plenus sit animarum, & an animæ ante corpora fuerint, quare quoque in corpus tanquam in carcerem anima mittatur, vide Augustinum de ciuita. dei, Cœlium Rhodiginum, Laertium, Platonem in Axocho, & Ciceronem in libro de Senectute.

c De formicis Indicis arenam auream effodientibus, & magnitudine canes æquantibus, quomodo item arena iam effossa ab ijs auferatur, cum sint pernicitatis vix credendæ; scribit Herodotus lib. 3. de India agens.

d Pro ἑστηκὼς, participium præteritum Atticum ab ἵστημι.

e Id est, eram tantum nuda anima sine corpore: corpus autem domum vocat σκηνὴν veteri Platonicorum more, quod sit domicilium animæ, quemadmodum id prolixè disputatur ex Plotino & Platone apud Cœlium. Et Pythagoras apud Laërtium, animæ vincula venas esse & arterias & neruos dicit.

f Pro ὦ ἔταν, ô amice ab ἔτης coætaneus, familiaris, παρὰ τὸ ἔτος οἷον ὁμοίτης.

g De camelis, vide Plinium lib. 8. cap. 18.

formatus: deinceps ordine ad Gallum vsq;. Consentaneum enim est, te varias res tum vidisse, tum tulisse, nimirum tam diuersis vitæ formis. GAL. *Quemadmodum initio ab Apolline profecta anima in terram deuolarit, & [a]corpus humanum subierit, vt illic pœnam quandã dependeret, id longum dictum futurum sit. Præterea neq; mihi referre fas est, neq; tibi eiusmodi audire. Verum vbi Euphorbus factus essem.* MIC. *Sed ego priusquàm essem is, qui nunc sum, ô præclare quisnam eram, hoc mihi prius dicito, nunquid & ego versus fuerim itidem vt tu.* GAL. *Maximè.* MI. *Quis igitur eram si quo modo potes dicere, peruelim enim isthuc cognoscere.* GAL. *Tu formica fueras Indica, ex earum genere, quæ aurũ effodiunt.* MIC. *Et postea neglexi infelix, vel paucula frusta in vitam importare: quum illo essem alitus? Sed age quid post hæc futurus sim dicito: quandoquidem consentaneum est scire te. Etenim si quid bonæ sit rei, iam nunc [b] suspendero me ab ista pertica, in qua nunc stas.* GAL. *Isthoc profecto nulla ratione possis cognoscere. Cæterum quum Euphorbus essem (nam ad illa redeo) in Troia pugnabam, atq; à Menelao necatus, aliquando post tempore in Pythagoram perueni. Porrò eousque absq; tecto perdurabam, donec [c] Mnesarchus aliquando mihi domum ædificaret.* MIC. *Obsecro te, num absq; cibo potuq;.* GAL. *maxime. Nihil enim istis rebus opus nisi corpori duntaxat. Illud igitur prius dicito, ea quæ ad Troiam gesta sunt? num ita se habent, qualia fuisse dixit Homerus?* GAL. *Qui[d] nam ille scite potuisset Micylle, qui quidem dum ista gerebantur, ipse camelus erat in Bactris[e]? Cæterum ego tibi tan-*

a Plato in Cratylo, vbi de recta nominum ratione agit, σῶμα corpus, quasi σῆμα, sepulchrũ nuncupari, ex aliorum sententia putat quod anima præsenti tempore in corpore tanquam sepulchro sit sepulta & quod iuxta Orphei sectatores in corpore delictorum det pœnas, & quòd velut in carcere quodam σώζηται, hoc est seruetur. Idem dicit in, Gorgia quòd corpus sit sep lchrũ animæ. & in Phædro, quod corpori anima in modum ostreæ alligata sit.

b Vt scilicet eò citius in animal aliquod felicius transmutet, quemadmodum Ambrociotes Cleombrotus abiecit se ex alto, vt eo citius ad meliorem vitam perueniret, de qua legerat apud Platonem, teste Cicerone & Lactantio, & alij quoq; sibi ipsis manus intulerunt propter eandem causam.

c Id est, donec corpus nasceretur ex Mnesarcho, quod ego nuda anima occupaui, nominatus deinde Pythagoras Mnesarchi filius.

d Alia digressio de rebus Troianis & Homero.

e Bactra Bactrorum, metropolis est Scythiæ.

τοσοῦτόν σοι φημὶ ὑπερφυὲς, μὴ δὲ γενέσθαι τότε μήτε τὸν Αἴαντα οὕτω [a] μέγαν, μήτε τὴν Ἑλένην αὐτὴν οὕτω καλὴν, ὡς οἴονται, εἶδον γὰρ λευκὴν μέν τινα, καὶ ἐπιμήκη τὸν τράχηλον, ὡς εἰκάζειν [b] κύκνου θυγατέρα εἶναι, τἆλλα δὲ πάνυ πρεσβῦτιν, ἡλικιῶτιν σχεδὸν τῆς Ἑκάβης, ἥν γε [c] Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας, ἐν Ἀφίδναις εἶχε, κατὰ τὸν Ἡρακλέα γενόμενος. ὁ δὲ Ἡρακλῆς πρότερον εἷλε τροίαν, κατὰ τοὺς πατέρας ἡμῶν, τοὺς τότε μάλιστα. διηγεῖτο γάρ μοι ὁ Πάνθους ταῦτα, κομιδῇ μειράκιον ὢν, ἑωρακέναι λέγων τὸν Ἡρακλέα. ΜΙ. τί δὲ ὁ Ἀχιλλεὺς, τοιοῦτος ἦν ἄριστος τὰ πάντα, ἢ μῦθος ἄλλως καὶ ταῦτα; ΑΛΕ. ἐκείνῳ μὲν οὐδὲ συνηνέχθην, ὦ Μίκυλλε, οὐδ' ἂν ἔχοιμί σοι οὕτως ἀκριβῶς τὰ παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς λέγειν, πόθεν γὰρ, πολέμιος ὤν. τὸν μέντοι ἑταῖρον αὐτοῦ, τὸν [d] Πάτροκλον οὐ χαλεπῶς ἀπέκτεινα διελάσας τῷ δόρατι. ΜΙ. εἶτά σε ὁ Μενέλαος [e] μακρῷ εὐχερέστερον, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανῶς, τὰ Πυθαγόρου δὲ ἤδη λέγε. ΑΛΕ. τὸ μὲν ὅλον, ὦ Μίκυλλε, σοφιστὴς ἄνθρωπος ἦν, χρὴ γὰρ, οἶμαι τἀληθῆ λέγειν, ἄλλως δὲ οὐκ ἀπαίδευτος, οὐδ' ἀμελέτητος τῶν καλλίστων μαθημάτων, ἐπεδήμησα δὲ εἰς [f] Αἴγυπτον, ὡς συγγενοίμην τοῖς προφήταις ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἐς τὰ ἄδυτα κατελθὼν, ἐξέμαθον τὰς βίβλους τὰς Ὤρου

a Pausanias in Attica ex Mysi cuiusdã relatione narrat, ossa Aiacis Telamonij genuina quæ Medici molas vocant, disco adolescentis pentathli fuisse paria: vnde quanta fuerit Aiacis magnitudo & robur cogitari potest.

b Alludit ad fabulã de Cygno, Iupiter qui propter mulieres nihil non factus est, quemadmodum in versu dicitur, Ζεὺς κύκνος, ταῦρος, σάτυρος, χρυσὸς δι' ἔρωτα. Cygnus factus compressit Lædam quæ ouum peperit, vnde nati sunt Dioscuri Pollux & Castor & Helena, vt est apud Ouid. lib. 6. Metamorphos. vbi summatim omnia adulteria Iouis recensentur: quemadmodum & lib. 14. Iliad. apud Athenæum lib. 2. exponitur eius quoque fabulæ origo.

c De quo est apud Plutarchum in vita Thesei. Isocratem in encomio Helenæ, Euripidem in Helena, & Pausaniam quoque in Laconicis. Aphidnarum autem meminit Strabo, similiter & Pausanias aliquotiens.

d De Patroclo induto armis Achillis ad terrendos Troianos, & vulnerato ab Euphorbo, interfecto verò ab Hectore, vide Iliad. Homeri lib. 16.

e Homerus Iliad. 17.

f In Aegyptum & ad Chaldæos & Cretam insulam plerique philosophorum discendi & videndi varia causa profecti sunt, Pythagoras, Plato, Euripides, &c. quod ibi & studia florerent, & multi sapientes viri reperirentur, de quo Laërtius & alij meminerunt, Philostratus quoq; in libro 8. quos conscripsit de Apollonio Tyanæo, cuius & D. Hieronymus meminit.

bi tantum affabor diuinitus, nihil id temporis eximium fuisse, neque Aiacem vsque adeò magnum, neq; [a] *Helenam adeò formosam, quemadmodum arbitrantur: siquidem vidi candida quadam & procera ceruice, vt hinc Cygno prognatam esse assimularent. Cæterum vehementer anum, æqualem propemodum* [b] *Hecubæ. Hanc Theseus raptam in Aphidnis possedit. Is vixit Herculis fermè ætate. Porro Hercules prius Troiam* [c] *ceperat, patrum nostrorum memoria, qui per id temporis maximè florebant. Nam hæc mihi* [d] *Panthus narrauit, se quum esset admodum adolescens vidisse Herculem.* MIC. *Quid autem Achilles? Num talis erat, nempe quauis in re præstantissimus? An & isthæc fabulamenta sunt?* GAL. *Cum illo quidem congressus non sum: neque queam adeò compertè de rebus Græcorum dicere. Etenim qui scire potui, cùm hostis essem? certe Patroclum illius amicum, haud ita magno negocio peremi, lancea dissectum.* MIC. *Deinde te Menelaus, minore negocio. Verum istis de rebus satis. Nunc res Pythagoricas refer.* GAL. *Illud* [e] *in summa, Micylle: sophista quispiam eram (oportet enim videlicet fateri verum) alioqui non imperitus, neque inexercitatus in honestissimis disciplinis. Profectus sum autem in Aegyptum: quo cum prophetis congrederer, de sapientia communicaturus. Hic* [f] *adyta subij, atque ibi*

a De Helena & proceribus cum Græcorum tum quoq; Troianorum qualis quilibet fuerit forma, robore & moribus & alijs virtutibus, vide Daretem Phrygium in historia belli Troiani, qui ei interfuit αὐτόπτης.

b Fuit enim ãnos 20. Troiæ, quemadmodum docent id historiæ & Scholia Homerica. Post raptum enim decem anni abierunt antequam cogerent Græci exercitum: decem quoque anni cum sex mensibus & diebus duodecim antequam Troia caperetur, teste Darete Phrygio.

c Quod accidit annis ante vltimam obsidionem 31. 36. imperij anno Laomedontis, cùm Argonautæ proficiscerentur ad Colchos, interfecto Laomedonte patre Priami & abducta filia Hesione, ex qua natus est Aiax Telamonius, quæ res deinde causa fuit raptus Helenæ, si vera sunt quæ scribunt authores.

d Panthus, Troianus fuit, pater Euphorbi, quemadmodum suprà dictum est.

e Redit ad propositum de metamorphosi Pythagorica, & tacite Pythagoram vt sophistam & præstigiatorem perstringit: qui & quæ docuerit, imponendi causa docuerit, & in quæ transmutatum se dixit, ab ijs natura quoque repugnarit.

f Secretiora Templi loca sunt, in quæ non quiuis admittebatur.

τὰς Ὥρας καὶ Ἴσιδος, καὶ αὖθις εἰς [a] Ἰταλίαν ἐκπλεύσας, οὕτω διέθηκα τοὺς κατ' ἐκεῖνα Ἕλληνας, ὥστε θεὸν ᾖδόν με. ΜΙ. ἤκουσα ταῦτα, καὶ ὡς δόξειας ἀναβεβιωκέναι ἀποθανὼν, καὶ ὡς [b] χρυσοῦν τὸν μηρὸν ἐπιδείξαιό ποτε αὐτοῖς. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, τί σοι ἐπῆλθε νόμον ποιήσασθαι, μήτε κρεῶν, μήτε κυάμων ἐσθίειν. ΑΛΕ. μὴ ἀνάκρινε τὰ τοιαῦτα, ὦ Μίκυλλε. ΜΙ. διατί, ὦ Ἀλεκτρυών. ΑΛΕ. ὅτι αἰσχύνομαι λέγειν πρὸς σὲ τὴν ἀλήθειαν ὑπὲρ αὐτῶν. ΜΙ. καὶ μὴν οὐδὲν ὀκνεῖν ἐχρῆν λέγειν πρὸς ἄνδρα σύνοικον καὶ φίλον, δεσπότην γὰρ οὐκ ἂν εἴποιμι ἔτι. ΑΛΕ. οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ σοφὸν ἦν, ἀλλ' [c] ἑώρων, ὅτι εἰ μὲν τὰ συνήθη, καὶ ταῦτα τοῖς πολλοῖς νομίζοιμι, ἥκιστα ἐπισπάσομαι τοὺς ἀνθρώπους εἰς τὸ θαῦμα. ὅσῳ δὲ ἂν ξενίζοιμι, τοσούτῳ καινότερος ᾤμην αὐτοῖς ἔσεσθαι. διὰ τοῦτο καινοποιεῖν εἱλόμην, ἀπόρρητον ποιησάμενος τὴν αἰτίαν, ὡς εἰκάζοντες ἄλλοι ἄλλως ἅπαντες ἐκπλήττωνται, καθάπερ ἐν τοῖς ἀσαφέσι τῶν χρησμῶν. ΜΙ. ὁρᾷς; καταγελᾷς με καὶ σὺ

καὶ σὺ

a Quomodo Pythagoras ſcholam aperuerit in Italia, & quid docuerit, quibuſque ceremonijs & ritibus eam ab alijs ſectis diſcreuerit, eſt apud Laërtium, Gellium, & Iuſtinum lib. 20. & Liuium primo ab vrbe condita.

b Nudatum aliquando eius femur aureum apparuiſſe fama eſt. Hermippus de Pythagora apud Laërtium.

c Imperfectum Atticum ab ὁράω.

ibi[a] Ori & Isidis libros perdidici. Pòst rursum in Italiam renauigabam, ac Græcos iuxta ea quæ in Aegypto didiceram, ita institui, vt me proinde ac deum suspicerent. M I C. *Equidem audieram isthac: præterea quemadmodum creditus fueris, defunctus in vitam rediisse, vtq; aureum femur illis subinde ostenderis. Verum illud mihi dicito, quid tibi venit in mentem, vt legem statueres: vti neq; carnibus, neq; fabis vescentur homines.* G A L. *Ne perconteris ista Micylle.* M I C. *Quamobrem, ò Galle?* G A L. *Nam pudet hisce de rebus verum fateri.* M I C. *Atqui non conuenit, vti id facere graueris apud hominem contubernalem et amicum: nam herum posthac, absit vt dixerim.* G A L. *Nihil sani, neque præclari quicquam erat: verùm animaduertebam, si consueta modò atq; eadem quæ vulgò traduntur à multis, præcepissem: non fore, vt mortales in admirationem adducerem, sed quo[b] peregriniora, magisq; aliena proposuissem, futurum, vt hoc magis nouus, magisq; viderer admirandus. Proinde instituebam in animo, noua quiddam rei designare, eiusmodi proposito decreto, cuius causa esset inexplicabilis, quo videlicet aliis aliud coniectantibus omnes redderentur attoniti: quemadmodum in obscuris oraculis solet vsu venire.* M I C. *Illud vide, vt rides me tu quoq;*

a Isis vxor fuit Osiridis, horum vtriusque filius fuit Horus, seu Orus, qui pariter deinde propter varias monstratas artes Aegyptiis, inuentas quoque literas diuinos honores consecuti sunt. Historiā & res gestas ipsorum scribunt Diodorus Siculus lib. 1. Herodotus quoq; prolixe lib. 2. Et multo prolixius Plutarchus in libro de Iside & Osiride. De libris autem & literis hieroglyphicis quæ animantium figuris & reliquis huiusmodi signis et corporibus constabant, quibus vtebantur vates & theologi Aegyptij, qui nefas esse ducebant Sapientiæ mysteria literis communibus vulgo prophano prodere. Vide Cœlium Rhodiginum lib. 29. cap. 26. Et Erasmum in prouerbio Festina lente. Extant etiam duo libri Hori super huiusmodi literis, quibus ἱερογραμματεῖς vtebantur. librorum Isidis meminit etiam Plato lib. 2. de legibus. Vide de ijsdem plura in prima parte historiæ poëtarum Lil. Gyraldi, vbi ex Apuleio multa dicuntur.

b Discipuli eius vocabant eum, dei omnigenas voces, Domum eius Metapontini Cereris delubrum vocabant, vicumq; sacratum Musis, vt Phauorinus in Omnimodis historijs tradit.

c Noua enim & peregrina magis admirantur. De eo vide in symbolis Pythagoræ apud Laërtium, Clementem in στρώμασι, Plutarchum & Erasmum in Chiliadibus, maximè verò in prouerbio, Quò transgressus: vbi cum hæc tum quoque plurimæ aliæ causæ indicantur.

καὶ σὺ ἐν τῷ μέρει τοσούτων, ὅσον Κροτωνιατῶν, καὶ μεταποντίων καὶ ταραντίνων, καὶ τῶν ἄλλων ἀφώνων, σοὶ ἑπομένων, καὶ πρὸς κυνούντων τὰ ἴχνη, ἃ σὺ πατῶν ἀπελιμπάνεις, ἀποδυσάμενος δὴ τὸν Πυθαγόραν, τίνα [a] μετημφιέσω μετ' αὐτόν; ΑΛΕ. [b] Ἀσπασίαν τὴν ἐκ μιλήτου ἑταίραν. ΜΙ. Φεῦ τοῦ λόγου, καὶ γυνὴ γὰρ ἐγένετο ἐν τοῖς ἄλλοις ὁ Πυθαγόρας; καὶ ἦν ποτε χρόνος, ὅτε καὶ σὺ ᾠοτόκεις, ὦ ἀλεκτρυόνων γενναιότατε, καὶ [c] συνῆσθα Περικλεῖ, Ἀσπασία οὖσα; καὶ ἐκύεις ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἔρια ἔξαινες, καὶ κρόκην κατῆγες, καὶ ἐγυναικίζου εἰς τὸ ἑταιρικόν; ΑΛΕ. Πάντα ταῦτα ἐποίουν, οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ [d] Τειρεσίας πρὸ ἐμοῦ, καὶ ὁ Ἐλάτου παῖς, ὁ Καινεύς. ὥστε ὁπόσα ἂν ἀποσκώψῃς εἰς ἐμέ, καὶ εἰς ἐκείνους ἀποσκώψας ἔσῃ. ΜΙ. τί οὖν, πότερος ὁ βίος ἡδίων σοι ἦν, ὅτε ἀνὴρ ἦς, ἢ ὅτε σε ὁ Περικλῆς ὤπυιεν; ΑΛΕ. Οἶδας, οἷον τοῦτο ἠρώτησας, οὐδὲ τῷ Τειρεσίᾳ συνενεγκοῦσαν τὴν ἀπόκρισιν. ΜΙ. ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ εἴπῃς, ἱκανῶς ὁ Εὐριπίδης διέκρινε τὸ τοιοῦτον, εἰπὼν ὡς [e] τρὶς ἂν θέλοι παρ' ἀσπίδα στῆναι, ἢ ἅπαξ τεκεῖν. ΑΛΕ. καὶ μὴν ἀναμνήσω σε, ὦ Μίκυλλε, οὐκ εἰς μακρὰν ὠδίνουσαν, ἔσῃ γὰρ πότε γυνὴ καὶ σύ, ἐν πολλῇ τῇ περιόδῳ, πολλάκις. ΜΙ. οὐκ ἀπάγξῃ ὦ Ἀλεκτρυών, ἅπαντας οἰόμενος Μιλησίους ἢ Σαμίους εἶναι; σὲ οὖν φασί, καὶ Πυθαγόραν ὄντα, τὴν ὥραν λαμπρόν, πολλάκις Ἀσπασίαν γενέσθαι τῷ τυράννῳ, τίς δὴ μετὰ τὴν Ἀσπασίαν ἀνήρ, ἢ γυνὴ αὖθις ἀνεφάνης; ΑΛΕ. ὁ κυνικὸς [f] Κράτης. ΜΙ. ὦ Διοσκόρω τῆς ἀνομοιότητος ἐξ ἑταίρας φιλόσοφος; ΑΛΕ. εἶτα βασιλεύς, εἶτα πένης, καὶ μετ'

a Secunda persona aorist. α. medij ab ἀμφιέννυμι.

b De Aspasia Milesia fœmina, formosissima pellice, vide 13. Athenæi. vbi de Phryne & aliis tum temporis famigeratis scortis multa dicuntur, Plutarchum quoque in Pericle.

c Pro συνῆς Aeolicè. Aeoles enim personis in σ exeuntibus, θα addunt ἤσθα, pro ἦσθα dicentes.

d De Tiresia vate qui vir fuit, & fœmina etiam aliquando, vide Ouid. 3. Metamor.

e Versus Euripidis in Medea, Medeæ querentis sunt isti λέγουσι (αὐδεῖς δηλαδή) δ' ἡμᾶς ὡς ἀκίνδυνον βίον ζῶμεν κατ' οἴκους, οἱ δὲ μάρναντας δορί. κακῶς φρονοῦντες, ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

f Crates Thebanus Diogenis Cynici discipulus fuit θυρεπανοίκτης appellatus, quod in omnem ingrederetur domum, & hominum vitia corriperet, quemadmodum est apud Laertium, Plutarchum & Erasmum in Apophthegmatis.

quoq; non minus atq; [a] Crotoniatas, ac Metaponticos, & Tarentinos, cumq; his alios, qui muti sequuntur, tuaq; adorant vestigia, quæ tu calcata reliquisti. Verùm vbi Pythagoram exueras, quem post eum induisti? GAL. Aspasiam Miletensem illam meretricem. MIC. Papæ, quid ego audio? Siquidem inter alia mulier quoq; fuit Pythagoras? Ita ne fuit aliquando tempus, quo tu Galle generosissime oua pariebas, cumq; [b] Pericle rem habebas: iam Aspasia videlicet, atq; ex illo grauida facta es? præterea lanam tondebas, tramamq; deducebas? Postremò meretricũ in morem gestiebas, vultumq; componebas? GAL. Ista quidem omnia feci, tametsi non ego solus: verum & ante me, tum Tiresias, tum Elati proles [c] Ceneus. Proinde quicquid in me conuitij dixeris, tantundem & in illos dixeris. MIC. Age igitur, vtra tibi vita erat suauior, quum vir esses, an quum Pericles tecum haberet consuetudinem. GAL. Vides cuiusmodi isthuc est quod percontaris: nempe cui ne Tiresiæ quidem [c] expedierit respondere. MIC. Atqui si minus fateare tu, tamen isthuc Euripides satis explicuit, quum ait se malle ter sub clypeo consistere, quam parere semel. GAL. Imò præmoneo te paulo pòst puerperam fore: siquidem & tu mulier es olim futurus, idq; sæpius longo nimirum seculorum [d] orbe atq; recursu. MI. Non tu pendebis, ô Galle, qui quidem omneis mortales Milesios aut Samios esse ducas? Nam aiunt te etiam tum quũ Pythagoras esses, venusta forma decorum, sæpius Aspasiã fuisse tyranno. Verùm age secundũ [e] Aspasiam, in quẽ virûm aut mulierũ denuò renatus es? GAL. In Cratẽ Cynicũ. MIC. ô Castor & ô Pollux, quàm dissimile, ex scorto philosophus. GAL. Deinde rex, deinde pauper,

 paulo

a Populi sũt Italiæ, apud quos vixit Pythagoras, quẽadmodum meminit Laertius & Iustinus Trogi abbreuiator Strabo quoq; lib. 4. Fuerunt ex ciuitates celebres, cum à Pythagoreis tum quoque Athletis & Olympionicis: è Crotone oriundus fuit Milo ille à multis autoribus celebratus, è Tarento Archita philosophus Platonis amicus. Vide etiam prouerb. Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est. Item, Crotonæ salubrius.

b De Pericle eloquentissimo, qui loquens fulminare et fulgurare visus est, scribunt Plutarchus cum Quintiliano.

c De Cæneo Elati filio quomodo ex puella venustissima vir factus fuerit, vide 12. Metamorphos. Meminit quoque Plutarch. in Moral.

d Tiresias cum vitam mulierum suauiorem esse pronunciasset, à Iunone excæcatus est. Ouid. 3. Metamor.

e Apud Herodotum lib. 2. scribitur, primos Aegyptios statuisse animam hominis esse immortalem, quæ de mortuo corpore subinde in aliud corpus vt quoq; generaretur, migraret. Plato in Phædro multa & à sacris literis abhorrentia affert.

f De Aspasia iam diximus: per Tyrannum fortè intelligit Periclẽ quod venustissimæ formæ fuerit Pythagoras, adeo vt illum discipuli Apollinem opinarentur, meminit Laërtius.

καὶ μετ' ὀλίγον σατράπης, εἶτα ἵππος, καὶ κολοιός, καὶ βάτραχος, καὶ ἄλλα μυρία. μακρὸν δ' ἂν γένοιτο, καταριθμήσασθαι ἕκαστα. τὰ τελευταῖα δὲ, ἀλεκτρυὼν πολλάκις [a] ἥσθην γὰρ τῷ βίῳ, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις δουλεύσας, βασιλεῦσι, καὶ πένησι καὶ πλουσίοις. τὰ τελευταῖα, καὶ σοὶ νῦν σύνειμι, καταγελῶν ὁσημέραι σου ποτνιωμένου, καὶ οἰμώζοντος ἐπὶ τῇ πενίᾳ, καὶ τοὺς πλουσίους θαυμάζοντος, ὑπ' ἀγνοίας τῶν ἐκείνοις προσόντων κακῶν, εἰ γοῦν ᾔδεις τὰς φροντίδας αὐτῶν, ἃς ἔχουσιν ἐγέλασας ἂν ἐπὶ σαυτῷ, πρῶτον οἰηθέντι ὑπερευδαιμονεῖν ἀεὶ τὸν πλούσιον. ΜΙ. οὐκοῦν ὦ Πυθαγόρα, ἢ ὅ, τι μάλιστα χαίρεις καλούμενος, ὡς μὴ ἐπιταράττοιμι τὸν λόγον, ἄλλο τε ἄλλον καλῶν. ΑΛΕ. διοίσει [b] μὲν οὐδὲν, ἤν τε Εὔφορβον, ἤν τε Πυθαγόραν, ἤν τε Ἀσπασίαν καλῇς, ἢ Κράτητα, πάντα γὰρ ἐγὼ ταῦτά εἰμι. πλὴν τὸ νῦν ὁρώμενον τοῦτο, ἀλεκτρυόνα ὀνομάζων ἄμεινον ἂν ποιοῖς, ὡς μὴ ἀτιμάζοις, εὐτελὲς εἶναι δοκοῦν, τὸ ὄρνεον, καὶ ταῦτα τοσαύτας ἐν αὐτῷ ψυχὰς ἔχον. ΜΙ. οὐκοῦν ὦ Ἀλεκτρυὼν, ἐπειδὴ ἁπάντων σχεδὸν ἤδη τῶν βίων ἐπειράθης, καὶ πάντα οἶσθα, λέγοις ἂν ἤδη σαφῶς, ἰδίᾳ [c] μὲν τὰ τῶν πλουσίων, ὅπως βιοῦσιν, ἰδίᾳ δὲ τὰ πτωχικὰ, ὡς μάθω, εἰ ἀληθῆ ταῦτα φῂς, εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνων με τῶν πλουσίων. ΑΛΕ. ἰδοὺ δὴ, οὕτως ἐπίσκεψαι, ὦ Μίκυλλε. σοὶ μὲν οὔτε πολέμου πολὺς λόγος, ἢν λέγηται, ὡς οἱ πολέμιοι ἐπελαύνουσιν, οὐδὲ φροντίζεις, μὴ τὸν ἀγρὸν τέμωσιν ἐμβαλόντες, ἢ τὸν παράδεισον ξυμπατήσωσιν, ἢ τὰς ἀμπέλους δῃώσωσιν, ἀλλὰ τῆς σάλπιγγος ἀκούων μόνον, εἴπερ ἄρα, περιβλέπεις τὰ κατὰ σεαυτὸν οἷ τραπόμενον χρὴ [d] σωθῆναι, καὶ τὸν κίνδυνον διαφυγεῖν. οἱ δ' εὐλαβοῦνται μὲν καὶ ἀμφ' αὐτοῖς, ἀνιῶνται δὲ, ὁρῶντες ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀγόμενα καὶ φερόμενα. ὅσα εἶχον ἐν τοῖς ἀγροῖς, καὶ ἤν τε εἰσφέρειν δέῃ, μόνοι καλοῦνται, ἤν τε ἐπεξιέναι, προκινδυνεύουσι στρατηγοῦντες ἢ ἱππαρχοῦντες, σὺ δὲ [e] οἰσυΐνην ἀσπίδα ἔχων, εὐσταλὴς καὶ κοῦφος εἰς σωτηρίαν, ἕτοιμος ἑστιᾶσθαι τὰ ἐπινίκια, ἐπειδὰν

a Aorist. passiuus. α. ab ἥδομαι.

b A φέρω.

c Aduerbiũ est significans peculiariter.

d Aorist. α. passiuus à σώζομαι, abiecto ο, pro σωοθῆναι, iuxta regulam.

e Ab οἰσύα, vimen, salix.

paulo pòst satrapes, de hinc equus, graculus, & rana, aliaq́; innumerabilia: perlongū enim fuerit singula recensere: postremò Gallus, atq; id sæpius, nam hoc vitæ genere sum delectatus. Interea & alijs diuersis mortalibus seruiui, regibus, pauperibus, diuitibus, postremò nunc tecum viuo, [a] rideoq́; quotidie, quum video te paupertatis tædio complorātem, eiulantemq́;, ac diuitum admirantem fortunas, propterea quòd ignores quantum illis adsit malorum: alioqui si curas noris, quibus illi distringuntur, teipsum profectò riseris, qui antea credideris eum, qui sit opulentus, statim felicißimum omniū. MIC. Ergo Pythagora, aut quid maximè gaudeas appellari, ne confundam orationem, si te nunc hoc, nunc illo nomine compellem. GAL. Nihil intererit, siue Euphorbum: siue Pythagoram, siue vocaris Aspasiam, siue Cratem, quandoquidē ista omnia sum vnus, nisi quod rectius feceris, si (id quod in præsentiarū esse videor) Gallum me voces, ne auem hanc parui ducere, contemnereq́; videare, præsertim quum tam multas contineat animas. MIC. Ergo Galle, quandoquidem omnia penè viuendi genera iam expertus es, atq; omnia cognita habes, age dilucidè mihi narrato, quæ sunt peculiaria diuitum ad vitæ rationem, quæ pauperum propria: quo videlicet cognoscam, vere ne isthuc affirmes, me diuitibus esse feliciorem. GAL. En [b] hunc admodum interim perpende Micylle. Te quidem non magnopere tangit cura belli, si quando rumor sit aduentare hostes: neq; sollicitus es, ne in agros incursantes populentur, néue hortū ꝓculcent proterantq́;, aut vineas vastent: sed simulatq; tubā audieris, si tamen audieris, de te ipso vno circumspectas, quò deflexus seruari queas, ac discrimē diffugere. Contrà illi tū de sese solliciti sunt, tum animo discruciātur, quū de mœnib. quicquid opum poßidebāt in agris, id omne tolli, deportariq́; conspiciūt. Ac siue inferēdum est aliquid in ærariū, soli accersuntur: siue in præliū exeundū periclitātur: aut peditū turmis, aut equitum alis præfecti. Tu interim vimineū gerens clypeū, expeditus ac leuis, ad saluti cōsulendū, paratus victoriale cōuiuiū agere,

a Redit ad primam dispu tationem de diuitijs, & quāta eadem incommoda iuncta habeant. Estq; hæc altera collationis pars.

b Quæ belli temporibus diuites excrucient, & contrà quæ pauperem ijsdem temporibus commoda sequantur.

 si quando

ἐπειδὰν θύῃ ὁ στρατηγὸς νενικηκώς. ἢν αἱρεθῇ τε αὖ, σὺ μὲν τοῦ δήμου ὢν, ἀναβὰς εἰς ἐκκλησίαν, τυραννεῖς τῶν πλουσίων, οἱ δὲ φρίττουσι, καὶ ὑποπτήσσουσι, καὶ διανομαῖς ἱλάσκονταί σε. λουτρὰ μὲν γὰρ ὡς ἔχοις, καὶ ἀγῶνας καὶ θεάματα, καὶ τἆλλα διαρκῆ, ἅπαντα ἐκεῖνοι ποιοῦσι· σὺ [a] ἐξεταστὴς, καὶ δοκιμαστὴς πικρὸς, ὥσπερ δεσπότης, οὐδὲ λόγου μεταδιδοὺς ἐνίοτε, κἂν σοι δοκῇ κατεχαλάζησας αὐτῶν ἀφθόνους τοὺς λίθους, ἢ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσας. οὔτε δὲ συκοφάντην δέδιας αὐτὸς, οὔτε λῃστὴν, μὴ ὑφέληται τὸ χρυσὸν, ὑπερβὰς τὸ θριγκίον, ἢ ὀρύξας τὸν τοῖχον. οὔτε πράγματα ἔχεις, λογιζόμενος ἢ ἀπαιτῶν, ἢ τοῖς καταράτοις οἰκονόμοις διαπυκτεύων, καὶ πρὸς τὰς φροντίδας λογιζόμενος, ἀλλὰ κρηπῖδα συντελέσας, ἑπτὰ ὀβολοὺς τὸν μισθὸν ἔχων, ἐπαναστὰς, περὶ δείλην ὀψίαν λουσάμενος, ἢν δοκῇ, σαπέρδην τινὰ, ἢ μαινίδας, ἢ κρομμύων κεφαλίδας ὀλίγας πριάμενος, εὐφραίνεις σαυτὸν, ᾄδων τὰ [b] πολλὰ, καὶ τῇ βελτίστῃ πενίᾳ προσφιλοσοφῶν. ὥστε διὰ ταῦτα ὑγιαίνεις τε, καὶ [c] ἔρρωσαι τὸ σῶμα καὶ διακαρτερεῖς πρὸς τὸ κρύος, οἱ πόνοι γάρ σε παραθήγοντες, οὐκ εὐκαταφρόνητον ἀνταγωνιστὴν ἀποφαίνουσι πρὸς τὰ δοκοῦντα, τοῖς ἄλλοις ἄμαχα εἶναι. ὥστε οὐδέν σοι τῶν χαλεπῶν τούτων νοσημάτων ἐπιβουλεύει, ἀλλ' ἤν ποτε κοῦφος πυρετὸς ἐπιλάβηται, πρὸς ὀλίγον ὑπηρετήσας αὐτῷ, ἀνεπήδησας εὐθὺς, ἀποσεισάμενος τὴν ἀσιτίαν, ὁ δὲ φεύγει αὐτίκα, φοβηθείς σε ψυχροῦ τε ὁρῶν ἐμφορούμενον, καὶ μακρὰ οἰμώζειν λέγοντα ταῖς ἰατρικαῖς περιόδοις, οἱ δὲ, ὑπ' [d] ἀκρασίας ἄθλιοι, τί τῶν κακῶν οὐκ ἔχουσι, [e] ποδάγρας καὶ [f] φθόας, καὶ [g] περιπνευμονίας καὶ [h] ὑδέρους, ταῦτα γὰρ τῶν πολυτελῶν ἐκείνων δείπνων ἀπόγονα. τοιγαροῦν οἱ μὲν αὐτῶν, ὥσπερ ὁ [i] Ἴκαρος, ἐπὶ πολὺ ἄραντες αὐτοὺς, καὶ πλησιάσαντες τῷ ἡλίῳ, οὐκ εἰδότες, ὅτι κηρῷ [k] ἥρμοστο αὐτοῖς ἡ πτέρωσις, μέγαν ἐνίοτε τὸν πάταγον ἐποίησαν,

a Eius rei plurima sunt exempla apud Plutarchũ & Liuium: & quid Lucianus hoc loco velit, nostro tempore exponunt milites domino suo insultantes sæpe & extremis conuitijs insectantes, sæpe etiã ab armis ægrè temperantes.
b Ponitur aduerbialiter pro πολλάκις.
c Secunda persona est præteriti passiui verbi ῥώννυμαι.
d Morborũ curatrix abstinentia.
e Podagra morb. est qui initium à pedibus sumit, vnde etiã nomen accepit. πόδαγρα autẽ laqueum significat, quasi ποδὸς ἄγρα pedis captura.
f Φθόας tabes intelligit, quæ propriè sunt pulmonis exulceratio. Is morbus πτερυγώδης etiam appellatur Medicis, quod phthisi laborantibus scapulæ instar alarum auium promineant. g περιπνευμονία, inflammatio pulmonis cum febre acuta. h Hydropem seu aquam intercutem intelligit, cuius medici tres species faciunt. i Alludit ad fabulam notissimam de Dædalo architecto insigni Atheniense, qui vnà cum filio Icaro è Creta alis quas cera sibi & filio agglutinarat in altum se eleuans, tyrannidem & iram Minois fugiebat, quemadmodum est apud Virgil. 6. Aeneid. Ouid. quoq; lib. 8. Metamorph. k Plusquamperfectum passiuum ab ἁρμόζομαι.

si quando victor exercitus sacra fecerit. Rursum pacis tempore, tu quidem quum de plebe sis, ingressus in concionem tyrannidē in diuites obtines, illi verò trepidant pauitantq́; ac largitionibus, choragijsq́; te placant, siquidem quo tibi balnea, ludi, spectacula, reliquaq́; id genus abundè suppeditent, ea omnia curant illi. At tu, censor & acerbus expensor, perinde quasi dominus, ne alloquio quidem interdum dignaris illos: quod si tibi collubitum sit, ingentibus saxis in illos degrandinas, vel facultates eorū publicas facis: ipse neq; ª calumniatorem metuis, neq; latronem, ne tollat aurum, vel adium ᵇ conscenso fastigio, vel pariete perfosso: neque necesse habes rationibus occupari, neque exactionibus: neque tibi cum sceleratis dispensatoribus conflictandum est, neque tantas in sollicitudines distraheris: verùm simulatq; crepidam vnam perfeceris, mercedemq́; retuleris septem obolos, sero surgis crepusculo: & si libuerit, lauaris, tum empto ᶜ saperda quopiam, aut manide pisciculo, aut paucis ceparum capitulis, temetipse oblectas, canens plerunq;, optimaq́; cum paupertate philosophans, adeò vt eas ob res salubri sis, valentiq́; corpore, obdurueris q́; aduersus gelu: siquidem labores, qui te exacuunt, muniuntq́;, certatorem haud quaquam contemnendum reddunt aduersum eas res, quæ compluribus inexpugnabiles esse videntur. Atq; hinc nullus ex morbis illis grauioribus impetit te. Quòd si quando leuis cœperit febricula, paulo negocio eam medicatus, protinus exilis inedia temet inde excutiens, illa porrò fugit illico: quippe metuens te, quem videat etiam frigore ali, saturumq́; fieri, ac medicorum certis illis recursibus longum plorare renunciantem. At ᵈ illi ex aduerso propter intemperantiam vitæ, quid tandem mali non habent infelices? Podagras, phthises, pulmonum exulcerationes, aquas intercutes. Nam ᵉ hæc omnia à sumptuosis illis conniuijs nascuntur. Proinde quicunq; ex his Icari in morem, (vt fere faciunt) sese attollunt, propiusq́; se soli admouent, haud cogitantes, quòd alas habeant cera adglutinatas, ingentem non-

a Φθόνος γὰρ πρὸς τὸν ἔχοντα μόνον ἕρπει, vt dixit Sophocles.

b Πένητος οὐδὲν ἐστὶν εὐτυχέστερον, τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολὴν οὐ προσδοκᾷ. Diphilus apud Stobæum.

c Nomina sunt piscium, quorum meminit Athenæus libro 3. δειπνοσοφιστῶν.

d Qui morbi ex intemperantia oriantur.

e Vides vt pallidus omnis, Cœna desurgat dubia? quin corpus onustum Hesternis vitijs animum quoq; prægrauat vna. Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ. Alter vbi dicto citius curata sapori. Membra dedit vegetus præscripta ad munia surgit. Horatius lib. 2. Satyrarum.

ἐποίησαν, ἐπὶ κεφαλὴν, ἐς πέλαγος ἐμπεσόντες. ὅσοι δὲ κατὰ τὸν Δαίδαλον, μὴ πάνυ μετέωρα, μὴ δὲ ὑψηλὰ ἐφρόνησαν, ἀλλὰ πρόσγεια, ὡς νοτίζεσθαι ἐνίοτε τῇ ἅλμῃ τὸν κηρὸν, ὡς τὸ πολὺ οὗτοι ἀσφαλῶς διέπτησαν. ΜΙ. ἐπιεικεῖς τινας, καὶ συνετοὺς λέγεις. ΑΛΕ. τῶν μέν τοι γε ἄλλων, ὦ Μίκυλλε, τὰς ναυαγίας πάνυ αἰσχρὰς ἴδοις ἂν, ὅταν ὁ Κροῖσος, περιτετιλμένος τὰ πτερὰ, γέλωτα παρέχῃ Πέρσαις, ἀναβαίνων ἐπὶ τὴν πυρὰν, ἢ Διονύσιος καταλυθεὶς τῆς τυραννίδος, ἐν Κορίνθῳ γράμματα διδάσκῃ μετὰ τηλικαύτην ἀρχὴν, παιδία συλλαβίζειν ἀναγκάζων. ΜΙ. εἰπέ μοι, ὦ Ἀλεκτρυὼν, σὺ δὲ, ὁπότε βασιλεὺς ἦσθα, φὴς γὰρ καὶ βασιλεῦσαι, ποίου τινὸς ἐπειράθης ἐκείνου τοῦ βίου. ἢ που πανευδαίμων ἦσθα, τὸ [a] κεφάλαιον ὅτι πέρ ἐστι τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων, ἔχων; ΑΛΕ. μὴ δὲ ἀναμνήσῃς με, ὦ Μίκυλλε, οὕτω τρισάθλιος ἦν τότε. τοῖς [b] μὲν ἔξω πᾶσιν, ὅπερ ἔφησθα πανευδαίμων εἶναι δοκῶν, ἔνδον δὲ μυρίαις ἀνίαις συνών. ΜΙ. τίσι ταύταις, παράδοξα γὰρ καὶ οὐ πάνυ πιστὰ φῄς. ΑΛΕ. ἦρχον μὲν οὐκ ὀλίγης χώρας, ὦ Μίκυλλε, παμφόρου τινὸς καὶ πλήθει ἀνθρώπων, καὶ κάλλει τῶν πόλεων, ἐν ταῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἀξίας, ποταμοῖς τε ναυσιπόροις καταρρεομένης, καὶ θαλάττῃ εὐόρμῳ χρωμένης, καὶ στρατιὰ ἦν πολλὴ καὶ ἵππος συγκεκροτημένη, καὶ δορυφορικὸν οὐκ ὀλίγον, καὶ τριήρεις, καὶ χρημάτων πλῆθος ἀνάριθμον καὶ χρυσὸς ὁ κοῖλος πάμπολυς, καὶ ἡ ἄλλη, τῆς ἀρχῆς τραγῳδία πᾶσα, ἐς ὑπερβολὴν ἐξωγκωμένη. ὥστε ὁπότε προΐοιμι, οἱ μὲν πολλοὶ προσεκύνουν, καὶ θεόν τινα ὁρᾶν ᾤοντο, καὶ ἄλλοι ἐπ' ἄλλοις συνέθεον ὀψόμενοί με. οἱ δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τέγη ἀνιόντες. ἐν μεγάλῳ ἐτίθεντο ἀκριβῶς ἑωρακέναι τὸ ζεῦγος, τὴν ἐφεστρίδα, τὸ διάδημα, τοὺς προπέμποντας, τοὺς ἑπομένους, ἐγὼ δὲ εἰδὼς ὁπόσα με [c] ἠνία. καὶ ἔστρεφεν, ἐκείνοις μὲν τῆς ἀγνοίας συνεγίγνωσκον, ἐμαυτὸν δὲ [d] ἠλέουν, ὅμοιον

a Quemadmodum Pindarus de Regio fastigio & honore dixit. τὸ δ' ἔσχατον κορυφοῦται βασιλεῦσι. Olympio. primo.

b Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ τἀν δόμοισι δὲ λυπηρά, quemadmodum de regibus ab Euripide dicitur. Et Xenophon ἡ τυραννὶς τὰ μὲν δοκοῦντα ἄξια κτήματα εἶναι, ἀνεπτυγμένα θεᾶσθαι φανερὰ πᾶσι παρέχεται, τὰ δὲ χαλεπὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν τυράννων κέκτηται ἀποκεκρυμμένα ἐν αἷς περ καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν τοῖς ἀνθρώποις ἀπόκειται. in Hierone.

c Imperfectum contractum est ab ἀνιάω. d Imperfectum ab ἐλεέω.

nunquam strepitum mouent in pelagus delapsi. Caeterum qui Daedali exemplo non admodum sublimia, neq; excelsa appetunt: verùm humilia, terraq; vicina, adeò vt cata nonnunquam salis aspergine madescat, ij tutò plerunq; ac citra discrimen transuolarunt. MIC. Moderatos istos & cordatos narras. GAL. Verùm aliorum Micylle naufragia foedissima conspicias: nempe vbi [a] Croesus reuulsis alis risum exhiberet [b] Persis, cõscenso rogo: aut Dionysius quum abdicatus tyrannide, Corinthiorum in vrbe ludi literarij magistrũ ageret, post gestum imperium puellos cõpellens vt syllabas connecterent. MIC. [c] Dic mihi Galle, tu quũ rex esses (nam ais te regem quoq; fuisse) cuiusmodi tandem id vitae genus experiebaris? Mirum ni tum felix eras, quandoquidem id quod est bonorum omnium caput possidebas. GAL. Ne mihi in memoriam regeras ò Micylle, vsq; adeò supra modum infelix tum eram. Nam quo ad res externas, quemadmodũ [d] dixisti, planè fortunatus esse videbar: at intus innumerabilibus curis distringebar. MIC. Quibus tandem curis? Nam rem prorsus absurdam, neq; credibilem narras. GAL. Equidem imperabã regioni neutiquam exigua Micylle, omni iugarum rerum feraci, tum incolarum frequentia, neq; non vrbium pulchritudinis cum primis admiranda: praeterea fluminibus nauigabilibus, ac mari portuoso cõmoda. Ad haec exercitus ingens, equitatus spectatissimus atq; excellens, satellitium haud exiguum, triremes, pecuniarũ vis maior quàm vt posset numerari, vasorum argenteorũ plurima copia, reliquaq; omnis illa principatus tragoedia, strepitusq; et apparatus supra quàm credi queat, extructus atq; accumulatus. Itaq; quum prodirẽ, plerique adorabant, deum quempiam intueri sese rati, alijq; trudentes alios concurrebant, quo me conspicerent, nonnulli conscensis tectis, magni aestimabant: si plenè contemplari licuisset quadrigam, stragulam, diadema, tum anteambulones, & eos qui à tergo comitabantur. Ego inter haec mihi conscius, quantae me res discrutiarent, versarentq; illos quidem propter inscitiam venia dignos iudicabam, at mei

a Croesi historia luculenter exposita ab Herodoto lib. 1.

b Vide prouerb. apud Erasmum, Dionysius Corinthi. Ouidij etiam versus de Dionysio tales sunt. Ille Syracusia modò formidatus in vrbe Vix humili durã reppulit arte famem. lib. 4. de ponto. Et iterum: Vilia qui quondam miseris alimẽta negarat, Nunc mendicato pascitur ille cibo. 5. Tristium Eleg. 9.

c Hactenus quae priuatis ac ciuibus accidunt, tã quae regib. ac principibus, ac primum quae speciosa videntur cõmemorat.

d Τοῖς μὲν ἔξω illis quae foris sunt pro exteriorib. seu externis graeco more, vbi aduerbiũ iunctum habens articulum fit nomen.

e Ἐφηδϑω, pro ἴφω.

ὅμοιοι ὄντα τοῖς μεγάλοις ἐκείνοις Κολοσσοῖς, [a] οἵους ἢ Φειδίας ἢ Μύρων ἢ Πραξιτέλης ἐποίησεν. ἐκείνων γὰρ ἕκαστος τὰ ἐκτὸς ὁ μὲν Ποσειδῶν, ἢ Ζεύς ἐστι πάγκαλος, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος ξυνειργασμένος, κεραυνὸν ἢ ἀστραπὴν, ἢ τρίαιναν ἔχων τῇ δεξιᾷ, ἢν δὲ ὑποκύψας ἴδῃς τὰ ἔνδοθεν, ὄψει μοχλούς τινας καὶ γόμφους, καὶ ἥλους διαμπὰξ πεπερονημένους, καὶ κορμοὺς καὶ σφῆνας, καὶ πίτταν ὑπόπηλον, καὶ τοιαύτην τινὰ πολλὴν ἀμορφίαν ὑποικουροῦσαν. ἐῶ λέγειν μυῶν πλῆθος ἢ μυγαλῶν, ἐμπολιτευόμενον αὐτοῖς ἐνίοτε. τοιοῦτόν τι καὶ βασιλεία ἐστίν. ΜΙ. οὐδέπω ἔφησθα τὸν πηλὸν, καὶ τοὺς γόμφους καὶ μοχλοὺς, οἵτινες εἶεν τῆς ἀρχῆς, οὐδὲ τὴν ἀμορφίαν ἐκείνην τὴν πολλὴν, ἥτις ἐστίν. ὡς τό γε ἐξελαύνειν ἀποβλεπόμενον, καὶ τοσούτων ἄρχοντα, καὶ προσκυνούμενον δαιμονίως, ἔοικεν οὕτως Κολοσσιαίῳ παραδείγματι, θεσπέσιον γάρ τι καὶ τοῦτο. σὺ δὲ καὶ τὰ ἔνδον ἤδη τοῦ Κολοσσοῦ λέγε. ΑΛΕ. τί πρῶτον εἴπω σοι, ὦ Μίκυλλε τοὺς φόβους, καὶ τὰ δείγματα, καὶ ὑποψίας, καὶ μῖσος τὸ παρὰ τῶν συνόντων, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ διὰ ταῦτα, ὕπνον τε ὀλίγον, ἐπιπόλαιον κἀκεῖνον, καὶ ταραχῆς μεστὰ ὀνείρατα, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, καὶ ἐλπίδας ἀεὶ πονηράς, ἢ τὴν [b] ἀσχολίαν, καὶ χρηματισμοὺς, καὶ δίκας καὶ ἐκστρατείας καὶ προστάγματα καὶ συνθήματα καὶ λογισμούς. ὑφ' ὧν οὐδὲ ὄναρ ἀπολαῦσαί τινος ἡδέος ἐγγίγνεται ἀλλὰ ἀνάγκη ὑπὲρ ἁπάντων μόνον διασκοπεῖν καὶ μυρία ἔχειν πράγματα. οὐδὲ [c] γὰρ Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ὕπνος ἔχε γλυκερὸς, πολλὰ φρεσὶν ὁρμαίνοντα, καὶ ταῦτα ῥεγκόντων Ἀχαιῶν ἁπάντων, λυπεῖ δὲ τὸν μὲν Λυδὸν υἱὸς, κωφὸς ὤν, τὸν [d] Πέρσην δὲ Κλέαρχος, Κύρῳ ξενολογῶν, ἄλλον δὲ Δίων, πρὸς οὖς τισι τῶν Συρακουσίων, κοινολογούμενος, [illegible] καὶ ἄλλον

a Antigonus Rex ad vetulā quandam quæ felicitatē eius prædicabat, quod gestaret aureum diadema, εἰ ᾔδεις ὦ μῆτερ ὅσων κακῶν μεστόν ἐστι τουτὶ τὸ ῥάκος, δόξας τὸ διάδημα οὐκ ἂν ἐπὶ κοπρίας κείμενον αὐτὸ ἰδοῦσα [illegible]. Stobæus oratione 47. de vituperio Tyrannidis.

b Alphonsus Rex Arragonum vir sapientissimus & doctissimus cum illi & familiarib. ostenderetur rusticus quidā veluti ignauiæ exemplum qui porrectus humi vescebatur vuis, dixit, Vtinam mihi sic per ociū comedere datum esset à superis. Simile quiddā de Ptolemæo Rege Aegypti podagra laborante narratur. Eras. lib. 8. Apophthegmatum.

c Extant apud Homerum Iliad. κ. & rursum Iliad. β. similes habentur de Ioue, ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ Εὗδον παννύχιοι, Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. Ἀλλ' ὅγ' μερμήριζε κατὰ φρένας. Et de Aenea suo Virgilius alijs dormientibus. At pius Aeneas per noctem plurima voluens.

d Darius nothus, Rex Persarum moriens, duos reliquit filios, Artaxerxem, qui vocatur Mnemon, & Cyrum iuniorem, inter hos fratres cum excitatum esset bellum, Clearchus vnus fuit de ducibus exercitus belli, qui deinde interfecto iam Cyro ab Artaxerxe captus, necatus est, de quo est apud Plutarchum in Artaxerxe, vbi multa crudeliter facta, tum à Parasalyde matre, tum quoq; ipso Artaxerxe recitantur, scapharum supplicium quo Mithridates affectus est, tum alio istis non mitiora.

at mei ipsius miserescebat, qui prægrandibus illis [a] Colossis videret persimilis: quales vel [b] Phidias, vel Myron, vel Praxiteles fabricatus est. Etenim illorũ quisq; quo ad ea, [c] quæ foris apparent, Neptunus ipse est, aut Iupiter, mirificè decotus auro, eboreq; compactus: & aut fulmen, aut fulgur, aut tridentem fuscinam dextra sustinet: cæterum si immisso capite quæ sunt intus inspicias, videbis vectes quosdam, paxillos, & clauos introrsum prominentes, neq; non vimina, cuneosq; & picem sublitam, & aliam item id genus deformitatem intrinsecus habitantem. Omitto recensere muscarum, mustelarumq; vim, quæ nonnunquam in eis mansitant. Huiusmodi quædam res nimirum regnum quoq; videtur. MIC. Nondum explicuisti lutum & clauos, & vectes, qui nam fuerint in imperio, neq; fœditatem illam plurimam quæ nam sit: nam istum ad modum vectari, tam multis imperare mortalibus, ac numinis instar adorari hactenus quidem cum Colossi exemplo quadrat. Siquidem hoc quoq; diuinum quiddam et admirandum: nunc autem quæ sunt intra Colossum exponito. GAL. Quid [d] primo loco tibi referam Micylle: vtrum metus, curas mordaces, suspiciones, odium, quo regem persequuntur ij, qui cum illo viuunt: insidias, atq; eas ob res somnum rarum, & hunc ipsum per tenuem, ac plena tumultus insomnia, cogitationes perplexas, spes semper improbas: an ocij penuriam, & occupationes, iudicia, expeditiones, edicta, fœdera, consultationes? quibus rebus fit, vt ne per somnium quidem aliqua re suaui frui liceat, verùm vt omnibus de rebus solus dispiciat, necesse est, milleq; negocia sustineat. Quippe nec Agamemnona dulcis habebat Somnus, multigenas versantem pectore curas. Idq; quum reliqui omnes Achiui stertèrent. Adde quòd Lydum illũ discruciat filius [e] mutus: Persam verò, Clearchus ad Cyrum desciscens, Atq; alium quempiam, [f] Dion cũ Syracusanis nonnullis ad autem communicans. Rursum alium quendam

Nnn

a Tres insignes fuere statuarij quorũ opera præclara prædicat Plinius lib. 36. mundi suæ historiæ.

b Vide apud Erasmum prouerb. Paries dealbatus.

c Τὰ ἐντὸς, pro κατὰ τὰ ἐντὸς, aduerbio posito pro nomine propter articulũ.

d Ζῆν πρέπει ἐπὶ στιβάδος κατακείμενον καὶ θαρρεῖν, ἢ ταράττεσθαι χρυσῆν ἔχοντα κλίνην. Phocion apud Stobæum. Et rectè dixit quoque χρυσοφόρος, Ἐν τούτῳ διαφέρομεν τῶν πλουτούντων οἱ πένητες τῇ ἀμεριμνίᾳ καὶ καταγελῶμεν αὐτῶν ἀγρυπνούντων αὐτοὶ καθεύδοντες. Apud Melissam, oratione 32.

e Crœsi filiũ mutum intelligit, de quo ex Herodoto, Gellio atque Cœlio Rhodigino prolixè multa dicta in Olympiorum Pindari hymno vndecimo.

f De Dione Syracusano viro magno, quomodo consilio Platonis eiecerit Dionysium regem Syracusarum & patriam liberauerit à tyrannide, est apud Plutarchum in Dione.

a Parmenio Perdiccas, Ptolemæus Seleucus principes fuerunt Alexandri, inter quos cū post obitum Alexandri regnū divideretur, magna bella excitata sunt, quemadmodū est apud Iustinum in historia Alexandri, & Plutarchum quoq; in Alexandro.

b Hinc Phalaris Agrigentinorum Tyrannus in Epistola ad filium ait, se, qui expertus sit vtrunq;, malle subesse quàm præesse, subditū enim aliorum malorum securū vnum tyrannum metuere. Tyrannum autem καὶ τὺς ἴξειν βυλόντας καὶ δι' ὧν σώζεται id est, & alios & eos quibus corporis sui custodiam commisit.

καὶ ἄλλον [a] Παρμενίωνα ἐπαινούμενος, καὶ Περδίκκαν Πτολεμαῖος, καὶ Πτολεμαῖον Σέλευκος. ἀλλὰ κἀκεῖνα λυπεῖ, ὁ ἐρώμενος πρὸς ἀνάγκην ξυνών, καὶ παλλακὶς ἄλλῳ χαίρουσα, καὶ ἀποστήσεσθαί τινες λεγόμενοι, καὶ δύο ἢ τέτταρες τῶν δορυφόρων πρὸς ἀλλήλους [c] διαψιθυρίζοντες, τὸ δὲ μέγιστον, [d] ὑφορᾶσθαι δεῖ τοὺς φιλτάτους μάλιστα, κἀξ ἐκείνων ἀεί τι δεινὸν ἥξειν ἐλπίζειν, ὁ [e] μὲν γοῦν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀπέθανεν, ἐκ φαρμάκων. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, τὸν δὲ ἄλλον ἴσως ὁμοιότερόν πως θάνατος κατέλαβεν. ΜΙ. ἄπαγε, δεινὰ ταῦτα φῂς, ὦ Ἀλεκτρυών. ἐμοὶ γοῦν πολὺ ἀσφαλέστερον σκυτοτομεῖν ἐπικεκυφότα, ἢ πίνειν ἀπὸ χρυσῆς φιάλης, [d] κωνείῳ καὶ [e] ἀκονίτῳ συνανακραθεῖσαν [f] φιλοτησίαν. ὁ δὲ κίνδυνος ἐμοὶ μὲν, εἰ παρολισθοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἁμάρτοι καὶ τομῆς τῆς ἐπ' εὐθὺ, ὀλίγον τι αἱμάξαι τοῦ δακτύλου ἐντεμόντα. οἱ δὲ, ὡς φῂς θανάσιμα εὐωχοῦνται, καὶ ταῦτα, μυρίοις κακοῖς συνόντες, εἶτ' ἐπειδὰν πέσωσιν, ὅμοιοι μάλιστα φαίνονται τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς, ὧν πολλοὺς ἰδεῖν ἐστι, τέως μὲν [g] Κέκροπας δῆθεν ὄντας, ἢ [h] Σισύφους, ἢ [i] Τηλέφους, διαδήματ' ἔχοντας, καὶ ξίφη ἐλεφαντόκωπα, καὶ ἐπίσειστον κόμην, καὶ χλαμύδα χρυσόπαστον, ἢν δὲ, οἷα πολλὰ γίγνεται, προσκρούσας τις αὐτῶν, ἐν μέσῃ τῇ σκηνῇ καταπέσῃ, γέλωτα δηλαδὴ παρέχει τοῖς θεαταῖς, τοῦ προσωπείου μὲν συντριβέντος αὐτῷ διαδήματι, ἡμαγμένης δὲ τῆς ἀληθοῦς κεφαλῆς τοῦ ὑποκριτοῦ, καὶ τῶν σκελῶν ἐπὶ πολὺ γυμνουμένων, ὡς τῆς τε ἐσθῆτος

τὰ ἔν-

c Vel pulsi regno à proprijs liberis, vel capti, vel trucidati etiam miserrimè, qualia historiæ suppeditant exempla plurima.

d Κώνειον, cicuta, venenum παρὰ τὸ κωνᾶν circumuertere, διὰ τὸν γινόμενον ἴλιγγον καὶ σκότον τοῖς πίνουσι, quod vertigine corripiantur bibentes.

e Ἀκόνιτον, herba præstantissimi veneni, quam alij à loco sic dictam putant, alij ἀπὸ τῆς ἀκόνης, à cote: alij ab ἀκονίζομαι quod accelerare significat, quod mortem afferat; alij etiam aliunde. f Vide prouerbium, Philotesius crater.

g De Sisypho ob latrocinia à Theseo Atheniensium Rege interfecto, quomodo saxū voluens prematur apud inferos, est apud Ouid. 13. Metamorphos. Virgil. quoq; lib. 6. Aeneid. Vide etiam prouer. Saxum voluere. h Cecrops primus Atheniensium Rex fuit, qui Athenas Cecropiam à se appellauit. Plinius lib. 7. cap. 56. i Telephus Mysorum Rex fuit, de quo diximus in vltimo hymno Isthmiorum.

quendam vrit Parmenion collaudatus, item Perdiccam Ptolemeus, Ptolemeum Seleucus. Quin illa quoq; molestiam adferunt: amasius per vim non sponte conuiuens, concubina alio gaudens, tum si qui defectionem parare dicantur: aut duo quatuorue satellites inter sese consusurrantes. Porro (quod est omnium grauissimum) [a] amicissimi quiq; vel maximè sunt formidandi, semperq; metuendum, ne quid magni mali ab illis exoriatur. Nã alius à filio veneno necatus: alius est item ab amasio. Alium simile quoddam fortassis mortis genus eripuit. MIC. Apagesis, atrocia miraq; sunt ista quæ narras ô Galle. Mihi igitur multo sit tutius opera cerdonica pronum incumbere, quàm ex [b] aurea bibere phiala comiter delatũ haustum: cæterum cicuta, aconitoq; temperatum. Nam mihi quidem hoc vnũ est periculi: vt si paulum aberret [c] similion, deflectatq; à recta incisione, summum secantis digitum exiguo sanguine tingat. At isti quemadmodum narras, lethifera agunt conuiuia, atq; id innumerabilibus in malis constituti. Deinde vbi conciderint, persimiles esse videntur tragœdiarũ [d] histrionibus. Nam multi, sicut videre licet, quo ad Cecropes sunt scilicet, aut Sisyphi, aut Telephi, diademata gestant, argenteisq; capulis gladios, comamq; ventilantem, et auro intertextam chlamydem: quod si quis (qualia nimirum permulta solent accidere) impulsos illos media in scena præcipites det, risum profectò moueant spectatoribus, videlicet persona vnà cũ ipso diademate contrita, vero autẽ actoris capite luxato, cruribus maxima ex parte renudatis:

a De quo si plura nosse cupis, deniq; quam sint miseræ omnes diuites & potentes mundi, lege orationem Dionis sextam, de Tyrannide.

b Quemadmodum in versu Claudiani dicitur, Haurit & intentos capiti circũspicit enses. Et rursum, Muniti gladijs viuant septiq; venenis, quod de plerisq; tyrannis & magnis in mundo, intelligitur.

c σμίλιον vel σμίλη, scalpellum, seu cultrum sutorium significat.

d Histriones artifices seu ludiones qui personati in scenis fabulas agunt, sic dicti à nomine hister, quod Thusco verbo ludionem significat, autoribus Liuio & Valerio.

τὰ ἔνδοθεν φαίνεται ῥάκια, δύστηνα ὄντα, καὶ τῶν ἐμβάδων τὴν ὑπόδεσιν ἀμορφοτάτην, καὶ οὐχὶ κατὰ λόγον τοῦ ποδός. ὁρᾷς, ὅπως με καὶ εἰκάζειν ἐδίδαξας ἤδη. ὦ βέλτιστε Ἀλεκτρυών. ἀλλὰ τυραννὶς μὲν, τοιοῦτόν τι ὤφθη οὖσα. ἵππος δὲ ἢ κύων, ἢ ἰχθὺς, ἢ βάτραχος ὁπότε γένοιο, πῶς ἔφερες ἐκείνην τὴν διατριβήν; ΑΛΕ. μακρὸν τοῦτον ἀνακινεῖς τὸν λόγον, καὶ οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ. πλὴν τό γε κεφάλαιον, οὐδεὶς, ὅστις οὐκ ἀπραγμονέστερος τῶν βίων ἔδοξέ μοι τοῦ ἀνθρωπείου, μόναις ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις καὶ χρείαις ἐμμεμετρημένος. τελώνην δὲ ἵππον, ἢ συκοφάντην βάτραχον, ἢ σοφιστὴν κολοιὸν, ἢ ὀψοποιὸν κώνωπα, ἢ κίναιδον ἀλεκτρυόνα, καὶ τἄλλα, ὅσα ὑμεῖς ἐπιτηδεύετε οὐκ ἂν ἴδοις ἐν ἐκείνοις. ΜΙ. ἀληθῆ ταῦτα ἴσως, ὦ Ἀλεκτρυὼν ἐγὼ δὲ, ὅ γε πέπονθα, οὐκ αἰσχυνόμαι πρὸς σὲ λέγειν, οὐδέπω δύναμαι ἀπομαθεῖν τὴν ἐπιθυμίαν, ἣν ἐκ παίδων εἶχον, πλούσιος γενέσθαι· ἀλλά μοι καὶ τὸ ἐνύπνιον ἔτι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἕστηκεν, ἐπιδεικνύμενον τὸ χρυσίον. καὶ μάλιστα ἐπὶ τῷ καταράτῳ Σίμωνι ἀποπνίγομαι, τρυφῶντι ἐν ἀγαθοῖς τοσούτοις. ΑΛΕ. ἐγώ σε ἰάσομαι, ὦ Μίκυλλε, καὶ ἐπείπερ ἔτι νύξ ἐστιν, ἐξαναστὰς ἕπου μοι· ἀπάξω γάρ σε πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Σίμωνα, καὶ εἰς τὰς τῶν ἄλλων πλουσίων οἰκίας, ὡς ἴδοις οἷα τὰ παρ' αὐτοῖς ἐστι. ΜΙ. πῶς τοῦτο κεκλεισμένων τῶν θυρῶν; καὶ μὴν τοιχωρυχεῖν με συναναγκάσεις; ΑΛΕ. οὐδαμῶς, ἀλλ' ὁ Ἑρμῆς, οὗπερ ἱερός εἰμι, ἐξαίρετον ἔδωκέ μοι τοῦτο, ἤν τις τὸ οὐραῖον πτερὸν τὸ μήκιστον, ὃ δι' ἁπαλότητα ἐπικαμπές ἐστι. ΜΙ. δύο δ' ἐστί σοι τοιαῦτα. ΑΛΕ. τὸ δεξιὸν τοίνυν [a] ὅτῳ ἂν ἐγὼ ἀποσπάσας παράσχω ἔχειν, ἐς ὅσον ἂν βούλομαι, ἀνοίγειν τε ὁ τοιοῦτος πάσας θύρας δύναται, καὶ ὁρᾶν τὰ πάντα, οὐχ ὁρώμενος αὐτός. ΜΙ. ἐλελήθεις με, ὦ Ἀλεκτρυὼν, καὶ σὺ γόης ὤν. ἐμοὶ δ' οὖν ἢν τοῦτο ἅπαξ παράσχῃς, [b] ὄψει τὰ Σίμωνος πάντα ἐν βραχεῖ δεῦρο μετενηνεγμένα, μετοίσω γὰρ αὐτὰ παρελθὼν

a Pro ὅτῳ ἂν articulo præpositiuo posito pro infinito τίς, quod sæpe vsu venire solet.

ὁ δὲ

b Secunda persona media Attica pro ὄψῃ ab ὄψομαι. Attici enim quatuor in secunda persona præsentis in ει finiunt, quemadmodum id in Grammaticis libellis docetur.

vt iam interioris amictus, quàm miseri sint panni fiat perspicuum: ac cothurnorum quos pedib. induxerunt, appareat deformitas, haudquaquam ad pedis modum respondentium. Vide vt me iam similitudines conferre docueris, optime Galle. Caeterum Tyrannis talis quaedam res tibi visa est esse: verùm vbi equus esses, aut canis, aut piscis, aut rana, quomodo eam vitae rationem referebas? G A L. *Istũ quem nunc suscitas sermonem, et longior sit, neq; huius temporis.* [a] *Illud autem vnum in genere dixerim: nullam ex omnibus vitam mihi non visam tranquilliorem vita humana, naturalibus duntaxat cupiditatibus & vsibus circumscriptam.* [b] *Siquidem publicanũ equum, aut sycophantam ranã, aut sophistam graculũ, aut opinatorem culicem, aut cynaedum Gallum, atq; id genus alia, quae vos studio cõminiscimini, haudquaq̃ inter illos videbis.* M I C. *Quae dicis, ô Galle, fortaßis vera sunt: verũ non me pudebit apud te fateri, quod mihi accidit. Haud vnquam quiui dediscere cupiditatem illam, à puero mihi insitam videlicet vt diues euadam. Quin nunc quoq; somnium illud ob oculos versatur, aurum ostentans: potißimum autem scelestus ille Simon excruciat, qui quidem tantas inter opes delicietur.* G A L. *At ego te isto leuabo morbo Micylle, tametsi nox etiam dum est. Surge modò, ac sequere me. Siquidem ad ipsum te Simonem adducam, atq; in aliorum diuitum ades, quo nimirum videas, quomodo res habeant apud illos.* M I C. [c] *Isthuc quo pacto, clausis foribus? Num me parietes transfodere compelles?* G A L. *Nequaquam, verùm Mercurius, cui sum sacer, hoc optanti mihi largitus est, vt si quis longißimam caudae plumam, quae ob molliciem inflectitur.* M I C. *Atqui duas habes eiusmodi.* G A L. *At dextram ex his auulsam cuicunq; ego gestandam dedero, is quoad voluero, fores omneis poterit aperire, cunctaq́; videre, ipse inuisibilis.* M I C. *Equidem ignorabam ô Galle, te praestigiarum quoq; peritum esse: Porrò si mihi isthuc semel praestiteris, videbis illico Simonis vniuersas opes huc deportatas, nam eas huc rediens transferam. At*

 ille rur-

a Conclusio nullam vitam molestiorem esse humana.

b Omnia nã quae suae naturae debita soluũt. Praeter eũ plus his qui rationis habet: vt in versibus Alani dicitur, in quibus confert bruta animalia cum homine.

c Eius quoque supra meminit quomodo ex pauperrimo sutore subitò diues effectus, ab omnibus tantum non pro deo colatur.

d Nunc exemplis probat quae dixit hactenus.

e Singulis dijs certa animalia sacra ac dicata fuerunt apud veteres, Mercurio gallus, Musis cicadae, aquila Ioui, alijs alia, pisces etiã quibusdam, vt Athenaeus meminit lib. 7.

f Id est si licet hic mihi alienas fores aperire, & in aedib. obambulare inuisibilis cunctis existens.

ὁ δὲ αὖθις περιτρώξεται, ἀποτείνων τὰ καλύμματα. ΑΛΕ. οὐ θέμις γενέσθαι τοῦτο, παρήγγελλε γὰρ ὁ Ἑρμῆς ἢν τοιοῦτόν τι ἐργάσηται ὁ ἔχων τὸ πτερὸν, ἀναβοήσαντά με, καταφωρᾶσαι αὐτόν. ΜΙ. ἀπίθανον λέγεις, κλέπτην τὸν Ἑρμῆν αὐτὸν ὄντα, τοῖς ἄλλοις φθονεῖν τοῦ τοιούτου. ἀπίωμεν δ' ὅμως, ἀφέξομαι γὰρ τοῦ χρυσίου, ἢν δύνωμαι. ΑΛΕ. [a] ἀπότιλον ὦ Μίκυλλε πρότερον τὸ πτίλον. τί τοῦτο, ἄμφω ἀπέτιλας; ΜΙ. ἀσφαλέστερον οὕτως, ὦ Ἀλεκτρυὼν, καὶ σοὶ ἧττον ἄμορφον τὸ πρᾶγμα ἂν εἴη ὡς μὴ χωλεύοις διὰ θάτερον τῆς οὐρᾶς μέρος. ΑΛΕ. εἶεν, ἐπὶ τὸν Σίμωνα πρῶτον ἄπιμεν, ἢ παρ' ἄλλον τινὰ τῶν πλουσίων; ΜΙ. οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ ἐπὶ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ δισυλλάβου τετρασύλλαβος, ἤδη πλουτήσας, εἶναι ἀξιοῖ. καὶ δὴ πάρεσμεν ἐπὶ τὰς θύρας, τί οὖν ποιῶ τὸ μετὰ τοῦτο; ΑΛΕ. ἐπίθες τὸ πτερὸν ἐπὶ τὸ κλεῖθρον. ΜΙ. ἰδοὺ δὴ, ὦ Ἡράκλεις, ἀναπέπταται, ὥσπερ κλειδὶ, ἡ θύρα. ΑΛΕ. ἡγοῦ ἐς τὸ πρόσθεν. ὁρᾷς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα, καὶ λογιζόμενον. ΜΙ. ὁρῶ νὴ Δία, πρὸς ἀμαυράν γε καὶ διψῶσαν τὴν θρυαλλίδα, καὶ ὠχρὸς δ' ἐστὶν, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν, ὦ Ἀλεκτρυὼν. καὶ [b] κατέσκληκεν ὅλος, [c] ἐκτετηκὼς ὑπὸ φροντίδων δηλαδὴ, οὐ γὰρ νοσεῖν ἄλλως ἐλέγετο. ΑΛΕ. ἄκουσον, ἅ φησιν, εἴσῃ γὰρ, ὅθεν οὕτως ἔχει. ΣΙ. οὐκοῦν τάλαντα μὲν ἑβδομήκοντα ἐκεῖνα πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ [d] κατορώρυκται, καὶ οὐδεὶς ὅλως οἶδε, τὰ δὲ ἑκκαίδεκα εἶδε Σωσύλος ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ κατακρύπτοντά με. ὅλως γοῦν περὶ τὸν ἱππῶνά ἐστιν οὐ πάνυ ἐπιμελὴς, ἄλλως τ' οὐδὲ φιλόπονος ὤν, [e] εἰκὸς δὲ [f] διηρπάσθαι πολλῷ πλείω τούτων. ἢ πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος τάριχον αὐτῷ οὕτω μέγαν [g] ὠψώνηκεν ἐχθὲς; ἐλέγετο δὲ τῇ γυναικὶ [h] ἐλλόβιον [i] ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν. ὅλως τἀμὰ οὗτοι [k] σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος, ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐκπώματα ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀπόκειται τοσαῦτα ὄντα, [l] δέδια γοῦν, μή τις ὑπορύξας τὸν τοῖχον ὑφέληται ταῦτα, πολλοὶ φθονοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσί μοι καὶ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος.

a Aorist. α. est imperatiui modi verbi ἀποτίλλω.

b Præteritū est verbi σκλέω areo.

c Præteriti medij participium verbi τήκω macero, tabesco, liquefacio.

d Præteritū passiuum Atticum est pro κατώρυκται. Attici enim inceptis ab α ε ο præfigunt in præterito duas priores literas præsentis.

e Præteriti medij participium est impersonale ab εἴκω.

f Præteritum passiuum infinitiui modi à διαρπάζομαι.

g Ab ὀψωνέω vnde nomen ὀψώνιον, omne id quod dabatur præter panem & vinū: ab ὄψω vel ἕψω elixo, coquo, vel ὀπτάω asso, & ὠνέομαι emo. græci quoque stipendia, opsonia vocabant.

h Dissipabunt, Aorist. α. passiuus coniunctiui modi, à σπαθάω.

i Ornamentum ab aure dependens, ὃ ἐστι τὸ ἐν τοῖς λοβοῖς τῶν ὤτων εἶναι.

k Præteritum passiuum infinitiui modi. Atticum pro ὠνῆσθαι ab ὠνέομαι.

l Præteritum medium à δείδω.

ille rursum circumrodet, ebibetq́; putria coria quibus consueuit soleas compingere. GAL. *Atqui nefas sit isthuc facere. Siquidem Mercurius illud mihi mandauit, vt si quis pennam tenens, istiusmodi quippiam patrarit, vociferans furem proderem.* MIC. *Rem neutiquam verisimilem narras, nempe* [a] *Mercurium quum ipse sit fur, non sinere alios, vt idem faciant. Sed tamen abeamus. Nam aurum auferam, si modò possim.* GAL. *Pennam prius reuellito. Quid hoc rei? ambas reuulsisti.* MIC. *Tutius hoc quidem ô Galle, tum tibi minus fœdum sit futurum, ne altera caudæ parte mutilatus claudices.* GAL. *Age sanè: Sed vtrum Simonem prius adimus, an alium quempiam diuitum?* MIC. *Haud aliò, imò ad Simonem, qui videlicet pro dissyllabo,* [b] *tetrasyllabus esse affectet, postea quam diues euasit. Sed iam ad fores accessimus. Quid igitur deinceps facio?* GAL. *Pennam seræ admoue.* MIC. *Ecce autẽ, dij boni, ostium perinde atq; claui resilijt.* GAL. *Perge porrò procedens,* [c] *Vides illum vigilantem ac supputantem?* MIC. *Video per Iouem, & quidem ad obscuram siticulosamq́; lucernam, Præterea pallet, haud scio vnde Galle, totusq́; exaruit, atq; extenuatus est, mirum, ni curis. Neq; enim auditum est illum alioqui malè habere.* GAL. *Ausculta quid dicat, siquidem intelliges, quib. de causis ad eum modum sit affectus.* SIMON. *Nimirum septuaginta illa* [d] *talenta tutò admodum sub lectica defossa sunt, neq; quisquam alius omnino vidit.* [e] *At verò, sedecim illa Sosylus equiso vidit me sub præsepi occultantem. Itaq; de curando stabulo nunc est admodum sollicitus, quanquam nec aliàs admodum laboris appetens, verisimile est autem illum multò etiam his plura sustulisse. Nam vnde alioqui Tibius heri tamingens salsamentum illi opsonio proposuisset? Tum autem aiunt, illum monile emisse vxori drachmis quinq;. Heu misero mihi. Hi omnia mea dissipabunt bona. Quid quòd ne pocula quidem sat in tuto mihi recondita sunt, quum sint multa. Vereor enim ne quis ea suffosso pariete tollat, cõplures mihi inuident, atq; insidias parant.*

a Vide prouerb. Communis Mercurius.

b Id est, volt dici, pro Simon Simonides: ita vt fit pauperes quãdo ditescunt & ad honores euehuntur.

c Effictio seu imago diuitis cogitabundi & rationẽ supputantis, auari & curis se macerantis.

d Talentum multiplex antiquis fuit, Aegyptiũ, Ptolemaicum, Syrium, Tyriũ, Antiochenũ, Babylonicũ, Euboicum, Rhodiũ, Neapolitanum, Syracusanum, Atticũ, quod est communius apud authores: quod & plerunque intelligũt, quod coronatis valebat sexcentis, Budæus de asse.

e Rationes quib. colligit Sosylum sedecim talenta abstulisse.

Μίκυλλος. ΜΙ. νὴ Δία, σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγώ, καὶ τὰ τρύβλια ὑπὸ μάλης ἔχω. ΑΛΕ. σιώπησον ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ παρόντας ἡμᾶς. ΣΙ. ἄριστον γοῦν. ἄγρυπνον αὐτὸν φυλάττειν, ἅπασαν περίειμι διαναστὰς ἐν κύκλῳ τὴν οἰκίαν, τίς οὗτος; ὁρῶ σέ γε ὦ τοιχώρυχε, μὰ Δία ἐπεὶ κίων γε ὢν τυγχάνεις, εὖ ἔχει. ἀριθμήσω αὖθις, ἀνορύξας τὸ χρυσίον, μήτι με πρῴην διέλαθεν. ἰδοὺ, πάλιν ἐψόφηκέ τις ἐπ' ἐμὲ δηλαδὴ πολιορκοῦμαι καὶ ἐπιβουλεύομαι πρὸς ἁπάντων. ποῦ μοι τὸ ξιφίδιον, ἂν λάβω τινά, θάπτωμεν αὖθις τὸ χρυσίον. ΑΛΕ. τοιαῦτα μέν σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σίμωνος, ἀπίωμεν δὲ καὶ παρ' ἄλλον τινά, ἕως ἔτι ὀλίγον τῆς νυκτὸς λοιπόν ἐστιν. ΜΙ. ὁ κακοδαίμων, οἷον [a] βιοῖ τὸν βίον, ἐχθροῖς οὕτω πλουτεῖν γένοιτο κατὰ κόρρης γοῦν πατάξας αὐτὸν ἀπελθεῖν βούλομαι. ΣΙ. τίς ἐπάταξέ με; λῃστεύομαι ὁ δυστυχής. ΜΙ. οἴμωζε, καὶ ἀγρύπνει, καὶ ὅμοιος γίγνου τὸ χρῶμα τῷ χρυσῷ προστετηκὼς αὐτῷ, ἡμεῖς δέ, εἰ δοκεῖ Γνίφωνα τὸν δανειστὴν ἴδωμεν, οὐ μακρὰν ᾗ καὶ οὗτος οἰκεῖ. [c] ἀνέῳκται αὕτη ἡμῖν ἡ θύρα. ΑΛΕ. ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ἐπὶ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα, ὃν δεήσει [d] μετ' ὀλίγον πάντα ταῦτα λιπόντα [e] σίλφην ἢ ἐμπίδα ἢ [f] μυῖαν γενέσθαι. ΜΙ. ὁρῶ κακοδαίμονα καὶ ἀνόητον ἄνθρωπον οὐδὲ νῦν πολὺ τῆς σίλφης ἢ ἐμπίδος ἄμεινον βιοῦντα, ὡς ᾗ καὶ οὗτος ἐκτέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν ἐπ' ἄλλον ἀπίωμεν. ΑΛΕ. παρὰ τὸν σὸν Εὐκράτην, εἰ δοκεῖ. καὶ ἰδοὺ, γὰρ ἀνέῳκται καὶ αὕτη ἡ θύρα, ὥστε εἰσίωμεν. ΜΙ. ἅπαντα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὰ ἦν. ΑΛΕ. ἔτι γὰρ σὺ ὀνειροπολεῖς τὸν πλοῦτον; ὁρᾷς γοῦν τὸν Εὐκράτην αὐτὸν μὲν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου, πρεσβύτην ἄνθρωπον. ΜΙ. ὁρῶ νὴ Δία καταπυγοσύνην τινά, καὶ πασχητιασμόν, καὶ ἀτέλγειαν οὐκ ἀνθρωπίνην, τὴν γυναῖ-

a Ἀ βιόω.

b Affixus, præteritũ medium à τήκω, vt supra quoque annotauimus.

c Tertia persona præteriti passiui attica ab ἀνοίγομαι.

d Reuertitur ad Metamorphosin, hoc est, migrationem animarũ, quas Pythagoras ambulare docuit in omniũ animantium corpora.

e σίλφη Blattam significat σκώληκα.

f Περὶ μυίας de musca, extat versiculus prouerbialis valde elegans, quem non grauabor adscribere. ἔχει καὶ ἡ μυῖα σπλῆνα ἔνεστι καὶ μύρμακι χολή. docet autem neminem inimicum quamuis humilem esse aspernandum.

præter cæteros autem Micyllus iste vicinus. M I C. *Ita per Iouem. Nam tibi sum similis ac* [a] *patellas sub alagesto.* G A L. *Tace Micylle, ne protinus ipso in furto nos prodas.* S I M O N. *Optimum igitur fuerit vt ipse insomnis seruem. Omnem obibo domum in orbem obambulans. Quis iste? video te per Iouem. O parietũ perfossor, postea quàm es columna, benè res habet. Pernumerabo denuò refossum argẽtum, ne quid fortè dudum me fugerit. En rursum, obstrepuit mihi nescio quis. Nimirum obsideor, atq; insidijs appetor ab omnibus, vbi mihi gladius? Si quem quam deprehendero, rursum aurum defodiamus.* G A L. *Sic tibi habent ô Micylle, res Simonis. Sed abeamus ad alium quempiam, donec noctis adhuc aliquantulũ superest.* M I. *O miser, cuiusmodi viuit vitam? hostibus eueniat ad hunc modum diuitem esse. Itaq; pugno illi in maxillam illiso, volo discedere.* S I M O N. *Quis me pulsauit? Latrocinio despolior, miser.* M I C. *Plora ac vigila,* [b] *auriq; similis corpore reddaris: quandoquidem illi affixus, deditus es. Nos autem si videtur, Gniphonem fœneratorem visamus. Nam nec is procul hinc habitat: ipsæ nobis suapte sponte fores patuerunt.* G A L. *Vides hunc quoq; curis inuigilantem, & vsuratum rationes iterantem digitis contortis? cui propemodum relictis his omnibus sit in silpham, aut* [c] *culicem, aut muscam abeundum.* M I C. *Equidem video miserum ac vecordem hominem, ne nunc quidem multò meliorem viuere vitam, quàm silpha aut culicis: adeò totus & hic à curis & rationibus est extenuatus. Nunc ad alium eamus.* G A L. *Ad* [d] *tuum, si videtur, Eucratem. En tibi fores per se patuere. Quin introimus?* M I C. *Paulò antè hæc omnia mea erant.* G A L. *At etiam nunc tu diuitias somnias? vides igitur Eucratem ipsum quidem à famulo, virum natu grandem.* M I C. *Video profectò quiddam haudquaquam virile. Porro altera ex parte*

a Id est, quẽadmodum tu mihi olim pauperi, pauper ipse quoque cum te in Saturnalibus inuitassem, abiens furaberis ollam fictilẽ, quam tunc habebam vnicã: sic nunc contra, tibi volo furari diuiti.

b Id est paleas, quemadmodum aurũ. Diogenes Cynicus mirabilis ille Philosophus, aliquando rogatus quare aurum palidũ esset: respondit, quia multos habet insidiatores.

c Ἐμπίδα Theodorus Gaza apud Aristotelem modo culicem palustrem reddidit, modo culicem mulionem, nonnunquã verò simpliciter culicẽ: vide Aristotelem lib. 5. historiæ animalium cap. 19. ἐμπίδας vero Aristophanes ὀξυστόμους dixit in auib. ὀξυαδόντας, & in nεφέλαις sonoras esse ἐμπίδας ait.

d A quo fuerat acceptus conuiuio & qui ipsi causa fuerat aurei somnij, quemadmodum in initio Dialogi statim dictum est. Id est, somniauerat quomodo mortuo Eucrate bona ad se tanquam hæredem proximum peruenissent.

τὴν γυναῖκα δὲ ἑτέρωθι, ὑπὸ τοῦ μαγείρου μοιχευομένην καὶ αὐτήν. ΑΛΕ. τί οὖν ἐθέλοις ἂν καὶ τούτων κληρονομεῖν ὦ Μίκυλλε, καὶ πάντα ἔχειν τὰ Εὐκράτους. ΜΙ. μηδαμῶς, ὦ Ἀλεκτρυών, λιμῷ πρότερον ἀπολοίμην, ἢ τοιοῦτόν τι πάσωμαι, χαιρέτω τὸ χρυσίον. καὶ τὰ δεῖπνα. δύο ὀβολοὶ ἐμοί γε πλοῦτός ἐστι μᾶλλον, ἢ τοιχωρυχεῖσθαι πρὸς τῶν οἰκετῶν. ΑΛΕ. ἀλλὰ νῦν, ἡμέρα γὰρ ἤδη, ἀμφὶ τὸ λυκαυγὲς αὐτὸ ἀπίωμεν, οἴκαδε, παρ᾽ ἡμᾶς. τὰ λοιπὰ δὲ εἰσαῦθις ὄψει. ὦ Μίκυλλε.

ΤΕΛΟΣ.

ΞΕΝΟΦΑΝΟΥΣ ΠΕΡΙ μετεμψυχώσεως Πυθαγόρου.

Καὶ ποτέ μιν στυφελιζομένου σκύλακος παριόντα,
φασὶν ἐποικτεῖραι καὶ τόδε φάσθαι ἔπος,
Παῦσαι μηδὲ ῥάπιζ᾽ ἐπεὶ ἦ φίλου ἀνέρος ἐστὶ
ψυχὴ, τὴν ἔγνων φθεγξαμένης ἀΐων.



ex parte ipsam item vxorem à coquo constuprari. GAL. *Quid ergo? Num optaris & horum hæres existere Micylle, cunctaq́; possidere, quæ sunt Eucratis?* MIC. *Haudquaquam Galle: imò fame citius interierim, quàm id genus quippiam patrarem. Valeat aurum & conuiuia. Duo oboli mihi potiores diuitiæ sunt, quàm si à domesticis mihi domus profodiatur.* GAL. *Sed iam nunc quandoquidem dies fermè diluxit, domum ad nos redeamus. Reliqua rursus aliàs videbis Micylle.*

FINIS.

XENOPHANIS ELEGIA

DE METEMPSYCHOSI
Animarum Pythagoræ.

QVi catulum duro miseratus verbere cæsum,
Cùm, vt fama est, olim præteriÿsset, ait:
Desine, ne miserum cædas, nam charus amici
Est animus, quod vox indicat ipsa mihi.

LIPSIAE,

IMPRIMEBAT IOHANNES STEINMAN,

ANNO

M. D. LXXVII.

Digitized by Google